# DE GRAECAE LINGUAE PARTICULIS LIBER

Matthaeus Devarius

Digitized by Google

MENTEM ALIT ET EXCOLIT

K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

73.L.15

LXXIII. L. 15.

Digitized by Google

# MATTHÆI DEVARII

## DE GRÆCÆ LINGVÆ PARTICVLIS LIBER

*AD EXEMPLAR ROMANVM*

Cum Indicibus neceſſa-
riis

*Noribergæ*,
*Sumptibus* WOLFGANGI MAU-
RICII ENDTERI
*Typis* Johannis Erneſti Adelbulneri

*M. DCC.*

KOENIGLICHE

*Viro Clariſſimo*

# JOHANNI GEORGIO FUCHSIO

Gymnaſii Noribergenſis Rectori

ANDREAS CHRISTIANUS ESCHENBACH.

*S. D.*

Cùm nuper Illuſtris Senatus, Gymnaſium Urbis noſtræ, ante annos fatali incendio, una cum Templo deletum, dubium,



Digitized by Google

KAISERLICHE KOENIGLICHE HOFBIBLIOTHEK

Digitized by Google

*Viro Clariſſimo*

# JOHANNI GEORGIO FUCHSIO

## Gymnaſii Noribergenſis Rectori

## ANDREAS CHRISTIANUS ESCHENBACH.

***S. D.***

Cùm nuper Illuſtris Senatus, Gymnaſium Urbis noſtræ, ante annos fatali incendio, una cum Templo deletum,

dubium, majori Gloria ſua an Magnificentia, certè ad æternum Urbis commodum ſimul & ſplendorem è ruinis reſuſcitaſſet: Non ignoras, V. C. quanto ſtudio, quantisque curis laudatus modò Senatus in id incubuerit, ut ſimul cum novo ſplendidiſſimo ædificio, Doctrinarum quoque robur & decus heic apud nos ſurgeret: Adeò, ut nihil ſe omnino, maximis iſtis ſumtibus, qui certè ad tam ſplendidum & auguſtum, verè dico, Muſarum palatium requirebantur, egiſſe, divino conſilio, judicaverit; niſi etiam de παιδείας, & Studiorum genuino & rectè tradendi modo, novo huic Gymnaſio abunde proſpexiſſet: ut hac veluti Mente, ſpecioſiſſimum iſtud corpus animaretur ſimul & illuſtraretur. Quem in finem, cum præter Exempla, ſaluberrima quoque ad id conſilia undique à Viris doctrina & eruditione præſtantibus, tàm noſtratibus quàm exteris conquiſiviſſet; ut

ut inde, quod in rem novi hujus Gymnaſii eſſe videretur, decerperet: & non novam quidem prorſus, (quis enim hoc dicere audeat, cum unica ferè genuinæ παιδείας via ſit, & ex hoc Gymnaſio tot hactenus illuſtria, quæ & Urbi noſtræ & Orbi univerſo ornamento eſſe poſſunt, ingenia prodierint) ſed tamen faciliorem & expeditiorem Inſtitutionis rationem in eo fundaret: me quoque non planè ἀσύμβολον in hoc negocio eſſe, pro ſua de me concepta propenſiſſima Opinione, voluit Ordo Sanctiſſimus. Cumque imprimis de Græcæ Linguæ ſtabiliendæ & ſolidè tradendæ methodo mecum ageretur; inter alia, quæ huc ſpectare videbantur, etiam Particularum, ut vocant, Uſum, quo is ſedulo a docentibus tradatur diſcentibus, ex præcipuis commendavi; ob rationes, nec Tibi, nec cuiquam, qui Linguarum uſum tenet, ignotas. Quoniam autem idoneus libellus non

occurrebat, qui hæc omnia ſimul & breviter, &, qua decet, ἀκριβείᾳ conſcripta complecteretur: Opportunè Matthæi hujus Devarii in hoc argumento labor ſeſe obtulit, a multis hactenus deſideratus, & nullibi, quantum quidem ſcio, poſt editionem Romanam, quæ Anno M. D. *L*XXXVIII. prodiit, recuſus. Qui vel ideò prolixiorem a me commendationem non requirit, quod & Devarii hujus excellens *L*inguæ Græcæ peritia, aliunde ex egregiè ejus navata Euſtathio, Homeri Interpreti opera, nemini ignoratur; & hic ipſe, quem præ manibus habemus libellus, (in quo non raro magnum etiam Budæum, at quantum hujus litteraturæ olim columen! in ordinem redigit) ab omnibus Græcè doctis tantum non οὐρανόθεν προ, ob ſingularem plane Auctoris profundamq; hujus *L*inguæ ſcientiam, efferrri ſolet.

Hunc igitur Devarium, magnis noſtris Μουσηγέταις à me tum commen-

datum & probatum, noſtra autem deinceps opera diſcentium uſui, non plane, uti ſpero, contemnendo ſtudio, accommodatum; cum is tam felicibus apud nos Auſpiciis nunc prodeat; Tuo potiſſimum, Vir Clariſſ. Nomini inſcribere volui: tùm quod nemini eum chariorem fore quàm Tibi, confido, ut cui omnia illa acceptiſſima eſſe ſolent, quæ ullo modo commodis ſtudioſæ Juventutis inſervire poſſunt: tùm quod in ejus Gymnaſii gratiam nunc potiſſimum prodit, cujus regimen jam dudum Tibi creditum, maxima cura, maximis laboribus, pari non minus dexteritate quam felicitate cum æterna Nominis Tui celebritate geris. Quam Tibi Nominis æternitatem præſtant jam tot excellentes hodie in omni Scientiarum genere Viri, qui Te olim præceptore uſi, Tibi quoque haud inviti omne id acceptum ferunt, cui deinceps, quicquid in illis deprehenſum

ſum eſt ſublimioris doctrinæ, tam fauſto ſucceſſu ſuperſtruxere: Spondent etiam illam nunc, tot optimi adoleſcentes, quotquot hodienum ex ore Tuo pendentes, dulciſſimo Doctrinæ Tuæ nectare imbuuntur. Qui profecto, ſi bona ſua æſtimare volunt, in non exigua felicitatis ſuæ parte ponent, à Te imprimis inſtrui, eaque Eruditionis & Vitæ abs Te præcepta haurire, quibus deinceps per omnem vitam & ſibi &aliis prodeſſe poſſint. Mihi autem maxima voluptas fuit, cùm elegantiſſimum hunc & abſolutiſſimum libellum de novò eſſem editurus, ſtatim in limine pietatem erga præceptorem profiteri: ut vel inde conſtet, me, licet aliis rebus omnibus, omnibus fortaſſis, qui Te olim docentem audivere, cedam; nemini tamen vel pietate, vel grato erga Doctorem meum animo quicquam concedere. Vale.

PETRI

# PETRI DEVARII, MATTHAEI EX SORORE NEPOTIS *AD* ALEXANDRVM FARNESIVM, CARDINALEM S. R. E. VICE-CANCELLARIVM *EPISTOLA.*

In qua de Vita & Scriptis Matthæi Devarii.

MATTHAEUS Devarius avunculus meus, Cardinalis ampliſſime, multos quidem libros reliquit octo ac viginti annis a ſe conſcriptos, quo tempore in tuorum numero familiarium ad ſupremum usque vitæ diem (quæ tua fuit erga illum humanitas) domi tuæ verſatus eſt. Ex quibus ego libris hunc potiſſimum, quem de Græcæ linguæ particulis inſcripſit, jampridem ſtatueram in lucem edere. Quamquam diuturna & accurata Græcorum librorum tractatione illud erat facile conſecutus; ut quis eſſet Græcarum particularum uſus, quæ vis ac notio, non mo-

do ipſe perſpiceret ac teneret; verum aliis quoque tradere poſſet, deque illarum natura facillime diſputare. Huc accedit, quod viri docti permulti, & Græcæ linguæ peritiſſimi non ſemel me cohortati ſunt, ut hoc opus in hominum aſpectum lucemque proferrem, quod non exiguam cenſerent utilitatem ad omnes manaturam, qui aut Græcè loqui vel ſcribere aliquando velint, aut certè Scriptores Græcos cupiant legendo non primoribus tantum labris (ut dicitur) deguſtare, verum etiam penitus introſpicere: cum ex una plerumq; particula loci cujuspiam ſententia pendeat univerſa. Nemo enim adhuc uno volumine comprehendit, quæcumque ad eam rem illuſtrandam & explicandam pertinent: nemo diſtincte atque diſpoſite: nemo certa ratione ac via de illis egit: nemo certe clarius ac facilius harum particularum vim, naturamque perſecutus eſt. Quibus tamen periotrum hujus linguæ ſententia, nihil eſt pene in Græcorum libris difficilius ad intelligendum, nihil obſcurius. Atque inter eos, qui mihi, ut hunc librum ederem, ſuaſerunt, graviſſimus in primis auctor fuit Hieronymus Roverius Cardinalis ampliſſimus, cujus tantum apud me valet auctoritas, quantum apud omnes valere debet, quibus tanti viri ſapientia, probitas, gravitas non ſit inaudita. Quin etiam eo plus me, ut opinor, movere debet, quo mihi eſt ejusdem integritas doctrinaque perſpectior fortaſſe, quam ceteris, quibus cum eo familiariter agere minus contigit. Etenim eſt ille quidem cum graviſſimarum diſciplinarum jurisque ci-

vilis

vilis ac Pontificii, tum Græcæ linguæ peritia clarus; ut ejus nominis fama vix ulli jam pene dicam mortalium eſſe poſſit obſcura: idem tamen ita me pro ſua humanitate atque in Græcam nationem benevolentia, in ſuis domeſticis eſſe voluit; ut & mihi jam prope ſingularem viri ſapientiam, & probitatem propius liceat intueri, & magnum in primis apud me pondus Cardinalis optimi ac ſapientiſſimi debeat habere ſententia. Quare cum fructus uberes ex hoc libello percipi poſſe viri doctiſſimi atque graviſſimi arbitrarentur; illud mei muneris eſſe maxime videbatur, ut & avunculi nomen, quoad ejus fieri poſſet, immortalitati commendarem, & Græcæ linguæ perdiſcendæ ſubſidia ejusdem ſtudioſis hominibus ſine invidia proderem. Verum ut hoc pietatis officium ad hoc usque tempus differrem, multæ me res propemodum coëgerunt. Primum enim cum decem fere ipſos extremos ætatis annos idem avunculus meus adverſa valetudine conflictaretur aſſidue, me Romam Corcyra paucis ante menſibus, quam e vita diſcederet, eo conſilio revocarat, ut ipſi cum in aliis libris tum in hoc potiſſimum deſcribendo ac diſponendo præſto eſſem, niſi vita ipſum antea defeciſſet. Cum enim id maxime ageret, ac tibi adhuc fideliter, Pater ampliſſime, navaret pro viribus operam, ſeptuaginta natus annos diem ſuum obiit: præclaris, ut initio dicebam, relictis ingenii doctrinæque monimentis. Ex quibus hæc ipſa de Græcæ linguæ particulis eruditiſſima diſputatio in

tio in varias diſperſa ſchedulas, fuit cum a me diligentius colligenda, & ad certam quamdam revocanda methodum ac viam; tum à viris doctis atque prudentibus accurate per otium recognoſcenda. Deinde vero exiguis facultatibus avunculo relictis, nondum licuit efficere, quod optabam, neque vero liceat hoc tempore, niſi tua mihi benignitas, Princeps Illuſtriſſime, ſubveniat: quam in operibus egregiis & in iis præſertim ſublevandis adhibere ſoles, qui te ſedulo fideliterque coluerint. In quibus quoniam jure poteſt Matthæus Devarius numerari; cum tibi ſit is diuturna tot annorum conſuetudine penitus cognitus atque perſpectus: tui ipſius teſtimonio graviſſimo fretus, pauca quædam hoc loco percenſere non dubitabo; quibus ejusdem virtus, atque doctrina teſtata & conſignata poſteris relinquatur: quippe qui ætatem ſemper in ſtudiis rerum honeſtiſſimarum cum laude traduxerit. Natus eſt igitur Matthæus Corcyræ honeſta Devariorum familia ex iis, quæ Latinum ritum in Chriſtiana religione ſectantur. Cum vix annum octavum ageret, Romam a Joanne Laſcari perductus eſt, viro Græcacarum litterarum Latinarumque ſcientia nobili, quo tempore idem Laſcaris, Leonis decimi Pontificis Maximi juſſu ex variis Orientis locis ingenuos pueros delegerat, ex quibus tum primum eſt Græcum Romæ Collegium, quam ſcholam Græcam nuncupabant, ad montis Quirinalis radices inſtitutum: cujus quidem extat adhuc in Sophoclem ſcholiorum moni-

mentum,

mentum, quæ ex illo Collegio prodierunt. Ibi igitur Devarius a tanto doctore, ſumma docentis atque diſcentis cura litteris Græcis eruditus, obſcura quæque ac recondita ejus linguæ myſteria ita celeriter arripuit; ut ipſe deinde per ſe ex veteribus Græcis oratoribus, hiſtoricis, poetis, philoſophis tanquam ex fontibus omnem hauſerit non modo linguæ cognitionem atque verborum, verum etiam rerum ſcientiam pulcherrimarum. Quare, cum jam illius doctrina celebraretur; a Nicolao Rodulpho Cardinali accerſitus domum humaniſſime receptus eſt: apud quem per illud tempus ita multivariis diſciplinarum generibus inſtructiſſimi florebant (ex Græcis quidem Conſtantinus Rallius, Nicolaus Soffiano, Chriſtophorus Condoleus, Devarii condiſcipuli & contubernales: ex Latinis vero atque Italis, Nicolaus Majorana, idemque poſtea Malefectæ delectus Epiſcopus, Franciſcus Priſcianenſis, Donatus Giannottus, Pater Leonardus Malaſpina, Matthæus Herculanus, Petrus Craſſus, qui eſt Epiſcopus creatus deinde Viterbii) ut ejus Cardinalis domus jure, quoddam ſapientiæ domicilium appellari potuiſſe videatur. Mei porro avunculi opera Rodulphus in Græcis potiſſimum explicandis auctoribus utebatur, quem ſuæ quoque biliothecæ peramplæ & copioſæ præfecerat. Ergo Devarius quindecim annis quibus ſuperſtes Rodulphus Cardinalis fuit, Indicem uberrimum in Euſtathium, Homeri interpretem confecit, qui adhuc extat à Paulo III. fe. re. editus, avo tuo, Cardi-

nalis

nalis ampliſſime; qui quanti ſemper fecerit viros doctos ac ſapientes tum aliis rebus permultis aperte ſatis oſtendit, tum vel hac una non obſcure ſignificavit; cum vel propter illum ipſum a Devario ſuſceptum Indicis conficiendi laborem, menſtruam illi penſionem aſſignarit, quam eidem poſtea, quoad viveret, Pius Quartus attribuit: eumque Vaticanæ bibliothecæ primum Græcorum codicum inſtituit Correctorem: in qua nimirum ejusdem apparent monimenta præclara in deſcriptis libris ab illius bibliothecæ librariis, ab ipſo vero non ſine magno celeberrimæ bibliothecæ ornamento correctis. Vita functo Rodulpho, Camillus Columna, M. Antonium filium hodie Cardinalem, & quidem hoc dignitatis honoriſque gradu digniſſimum, Devario Græcis litteris tradidit imbuendum: cum quo Matthæus triennio partim Romæ, partim ſtudiorum graviorum cauſſa Piſis ita verſatus eſt, ut ab eo & in honore haberetur, & unice diligeretur. Verum cum is Patavium profectus eſſet ad philoſophiæ ſpatium decurrendum, eſſetque Devario, ne ſuo muneri librorum corrigendorum deeſſet, Romæ remanendum; a te, Cardinalis ampliſſime, accitus eſt, & benigniſſime ſemper pro ſumma tua facilitate humanitateque tractatus. In tua igitur honeſtiſſima domo ætatem reliquam Devarius traduxit: cum præclare ſecum agi putaret, quod ſe & principis ampliſſimi patrocinium nactum eſſe, & in celeberrimorum virorum numerum videret adſcriptum, qui doctrinis eſſent

omnibus

omnibus exculti, quibus tuam domum ſemper ornatam eſſe voluiſti, quæ tamen eos viciſſim non minus ornaret, quam ab ipſis ornaretur. Ubi enim niſi domi tuæ, Pater ampliſſime (ut a Poëtica incipiam facultate) velut in Pindo aliquo monte vel Parnaſo, Franciſcus Maria Molza, Laurentius Gambarus, Bernardus Cappellus, aliique permulti poëtæ noſtræ ætate præſtantiſſimi floruerunt? Ubi umquam plures, quam domi tuæ, aut eloquentiæ laude, aut variarum, pulcherrimarumque rerum cognitione præſtantes? Ex quibus ſi Romulum Amaſæum, Annibalem Carum, Carolum Gualteruccium, Fulvium Urſinum (cujus mentio nobis erit alias infra non ſine laude ipſi debita facienda) Guidum Lolgium, Antonium Aelium Epiſcopum deinde Polenſem, alterum item Antonium Aelium Mirandulanum; qui Caſſertæ item eſt poſtea præfectus Epiſcopus. Joannem Baptiſtam Poſſevinum, Hieronymum Mercurialem, noſtra ætate Medicum celeberrimum: ſi vel hos inquam (ut cæteros quamplurimos taceam) proferre velim, nemo, ut opinor, erit, cui fuerit horum eruditio, vel conſuetudine familiari perſpecta, vel etiam fama ipſa, & auditione cognita, qui mendacii nos poſſit vel temeritatis accuſare. Quid? non ne ut ex equo Trojano fortiſſimi viri, ita è domo tua, quæ ſemper doctrinarum omnium, etiam divinarum, ſeminarium quoddam fuit, non modo Epiſcopi permulti, hoc eſt Eccleſiæ orthodoxæ paſtores; verum etiam Cardinales nonnulli, hoc eſt Reip. Chriſtianæ

lumina,

lumina, & ſummi etiam Pontifices prodiere? Quorſum ego Marcellum Cervinum hoc loco nominem? qui ob inſignem virtutis & ſapientiæ laudem ad ſupremum ſacerdotium eſt evectus: qui cum diu tecum olim familiariterque vixiſſet, graviſſimo tuo teſtimonio, ut par eſt, non ſua, a qua longiſſime aberat, ambitione; virtutum ſuarum quaſi gradibus ad ſacros ac ſummos honores aſcendit: quem tamen videtur Deus oſtendere potius mortalibus voluiſſe, quam dare; quippe qui paucis diebus fuerit in Apoſtolico illo faſtigio ſuperſtes, ut & illum tanto honore digniſſimum, & nos tanto paſtore non ſatis fortaſse dignos eſſe declararet. Omitto Bernardinum Maffæum, & Ardinghellium Cardinales, qui illud purpuræ decus e domo tua retulerunt, quod illorum merita poſtulabant. Joannes Antonius Facchinettus, qui cum primum Romam venit, in tuorum numero domeſticorum cum ſumma laude verſatus eſt: inde Tridentino Concilio interfuit, tum Venetias a Pio V. miſſus, legationem ſumma cum dignitate obiit: deinde à Gregorio XIII. Cardinalis creatus eſt: vel unus poteſt eſſe hujus rei teſtis idoneus, qui nunc in hoc ſacroſancto Patrum Collegio magno apud omnes eſt in honore, ob legum humanarum ac divinarum ſcientiam: quibus potiſſimum fultus præſidiis, multa & graviſſima onera pro dignitate ſuſtinet in Eccleſia ſancta pro viribus ſublevanda. Verum ne in hac re longius digrediar, quam aut leges epiſtolæ patiantur, aut vires meæ ferre poſſint, ad in-

ſtitutam

ſtitutam de avunculo meo narrationem revertamur. Is ergo domi tuæ Tridentinum Concilium & Catechiſmum, Pii Quinti juſſu, in Græcum ex Latino convertit. Florentinum Concilium tum primum Græce editum emendavit. Longum eſſet alias præterea ejus lucubrationes atque opera perſequi. Quid? epigrammata Græca quam multa, quam eleganter, ornateque conſcripſit? ex quibus non nulla, quibus Farneſia familia fere celebratur, in hoc volumen inſerenda exiſtimavi; ut & quantum illius in te familiamque tuam ſtudium fuerit, facile intelligatur: & Farneſiæ familiæ nomen, etſi per ſe ſatis ornatum, quo hic etiam libellus ornatur, viciſſim tamen, quantum eſt in nobis, his quoque verſibus illuſtretur. Equidem aliquot ante annis ſub Gregorio Pont. Max. Tridentinum Concilium typis excudendum curavi, quod (ut modo dicebam) avunculus meus Græce converterat: antea tamen, eodem jubente Pontifice, recognitum, & cum Latino collatum exemplo, tum a Gulielmo Sirleto, Cardinali noſtra ætate religionis ac doctrinæ laude præſtanti, tum a Fulvio Urſino familiari tuo, quem paulo ante honoris cauſſa nominavimus: viro cum ſplendore generis, tum eruditione ac Latinarum Græcarumque litterarum cognitione præclaro: is ita ſuam in ea re operam navavit egregiam, ut & quod amicitia illi ſumma cum avunculo meo interceſſerat, & quod ambo ſimul conjunctiſſime vixerant, non majorem adhibere diligentiam (ſi viveret) auctor ipſe

 potue-

potuerit. Reliquum eſt, ut & catechiſmus, & alia nonnulla avunculi opuſcula deſcribantur, & viris doctis recognoſcenda tradantur. Quod ipſe ejusdem Fulvii Urſini, aliorumque ope, Deo bene juvante, præſtare conabor. Quæ deinde tuo dicata nomini, libenter ſinam in manus hominum pervenire, quemadmodum hæc jam diſputatio de particulis prodit, auctoritatis tuæ fulta præſidio; atque ita prodit, ut cum eidem Fulvio Urſino tuique ſtudioſiſſimo, tum Sirleto ipſi Cardinali vehementer probata ſit, eademque a M. Antonio Mureto paulo ante, quam e vita diſcederet, accurateque recognita. De cujus viri doctrina, eloquentia, Græcæ Latinæque linguæ ſcientia quid attinet dicere? cum inter omnes, qui recte ſentiunt, ut puto, conveniat, eum eruditione, dicendi facultate, Græcarumque litterarum laude noſtra ætate pares fortaſſe (ut leviter dicam) pauciſſimos, ſuperiorem certe habuiſſe neminem? Jam vero ſicut mei avunculi conſilium illud erat, ut Concilium ſummo Pontifici dedicaretur, quod ipſi eſſet illud negotium a ſummo Pontifice datum; ita hoc opuſculum de particulis, quippe proprium fœtum ac ſuum, tui ſplendore nominis illuſtrari cupiebat; nempe cujus domus, ut ante dixi, ſemper doctis viris, ac ſapientibus patuit: quorum voces te jam inde a pueritia usque adeo delectarunt, ut cum illorum ſermonibus, atque ingenii tui præſtantia animique virtute magnas tibi opes paraveris prudentiæ, conſilii, gravitatis; te nunc in ſacro patrum ampliſſi-

ampliſſimorum Collegio principem locum tenere: teque unum uni Pontifici maximo ſecundum eſſe jure lætemur: te denique (ſi humano res tanta pendenda judicio ſit) illo ipſo loco, quo nullus eſt in terris celſior, eſſe digniſſimum arbitremur. Ergo dum tuo patrocinio, Cardinalis ampliſſime atque optime, tutum eſſe libellum hunc, atque ornatum volo; ſimul, credo, auctoris videbor obſequi voluntati, & mihi ipſe quoque aliqua ex parte ſatisfacere, qui non minus profiteor me amplitudinis tuæ ſtudioſum eſſe cultorem, quam vel avunculus fuerit, vel quam a me avunculum coli, obſervarique par ſit. Quare tui quondam clientis & familiaris primitias hilari vultu ac libenti (ut ſoles) animo accipere ne graveris, meque ipſum Matthæi Devarii ſororis filium in tua eſſe tutela, obſecro, patiaris: ut dum ſimul avunculi memoriam conſervas, meumque hoc erga te ſtudium, & qualecumque officium minime contemnis; ſi forte me vires in hac ipſa re præſtanda deficiant; tu me pro tua ſumma humanitate ac benignitate ſuſtentes. Vale.

# ΜΑΤΘΑΙΟΥ ΤΟΥ ΔΕΒΑΡΗ

## ΕΙΣ ΦΑΡΝΕΣΙΟΥΣ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ

### ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΕΤΡΑΔΕΛΦΩΝ ΦΑΡΝΕΣΙΩΝ.

ΔΙΣ δύο τίκτ᾽ ἄνακους Ιερωνύμη, ὥς τε τόρων δὴ
Κόσμων. τέτταρας εἷς οὐ χάδεν ἠελίους.

### ΠΕΡΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΦΑΡΝΕΣΙΟΥ.

Πᾶς τις Αλεξάνδροιο δέμας καὶ εἶδος ἀγητὸν
Αθρῶν, μηδοτιοῦν ἄλλογ᾽ ἐπιστάμενος,
Αξιον ἂν φαίη βασιληΐδος ἔμμεναι ἀρχῆς
Κὐδενί γ᾽ εὔξαιτ᾽ ἂν φῦναι ὁ οιότερος.
Οἵτινες οὖν ἀρετὰς δεδαήμεθα τοῖο ἄνακτος,
Ἐνδικάμιν σεβόμεθ᾽ ἶσα μάκαρσι θεοῖς.

Τῷ αὐτῷ βιβλίον αὐτῷ δωρούμενος.

Ες τί λόγοι, μουσέων τε πόνος, πόλεμόνδε κιόντι;
Δεῖγμ᾽ ὅτι καὶ μουσέων ἄξιον ἠδὲ λόγων,
Εσσεται ἔργον ἄρηος, ὅπερ πυκινόφρονι βουλῇ
Ενεῖκος βασιλεὺς Φαρνεσίου τελέσει.

## ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ, ΚΑΙ ΕΝΡΙΚΩ τῷ βασιλεῖ συμμαχοῦντος.

Θησέος οὐδὲν ἄνευ κρατερὸς παῖς Ἀμφιτρύωνος
Ως λόγος ἀρχαῖος, πρίν ποτ' ἔρεξε μέγα.
Καὶ νῦν Φαρνεσίοιο νόῳ βουλῇ τε καὶ ἀλκῇ,
Ενρῖκος βασιλεὺς πίσυνος, εὐπετέως
Κόσμου λυμαντῆρα, πέλωρ κακὸν ἀργαλέοντε,
Εἶρξε. καὶ δυσμὰς εἰς δνοφερὰς πελάσε.

## ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Φαρνεσίων μέγα κῦδος Ἀλέξανδρ', οὐκ ἀνεχοίμην
Ων περ ἔχω πολλὰ σεῦ, μηδὲν ἀμειβόμενος.
Τῷ, καίπερ σέο κῦδος ἀγακλυτὸν ἐς τόσον ἤρθη,
Ως τ' ἀνέφικτον ἔμεν ῥήσεσιν ὑμνοπόλων,
Εμπης οὐ θεμιτόν μοι, ὅτ' οὐ κατὰ μοῖραν ὑπάρχει,
Τ' οὕνεκα καὶ χέεσθαι μηδ' ὀλίγως ἐνέπειν.
Κοινὰ μὲν σοῦ πολλοῖσι λάχες, κράτος ἠδὲ καὶ ἀρχάς,
Πλοῦτόν τ' εὐφυΐην τ', εὐγενίην τ' ἐρατήν.
Πᾶσι μὲν εὐκτὰ βροτοῖς, ἅγ' ἑκὼν οὐκ ἄντις ἕλοιτο,
Αλλὰ καὶ αὐτὰ τύχης κείμεν' ὑπ' ἀστασίῃ.
Τοὔνεκεν ὧν λάχες, ἀλλ' ἐκτήσαο πολλὸν ἀμείνω.
Η θεῶν κόσμον ἅπαντ', εὐμαθίην τε λόγων.
Εξοχα δ' ὧν τέλος ἐστὶ, θεοῖς ἐναλίγκιον ἄνδρα
Εκτελέειν, πρακτῶν τ' ἴδμονα τοῦδε βίου.
Ων, εἰ μὴ νέμεσίς τι θεῶν τὸν ἔχοντα κολούσῃ,
Οὔτε βίη μερόπων, οὔτε τύχης ἀφέλοι.
Ταῦτ' οὖν ἀθανάτοις σε φίλον θνητοῖσι τ' ἀγαστὸν,
Αξιον ἠδ' αἴνων τεῦξαν ἀπειρεσίων.
Οὓς ἐπεὶ οὐ κατὰ μοῖραν ἔχω φράσαι. οὔτι ὀνοστὸς
Ως δύναμ' ἐκτίνων χρεῖος ὀφειλόμενον.

Τῷ, νῦν προφρονέως τελέω τάδε. εἰσόκεν αὖθις
Δαίμονος εὐμενίῃ, κρεῖττον' ἔχω παρέχειν.

## ΤΩ ΑΥΤΩ ΕΞΟΡΙΣΤΩ ΕΠΙ ΙΟΥΛΙΟΥ Γ'.
### παράκλησις.

Κἤν με τεῆς στυγερὸς δαίμων ἐρατῆς ἀπερύκει
Νῦν γε συνηθείης Φαρνέσι' ἀκρότατε,
Οὐ διὰ τοῦτ' ἐμέθεν γνώμην καὶ θυμὸν ἐρύξει
Τοῦ μήσ' ἐνδικέως ἶσα θεοῖσι σέβειν.
Τοὔνεκα νῦν μοι ἔπεισι σέθεν περὶ ταῦτα φατίζειν.
Ἀργαλέον περ ἐὸν χρεῖν φάτιν ἐσσομένων.
Πρῶτα μὲν οὔτι σε δηρὸν ἀποπλάγξεσθαι ὀΐω
Οὔτε φίλης πάτρης οὔτ' ἐρατῶν κτεάνων.
Ὃν ῥά τε γὰρ φιλέει θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἐπὶ δηρὸν
Κεῖνος ἀνὴρ ὀχέει ἄν ποτε δυσμορίην.
Οὐδὲ μὲν ἠελίοιο περίδρομος ἠδὲ σελήνης
Οὔτε νόος μερόπων δὴν κατὰ ταυτὸ μένει.
Τῷ ῥ' οἵσ' ἀπεκρούσαντο πάρος κακὰ μηχανόωντες
Αἶψά τις ἐκ τούτων σεῦ ὕπερ ἀσπίδ' ἕλοι.
Καὶ τότ' ἔπειτα βίην ἀναλήψεαι ἣν πρὶν ἔχεσκες
Δυσμενέων θεόθεν σεῦ καταβαλλομένων.
Ἔνθεν ἀνακτορίης ἐπιβήσεαι. ἧ ἔνι Πάππος
Πρόδρομος ἔπλε σέθεν, κλεινὰ θέμεθλα βαλών.
Καὶ τότε μοι μέμνησο κληηδόνος ἣν σοι ἐγὼ νῦν
Σὺν θεῷ δ' εἰρήσθω, οὐκ ἀλίην ἐνέπω.

Τόφρα

Τόφρα δὲ κηδόμενός περ ἀνάσχεο μὴ δ' ἀπόειπε
    Αἰεὶ ταῖς ἀγαθαῖς ἐλπίσι θαλπόμενος.
Τούς τε κάλως μελέτα πάντας πυκινῶς ἀνασείειν
    Καὶ σὺν Ἀθηναίῃ πάντοτε χεῖρα κίνει.
Οἶδα μὲν οὖν ὅτι νεῖν δόξω δελφῖνα διδάσκειν,
    Ἠδ' αἐτὸν διέπειν εἰρεσίην πτερύγων.
Ἀλλά γε καὶ παῖδας ποτ' ἐπισπέρχοντας ὁρῶμεν
    Τοὺς σαδιεῖς ἄθλων ἔγγιον ἐρχομένους,
Τούς τε κυβερνήτας μάλα καίρια πολλάκι ναῦται
    Νουθετέουσι νόῳ κίνδυνον ὀσσόμενοι.
Τοὔνεκα μή τι λίην σύγ' ἐμὴν φαύλιζε ἐφετμὴν
    Καὶ μέγας ὀρθοῖτ' ἂν καὶ ὑπὸ μικροτέρου.

## ΕΙΣ ΡΑΥΝΟΥΤΙΟΝ ΦΑΡΝΕΣΙΟΝ τὸν Καρδινάλιν.

Πῶς κ' ἀγέραστον ἄναξ Ῥαϋνούτιε, εἰ σέτ' ἄμεμπτος
    Τλαίην σ' ἐξ ἐμέθεν, δῖον ἐόντα, μένειν;
Ὅς γε τύχης παρὰ πολλὰ λαβὼν γέρα, πολλὰ δὲ μᾶλλον
    Ἐκ φύσεως: γενετῆς εἵνεκα λαμπροτάτης,
Εὐφυίης τε νόου, καὶ σκήνεος ἔξιος ἐσθλῆς,
    Τοῖς δὲ μὲν οὐκ ἀγαπῶν, εὗρες ἀρειότερα.
Κτησάμενος γνώμῃ τε τεῇ μελέτῃ τε πόνῳ τε,
    Κόσμον ἅπαντ' ἀρετῶν, εὐμαθίην τε λόγων.
Ταῦτ' αὖ, πῶς κατὰ μοῖραν ἔχοι βροτὸς ἀντιγεραίρειν,
    Ὄντα τύχης γεράων φέρτερα καὶ φύσεως;

Τῷ, μακαριζέμεναι μᾶλλον πρέπει, ὅς τις ἑαυτῷ
Κτήσατο φραδμοσύνῃ τάξιν ἐν ἀθανάτοις.

### ΠΑΥΛΟΥ ΦΑΡΝΕΣΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ἀρχιερέος Ἐπιτάφιον.

ΠΑΥΛΟΥ Ἀρχιερῆος ὑπέρτατου ἐνθάδε Ῥώμη
Πατρὶς ἄνακτος ἑοῦ λείψανα νῦν σέβεται.

### ΑΛΛΩΣ.

Παῦλον Φαρνέσιον τρίτον ἀρχιερῆα μέγιστον
Ῥώμη πατρὶς, ἄνακτ' ἐνθάδε νῦν σέβεται.

### ΑΛΛΩΣ.

Παῦλον Φαρνέσιον τρίτον ἀρχιερῆα μέγιστον
Ῥώμη ἑόν ποτ' ἄνακτ' ἐνθάδε νῦν σέβεται.

### ΩΡΑΤΙΟΥ ΦΑΡΝΕΣΙΟΥ ἐπιτάφιον.

Τίπτε τόσον δ' ἔσπευσας ἀμείλιχε βάσκανε μοῖρα
Ἐκ βιότου καθελεῖν κύδιμον Ὠράτιον,
Ἠΐθεον θαλερὸν πανάωρον; ἦ τάχ' ἔδεισας
Μήποτε κυδαλίμοις ἔργμασιν ἠδ' ἀρεταῖς,
Ἀθάνατός τε γένοιτ', ἢ δὲ σὴν ὅγε κῆρ' ὑπαλύξῃ;
Ἀλλὰ γὰρ εἵνεκα τοῦδ' ἤμβροτες οὐκ ὀλίγον.
Ζῶν γὰρ ὅγ' εἰσέτι σεῖο ὑπήγετ' ἂν ἀστάτῳ αἴσῃ,
Νῦν δὲ θανὼν, καλλίω σφραγῖδ' ἔθηκε βίῳ.
Ταύτην οὔτε χρόνος καθέλοι ποτὲ, οὔτε σὺ αὐτή.
Τοῖ' ὅγε τῶν ἰδίων τέρματ' ἔθηκε πόνων.

ΕΠΙΤΑ-

## ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΡΑΝΟΥΤΙΟΥ ΦΑΡΝΕΣΙΟΥ τοῦ Καρδινάλεως.

Ἦν ἄρα κ᾽ ἐν μακάρεσσι παρ᾽ ἀξίαν ὄλβον ἐχόντων
  Ἀμφ᾽ ἀγαθοῖς νέμεσις, θέασιν ἔχουσα βίου.
Ἦ ῥά σέγ᾽ ἀνθρώποισιν ἀεξόμενον μέγ᾽ ὄνειαρ,
  Εἷλε Ῥανούτι᾽ ἄναξ πρώϊμον ἐκ βιότου.
Ἀλλὰ γὰρ εἴγε δίκῃ μάκαρες δέπουσιν ἅπαντα,
  Οὔτις ἂν ἐκπέσοι ὧν ἄξιος ὢν τελέθει.
Τῷ ῥὰ σὺ μὲν μεγάλοιο θεοῦ παρ᾽ ἀκήρατα δῶρα
  Ἔνδικά κεν κομίσαι᾽ ἄξια σῶν καμάτων.
Τοῖς δὲ σεῦ ἀνθ᾽ οὗ ἄμερθεν ἀνάξια σοῖο συναίμοις
  Πήματος ἐκ μεγάλου, ὄλβος ἔποιτο μέγας.
Λοιπὸν ἄναξ θνητοῖς ἐντεύξεσι σαῖς ἐπαρήγοις,
  Αὐτόθεν, ὄφρ᾽ ἔτι νῦν κόσμος ὄναιτο σέθεν.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

## ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΓΡΗΓΟΡΙΟΝ τὸν Θεολόγον.

Αὐτὸν μέν σε πάλαι Πάτερ οὐρανὸς ὄλβιον ἔχει
  Γηθοσύνῃ μακάρων φαιδρὸν ἄγοντα βίον.
Λείψανα σεῦ δὲ λαθόντα πολὺν χρόνον ἀκλέε᾽ αὔτως
  Ῥώμῃ ἐν ἠγαθέῃ, λιτὸν ἔχοντα τάφον.
Γρηγόριός σφε Πάπας τρισκαιδέκατος, σοφίην σεῦ
  Καὶ πρὶν ἀγαιόμενος θεσπεσίους τε λόγους,
Ἄρτι δὲ καὶ γραικοῖς θεόθεν δειχθεὶς ἐπίκουρος,
  Καὶ σφίσιν εὐμαθίην πάτριον αὖ κατάγων,
Χώρῳ ἐνὶ ζαθέῳ νῦν ἵδρυσε κόσμησέν τε,
  Ἔθνεσιν ἑσπερίοις πᾶσι σέβας τελέθειν.
Ἵλαθι δὴ πάτερ ἁγνὲ, καὶ εὔχεο θεῖον ἄνακτα
  Γρηγόριον παρὰ σοὶ κ᾽ ἐν μακάρεσσιν ἔχειν.

ΕΙΣ ΙΟΥΛΙΟΝ ΤΟΝ ΜΕΓΙΣΤΟΝ ἀρχιερέα, ἐπὶ τῇ ἀνευρέσει τῆς τοῦ Ὁμηρικοῦ ἀγάλματος κεφαλῆς.

Τίπτε τοσόνδε λαθοῦσαν ὑπὸ χθονὶ Μαιονίδαο
Τὴν ἱερὰν κεφαλὴν νῦν ἀνέφηνε χρόνος;
Ἦ μέγα δεῖγμα πέλει τόδ' Ἰούλιε, δεῖσθαι ἀοιδοῦ
Οἷος ἄδ' ἔργα σέθεν κοὐδὲν ἀφαυροτέρου.

ΠΙΩ ΤΕΤΑΡΤΩ ΑΚΡΩ ΑΡΧΙΕΡΕΙ

Θεῖε πάτερ τὸ τέταρτον ἐν ἀρχιερεῦσι λελογχὼς
Εἵνεκεν εὐσεβίης κλεινὸν ἄκουσμα Πίου,
Εἴτι τοι ἡμετέρων ἀχέων μέλει, ὧν τάχα θείᾳ
Αἴσῃ τὸ Γραικῶν πολλὰ πέπονθε γένος,
Σῶζον, ἐπεὶ δύνασαί γε τὸ δύσμορον, ἠδὲ διὰ πολλὰς
Σφῶν ἀρετὰς προγόνων ἀντίδοσιν παρέχοις.
Τῶν δὲ πολὺ πρότερον μέγα κήδεο δέσποτα, καὶ τοὺς
Κείνων κυδαλίμους ἀμφικόμει καμάτους.
Καὶ σοφίης συνάγων καλὰ λείψανα ὅσα ποθ' Ἑλλὰς
Παλλάδος ἠδὲ Πάλας καρποφόρησε πέδον.
Εἴποτε ταῦτα τύπων γονίμοις καταθεὶς ἐν ἀρούραις,
Οὕς γ' ἐπιλησμοσύνης φάρμακον ἀντίδοτον,
Δεῖξε Προμηθῆος πυκινὸς νόος, αὐτὰρ Ἀθήνης
Ἥφαιστος φραδέως γλύψεν ἐφημοσύναις,
Ὄψε' ὑπεξαναδύντ' ἀγαθῆς ἀπὸ πυθμένος αἴης
Ἄρτια καὶ πολλῷ (θαῦμα) φαεινότερα.
Τοῖα δὲ νῦν παρέχων σύγ' ὀνείατα, οἷά τις Ἑρμῆς
Ἀτλαντίδης τε σέβας καὐτὸς ἔσῃ μερόπων.
Σόν τε κλέος περίπυστον ἐς οὐρανὸν ἀστερόεντα
Ἥξει, καὶ γαίης τέρματα καὶ πελάγευς.

ΕΙΣ

## ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Πρὶν μὲν Ἄθων ὤρυξεν ὁ βάρβαρος. ὃν ῥὸ Φιλίππου
Δεύτερον ὑβρίζειν δῆθεν ἀλευόμενος,
Πρόκλησιν μεγάλην ἀπανήνατο τέκτονος ἐσθλοῦ
Ἐξ ὄρεος τεύξειν εἰκόν' ὑποσχομένου.
Νῦν δέ τε θερμὰ Πίος, τὰ πρὶν Διοκλητιανοῖο,
Τέτρατος ἀρχιερεὺς ὁ κλυτὸς οὐκ Μεδίκων,
Εἰς τόδ' ἐρείπι' ἀμαυρὰ δυσώνυμ' ἀνείδεα τ' ἔμπης,
Φράγμα βέβηλον ἐόντ' ἐργασίης ἀνόμου,
Ἐς θεομήτερος ἁγνὸν ἁγνῆς ἕδος ἥρμοσε, θείῳ
Κόσμῳ ἀνορθώσας συχνὰ θέμεθλα δόμου.
Δεικνὺς ὅσον θεόθεν κατέχει κράτος. ὡς τὰ βέβηλα
Σύμβολ' ἁγιστείης σεπτά τι θεῖ μερόπων.

## ΕΙΣ ΜΑΡΚΟΝ ΑΝΤΩΝΙΟΝ
### Κολοῦμναν τὸν Καρδινάλιν.

Ἐκ προγένων λαμπρὸν φῦναι, λαμπρῶς τε τραφῆναι,
Ἀξιέων τε λαχεῖν ἔνδικα σεμνοτάτων.
Καλὰ μὲν εὐκτά τε, Μάρκε. τάδ' ἀθρόα σοί γ' ἐνυπάρχει.
Ἀλλ' ἀρεταῖς ἥττω σαῖς συμβαλλόμενα.
Πῶς οὖν οὐκ ἂν ἀγαστὸς ἔοι, καὶ κύδιμος ὄντως,
Ὃς τὰ μέγιστα φύσει μίκρ' ἀπέδειξε νόῳ.

## ΕΙΣ ΓΑΒΡΙΗΛ ΠΑΛΕΟΤΤΟΝ
### τὸν Καρδινάλιν.

Γάβριελ ἀθανάτοις ἐπιείκελε, τίς κε κατ' ἀξίαν
Σὰς ἀρετὰς ἐνέποι, τῶν κλέος εὐρὺ πέλει,

Ευσε-

Ευσεβίην, πινυτήν τε, σωφροσύνην, σοφίην τε,
Δρηστοσύνην τ' ἔργων, εὐεπίην τε λόγ ν;
Ανθ' ὧν εἴ σε κλέος θηρώμενον ἤδεα θνητὸν,
Κ'αὐτὸς ὑπὲρ τοίων εἶχον ἴσως τι λέγειν.
Νῦν δ' ἐπεὶ (εὖγε) σὺ πάντα θεοῦ ἐς κῦδος ἀνάπτεις,
Ες τί βροτὸς ποιέοι τ' ἀμφ' ἃ μέμηλε θεῷ;

## ΕΙΣ ΑΝΤΩΝΙΟΝ ΚΑΡΑΦΟΝ
τὸν Καρδινάλιν.

Αθανάτοις πολύθεστε, διοτρεφὲς αἷμα λελογχὼς,
Εὖχος ἀείμνηστον τῆς Καράφων γενεῆς,
Θυμαίνω ὅτι Καῤῥαφαν ἀποφώλιος ὄχλος
Κικλήσκῃ σε δέον κλῆσιν ἔχειν Καράφης.
Οὐδὲ ... ἡ φ α ... κλυτὸν ὕμ ν σῦ ομ ἔδωκεν,
Αλλὰ κά ης γε αρῆς ἠγάθεόν τε φάος.

## ΒΙΚΕΝΤΙΩ ΛΑΟΥΡΩ ΤΩ ΚΑΡΔΙΝΑΛΕΙ.

Οὐ στιβαρὸν σύμπηγμα μελῶν, οὔτ' ἄρ σθένος ἥβης
Οὐ γλαφυρὴ σκήνευς συνθέτος ἁρμονίη,
Οὔτε τύχης εὖροι, οὐκ εὐγενίης φάος ἐσθλὸν,
Οὔ ἔτι τῶν ἐκτὸς τῶν συναπολλυμένων
Ανθρώποιο φυλὴν λογικοῦ ζώοιο καθιστᾶ,
Οὔτε τις ἀνθρώπου εὕρατ' ἐπωνυμίην
Εκ τουτέων. πολλὴν γὰρ ἀπὸ ... θεν εἰσὶ νόοι,
Τοῖς νοεροὶ λεγόμεσθ' ἄνδρες ἐπιχθόνιοι.
Os γὰρ πλεῖστα νόῳ δύναται νοέειν φρονέειν τε,
Οὗτος ἄρ' ἀνθρώπου ἔξοχα εἶδος ἔχει.
Τίς δὲ πλέον πέπνυτ' ἠδὲ φρονεῖ, ἢ ὃς ἑαυτοῦ
Τῆς νοερᾶς ψυχῆς πλεῖστα πρόνοιαν ἔχει;
Τοῦτο Λάουρε φέρεις μέγ' ἔξοχον ἔργον ἔχων σὺ
Ενδίχ' ὑπὲρ θνητοὺς ἄνδρας ἔμμεν δοκέοις.

## ΕΙΣ ΞΥΣΤΟΝ Ε΄. ΑΚΡΟΝ
ἀρχιερέα.

Καὶ σοφίῃ Ξύστε πρόμος ὢν γε σὺ, κάρτει τ' ἄκρος,
Καὶ μεγαλοφροσύνῃ τὴν πρὸ σέθεν προφέρων.
Οὔποθ' ὑποτλαίης ὑπολίζονα δόξαν ἔλεσθαι.
Ἐν κομιδῇ μουσέων καὶ σοφίης τροφίμων.
Οἷς θεόθεν μὲν ἀεὶ τιμὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ,
Τῇ δὲ τύχης κακίῃ λυγρὸν ἔχουσι βίον.
Ἀλλ' ἄνα μουσοπόλων μέγα κῆδος, ὡς γὰρ ἔπεστι
Σὸν γένος εὐφρανέεις δηθὰ κλεϊζόμενος.
Πέτρου Δεβαρῆ.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

## ΕΙΣ ΙΕΡΩΝΥΜΟΝ ΡΩΒΕΡΟΝ
τὸν καρδινάλιν.

Παντοίης ἀρετῇσι κεκασμένος ἔξοχα πάντων
Γνώειμος εὐσεβίης ἔργμασιν ἠδὲ λόγοις.
Καὶ πρὶν ἅτε χρυσὸς μὲν ἐλάμπετο Ρώβερε ἥρως
Εἰς σὲ σοφῶν πάντων ὄμματ' ἐφελκόμενος.
Χοίνικος ὡς δ' οὐδεὶς πυρσόν γ' ὑπένερθε πυκάζει
Ἀλλ' ἐπὶ λαμπτῆρος πᾶσι τίθει φαέθειν.
Τὼς σὺ ἄναξ συνάγων σοφίης καλὰ λείψανα πάντα,
Φέγγος ἔφυς μερόπων φραδμοσύνῃσι νόου.
Ἦ νύ σε τοῖον ἔφηνε μέγας θεὸς, ὄφρα ποθ' ὕψου
Χριστοσεβῶν σκοπιῆς στήσῃ ἐπ' ἀκροτάτης.

ΠΡΟΣ

## ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΕΝΤΥΓΧΑΝΟΝΤΑ ἄδηλον.

Καλὸν ἄτερ νεύρων ἐτύχθη δέμας ἡμιτέλεστον
  Δῶμά τ' ἄνευ κονίης, ναῦς ἄνηλος ἔῃ,
Καὶ βαλάνων χατέουσα πύλη, καὶ ἄδεσμος ἄμαξα,
  Καὶ ζῶον τελέθει αὐχένος ἀμέτοχον.
Τοὔνεκα τήνδε δέχευ βίβλον φιλόμουσε φιλέλλην
  Παλλαδίης γλώττης εἴ φρένας εἷλεν ἔρως.
Ἑλλαδικῆς δώσει κονίης σοι νεῦρα, καὶ ἥλους,
  Καὶ δεσμοὺς φράσεων, καὐχένα, καὶ βαλάνους.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Γόρδιον ἄστυ Φρυγῶν πολυχρύσου ἅρμα τυράννου
  Εἶχεν κρυπταδίοις ἐκκεδανοῖσι δεθέν.
Οἱ δέ γε μαντοσυνῶν εὖ εἰδότες ἅρμα λύοντα
  Τεύξεσθαι Φρυγίης φάσκον ἀνακτορίης.
Τοῖος ἐν ἑλλάνων διαλέκτῳ γρῖφος ἐτύχθη
  Δύσλυτος, εἴδησις γ' ἑλλαδικῶν μερίδων.
Τὰς εἰδὼς, Κέκροπος γλώττης ἐπιτεύξεται οἷος
  Γλώττης νικώσης ὄγκον ἀνακτοριῶν.
Φέρτατος ἑλλήνων Δεβαρῆς μέγα κῦδος Ἀθηνῶν,
  Τόνδε τὸν ἀργαλέον γρῖφον ἔλυσε μόνος.
Σοὶ δ' ὄλβου σφετέρου ἐπιβήμεναι οὔτι μεγαίρων,
  Λευγαλέον γρῖφον δείξατο τόνδε λύειν.
Μάνθανε, καὶ λῦσον, καὶ ῥ' ὄλβου τύγχανε τοῦδε,
  Τόν τε φίλει μεγάλων ἔξοχα κοιρανιῶν.

## JOSEPHI CASTALIONIS.

*Ex Atticis oris in Urbem Romuli*
*Secum camœnas qui reduxit Atticas;*
*Apudque magni Cardinalem nominis*
*Secum lepores collocavit Atticos;*
*FARNESI in ædes Devaris revertitur;*
*Refert lepores atque rurſus Atticos.*

## THOMÆ MANCINI.

*ALME Caſtalidum pater Sororum;*
*Vatum præſidium, decusque; ſacri*
*Splendor purpurei nitens Senatus;*
*Urbis gloria, ſpes & unica Orbis*
*FARNESI; nitidum tibi libellum,*
*Quem jam Devarius diſertus ille,*
*Ille Devarius tuus perennis*
*Servulus pepigit, neposque* Petrus
*Offert ex animo, precor, benignè*
*Sumas. Id meruit, puto, libellus*
*Cultus, undique, dulcis, eruditus.*
*Sin minus; pietas, id, in te, amorq́;*
*Auctoris meruit; meretq́; grata*
*Donantis, dubio procul, voluntas.*

EJUS-

## EJUSDEM.

*QUÆ doctè ſcripſit, compreſſerat, aurea Græcæ*
*Matthæus linguæ dogmata Devarius.*
*At quæ non ſcripſit,* Petrus*, prodeſſe futuræ*
*Dum ſtudet ætati, protulit inde nepos.*
*Debendum utrique eſt; ſed cui mage, non ſcio; cum nec,*
*Utilius quid ſit, promere, vel facere.*

MATTHÆI

# MATTHÆI DEVARII PRÆFATIO

## *IN TRACTATUM DE GRÆCÆ LINGUÆ PARTICULIS.*

CONSTITUI de Græcæ linguæ vocibus quibusdam agere. quæ, tametſi rem ipſæ per ſe nullam fere ſignificant; tamen in aliarum vocum conſtructione poſitæ vim aliquam habent, efficacitatemque ſeu emphaſim, aut certe qualitatem aliam ſermoni tribuunt. Cujus naturæ eæ voces ſunt, quæ ſtructuræ orationis quaſi nexus quidam aliarumque vincula adhibentur; quæque in ea potiſſimum Orationis parte, quam Græci Grammatici σύνδεσμον, Latini *Conjunctionem* vo-

cant, reponuntur; *modique* alicujus aut *ordinis* veluti ſigna ſunt: *continuandique* aut *transeundi*, aut *interrogandi*, aut *dubitandi*, aut *ratiocinandi*, aut *qualitatem aliam referendi* vim habent. Exempli cauſa γε & ἂν particulæ nihil per ſe ſignificant; ſed tamen in aliarum vocum conſtructionem receptæ, γε quidem *diminuendi quaſique coërcendi* facultatem habet, ut apud *Latinos certe*, *ſaltem*, & *dumtaxat*. ἂν vero *verbis* appoſita efficit, ut quod illa alioqui fieri factumve eſſe ſignificarent, *id poſſe tantum*, aut *potuiſſe fieri* ſignificent. Ut ſi dicas, ἔγραψα ἂν, non ponis *te ſcripſiſſe*, ſed *potuiſſe ſcribere*. Idque munus voces hujusmodi præſtant, aut per ſe *ſingulæ* poſitæ, aut *aliæ aliis* inter ſe certa quadam ratione *conjunctæ*. In qua quidem hujusmodi vocum conjunctione, ſi ſuam unaquæque vim

vim notionemque retineat, tunc in conſtructionis reſolutione ad diverſa ſingulæ referuntur: ſin duæ vel tres unum ſenſum conficiant, & ita in unum (ut ita dicam) conſpirent; fit ut unam ejus ordinis vocem cæteræ adjuvent, ſuamque ipſæ ſignificationem deponant. Quo fit, ut ex pluribus vocibus nonnunquam ſimul junctis, ſenſus fiat nullius vocis proprius earum quæ poſitæ ſunt, interdum etiam ab omnibus alienus: ut in ἄλλοτι & ἄλλοτι ἢ demonſtrabimus. Nam illud in primis animadvertendum eſt: permagni referre, utrum particulæ duæ vel plures per appoſitionem quandam, ut ita dicam, aggregentur, in qua ſingulæ vim ſuam & ſignificationem retineant; an ad certæ cujusdam & propriæ notæ conſtitutionem conjungantur. Quæ enim certas ac proprias notas conſtituunt, ſive duæ ſint, ſine plu-

res, in unam ſignificationem coëunt, & (ut dictum eſt) aut una, aut omnes ſuam ſignificationem immutant ſeu deponunt, vel etiam unius ſignificationem adjuvant: ut εἰ conditionalis, in εἰμὴ exceptivæ conſtitutione. Sic in ἄλλωτε & καιταῦτα, id eſt *alioquin*, & *præſertim*, binæ particulæ in qualibet voce in unum ſenſum conveniunt: qui neutrius ſenſum ſapit. Eæ vero quæ per appoſitionem aggregantur, ſicut à ſe invicem ſolutæ ſunt, ita ex ipſis nihil evadit quod unum ſit: ſed ad diverſa ſingulæ referuntur. quod fit in ȣ̓μὴν ἀλλὰ, & aliis, de quibus paſſim in hoc commentario admonebimus. Quod qui non animadverterunt, plures nobis hujus generis vocum formas, quàm ferat earum natura, tradiderunt. Nec ſolum disjunctas particulas duas vel tres in unam redegerunt, & unicum

cum ſimul omnibus ſenſum tribuerunt; ut cum docent ἀλλ᾽ ὅταν, pro *antequam* & *priusquam* accipi; ſed etiam ſingulis ac ſimplicibus fere omnibus multas, æquivocas etiam & alienas, plures quam opus eſt, ſignificationes tribuerunt. Non enim animadverterunt (ut paulo ante diximus) quænam à ſe invicem ſolutæ, altera alteri apponatur, & quæ ad certæ ac propriæ notæ conſtitutionem in unum conveniant. Nec viderunt non opus eſſe ſignificationes unius vocis multiplicare, cum una eademque cujusque vocis ſignificatio plerumq; eſſe deprehendatur; ſi vel id quod deeſt ſuppleatur aliunde, ac ſubintelligatur, vel dictum repetatur, vel forma aliqua locutionis commutetur, vel id quod longius progreſſum eſt, ad ea quibus jungi debet, referatur. Intereſt enim utrum plura voce aliqua

ſignificari dicas, an propter diverſas
rationes, diverſosque ut ita dicam,
reſpectus, eandemque vocem ad
plura ſignificata deduci: dum à primaria
ſignificatione, licet paulum,
non prorſus tamen recedit. Cujus
diſtinctionis ignoratio cauſa fuit, cur
plura & diverſa ſignificata omnibus
fere his particulis nonnulli tribuerint:
etiam illis, in quas nulla cadit
homonymia. Verbi cauſa ἀλλὰ particula,
cum μειωτικῶς accipitur, licet
à ſua ſignificatione nonnihil deflectat;
*adverſativam* tamen vim non
prorſus amittit: nec idcirco, ut
æquivoca vox habenda eſt. Nam
μειωτικῶς etiam accepta, *adverſatur*
quodammodo poſitioni alicui: ut
in illo VI. Polit. καὶ εἰμὴ πᾶσι δυνατὸν,
ἀλλὰ κατὰ φυλὰς, ut ſuo loco fuſius
dicetur. Inter adverbia etiam monoſyllaba
quædam, ut ναὶ, νὴ, μὰ,
quæ nihil per ſe ſignificant, ſed *modi* &

*di* & *affectus*, vel *alterius qualitatis* ſigna ſunt. Alia quoque quæ per ſe aliquid ſignificant, ut που & ποτὲ: quatenus extra propriam ſignificationem ϛοχαϛικῶς, vel ἀοριϛολογικῶς accipiuntur; nec non ut ἤπȣ & ὅπȣ, quatenus *ordinis membrorum hypotheticarum argumentationum ſigna* fiunt, & ut vox εἶτα, quatenus *emphaſim* & *vim interrogationibus tribuit*, & αὐτίκα, quatenus *exempli* nota fit: ea ratione hnjusmodi adverbia in hoc commentario locum habent. In aliis porro orationis partibus voces quædam inveniuntur, quæ quanquam per ſe aliquid ſignificant, quia tamen nonnihil à propria ſignificatione deflectunt, earum quas ſupra diximus vocum ordinem ſubeunt; *modumque* aut *efficacitatem* aut *emphaſim*, aut *qualitatem* aliam, aut *ornatum*, vel quandam, ut ita dicam, *plenitudinem* tribuunt ora-

 tioni.

tioni. Cujuſmodi eſt inter nomina, relativum ὅσον, in ἀμήχανον ὅσον, & ὑπερφυὲς ὅσον, & ſimilibus locutionibus. Et inter participia, vox ἔχων, in locutionibus παίζεις ἔχων, & ληρεῖς ἔχων. Inter verba etiam vox ἔστιν, vocibus ὅτε, οὗ, & ὡς præpoſita, earum ſignificationem adjuvat: in locutionibus ἔστιν ὅτε, ἔστιν οὗ, & ἔστιν ὡς. id eſt *aliquando*, *alicubi*, & *aliquomodo*, ſeu *quodammodo*. Fit enim ut non paucæ voces in quibuſdam Orationis partibus, præter propriam ſignificationem aliam quandam vim, & qualitatem ex modo ſermonis acquirant: quod (ut dictum eſt) ἦπου particulæ accidit. Quæ, cum affirmandi & aſſeverandi vim habeat, in argumentis tamen à minori ad majus, vel à majori ad minus, à ſua nativa ſignificatione deflectens, modo *multo magis*, modo *multo minus* ſignificat: ut ſuo loco declara-

declarabitur. Nam ſicut pleræque particulæ ſermonem afficiunt, modumque ipſi & qualitatem quandam tribuunt: ſic ipſarum nonnullæ ex modo & qualitate ſermonis afficiuntur. Sunt item aliæ nonnullæ voces ejusmodi naturæ, ut ἐλλειπτικῶς ſubaudiantur: quas reliquæ Orationis partes, quæ ipſis ad plenitudinem orationis indigent, implicita quadam vi ſua referant: compendiumque & elegantiam orationi adeo affectæ præſtent. Ut in locutionibus ἐμὴν χάριν, & σὴν χάριν, διὰ præpoſitio ſubintelligitur. & in ſynecdoche ἡ κατὰ. Porro voces etiam aliæ ejus naturæ ſunt; ut propter defectum aliquem, cum quid eſt ſubintelligendum, vel ex ſuperioribus repetendum, vim ſuam immutare, vel plura quædam ſignificare videantur: quod his etiam accidit, quæ ad remotiora non ad pro-

xima referuntur. Cum tamen ex ſuppletione ejus quod deeſt, aut repetitione, vel etiam figuratæ cujusdam locutionis converſione (quibus in hoc commentario ad vindicandum cujusque particulæ nativum ſenſum, veluti quibusdam inſtrumentis utar) appareat ſingulas unam certam habere notionem, quam perpetuo in Oratione qualibet quadam ex parte retineant. Quanquam, ut ſupra dictum eſt, nonnullæ aliquantum à ſua primaria & nativa ſignificatione deflectunt. De quibus omnibus vocum generibus non ut aliquid per ſe nonnullæ ſignificant, neque ut de materia Orationis, ſed quatenus

tenus alias voces adjuvant, in hoc libro agitur. Ex quibus, quodnam Orationi commodum accedat, inde perſpicere licet; ſi conſideremus paſſim ex Oratione demptis hujusmodi vocibus, quam enervata atque inefficax & diſſoluta futura ſit. Cujus rei argumentum ſumere poterimus in iis particulis, quas Conjunctiones Grammatici dicunt, ſi propoſita ſcriptoris alicujus periodo quapiam, ut Ariſtotelis illa, *ἐπειδὴ πᾶσαν πόλιν ὁρῶμεν κοινωνίαν τινα οὖσαν, καὶ πᾶσαν κοινωνίαν ἀγαθοῦ τινος ἕνεκεν συνεστηκυῖαν. τοῦ γὰρ εἶναι δοκοῦντος ἀγαθοῦ χάριν πάντα πράττουσι πάντες, δῆλον,* & reliqua; ex ipſa clauſula ſubtrahantur, & nudæ reliquæ orationis partes proferantur. Cum enim orationis cujusque locutiones

tiones certa quadam ratione aliæ ab alia pendeant, ſingulæque in membra quædam dividantur, ipſaque membra, nimirum antecedens, & conſequens, ſigna quædam comitentur; profecto qui ſignorum hujusmodi vim atque indicationem ignorat; ne membrorum quidem nexum & ſeriem, totiusque orationis modum qualitatemque percipiet. Cumque parum interſit tollatur ne de medio particularum uſus, an non intelligatur, vel ipſæ male adhibeantur & applicentur; non omnino operam perdet, qui in his exponendis, quique in intelligendis induſtriam ſtudiumque poſuerit. Si enim ordinis, & effi-

& efficacitatis orationis certa ſigna conſtituerimus ; fiet ut non opinione ducti ex apparente ſententia locutionis cuique particulæ, modo hanc, modo illam ſignificationem tribuamus. Quod illis quoque accidit, qui præſumpta opinione de hujusmodi particularum vi & poteſtate facile judicant ; ſed ex ipſarum etymologia potius & primaria notione, particulæ cujusque facultatem & multiplicem uſum perſpiciemus : & quisnam ex ſingulis modus & efficacitas aut alia qualitas ſingulis locutionibus & earum membris accedat, certa quadam ratione intelligemus. Verum cum ipſæ particulæ omnes præter paucas, nihil commune inter ſeſe habeant, quo altera ab altera pendeat : ita ut una non poſſit ſine alterius cognitione intelligi ; idcirco, ut ſingulæ quæque in literarum ordine ſuas primas literas habent, ita ordine deſcribentur.

tur. Illud tamen hoc loco animadvertendum videtur, earum particularum, quas παραπληρωματικὰς vocant, non eſſe unum quoddam genus, cujus voces ſemper ſolum ad orationis ornatum, & quaſi rimarum orationis explementum adhibeantur, ſed aliorum fere omnium generum nonnullis vocibus accidere, ut aliquando nihil in locutionibus ſignificent; ſed vel ornatus vel metri gratia, præſertim à Poëtis, uſurpentur. Earum etiam vocum, quæ à propria ſignificatione deflectentes alienam à ſuo genere vim habere videntur, nonnullæ inter παραπληρωματικὰς collocantur à Grammaticis, ut πȣ, & ποτὲ, & οὖν: cum tamen propriam vim ἀοριστολογικὴν, & στοχαστικὴν habeant: ut in ipſa ſingularum particularum tractatione dicetur.

# MATTHÆI DEVARII

## De Græcæ Linguæ particulis, & aliis quibusdam vocibus, ejusdem nexui & compendioſæ elegantiæ deſervientibus.

## *DE PARTICULA* ΑΛΛΑ. *Et compoſitis ex* Ἀλλὰ *&* *ex* Ἄλλο.

## CAPUT I.

Ἀλλὰ.

ΑΛΛΑ conjunctio tam inter *copulativas*, quàm inter *adverſativas* numeratur à Grammaticis. eſt enim *vi* quidem & *poteſtate adverſativa*, *munere* vero & *functione* in ſtructura orationis *copulativa*; quippe quæ, ſicut complures aliæ, orationem connectit. quare aliquando in ea ſpecie, quæ præcipuo nomine *copulativa* vocatur, reponi poteſt, cum pro καὶ, vel δὲ, accipitur. Habet autem vim ἐναντιωματικὴν, & διαφορετικήν: id eſt, *adverſativam*, & *diffe-* pro καὶ vel δὲ. Partic. Adverſativa &

 *ren-*

Differentiæ notæ. *rentiæ ſignificativam.* Quæ quidem facultates in ſtructura ita ſe habent, ut quæ adverſativa eſt, διαφορικὴ etiam ſit: non item ſemper quæ διαφορικὴ, etiam adverſativa. Vis enim διαφορικὴ conſtat ipſa per ſe & princeps eſt in hujus particulæ ſignificatione, quippe quæ ab ἄλλο nomine deducitur. apud Homer. Ὀδυσσ. α. διαφορικὴ vis perſpicitur in illis carminibus, ὦ πάτερ ἡμέτερε, καὶ λίην κεῖνός γε ἐοικότι κεῖται ὀλέθρῳ. ἀλλά μοι ἀμφ᾽ Ὀδυσῆϊ δαΐφρονι δαίεται ἦτορ. Quaſi diceret, *illum quidem miſſum faciamus, ſed ad Vlyſſem, cujus cura me angit, tranſeamus.*

Adverſativa. *Adverſativam* vero vim præ ſe fert hæc particula in ſermonibus, in quibus aliquid negantes, aliud ponimus quàm quod prius poſitum eſt: Ut, οὐ χῖος, ἀλλὰ κῖος, vel totum quidem concedimus, verum negamus qualitatem vel conditionem aliquam. Ut in Epigrammate: τοῦτο τὸ βουλεύειν εἶχες πάλαι, ἀλλὰ τὸ βιβλίον Οὐκ ἐπιγιγνώσκω, δέλτα γὰρ ἐγράφετο. In hac

ἀλλὰ idem quod δὲ. eadem ſignificatione reſpondet particulæ μὲν, & pro δὲ accipitur. Ut ſi quis dicat, μικρὸν μὲν, ἀλλὰ καλὸν: quod etiam μικρὸν μὲν, καλὸν δὲ, dici poteſt. In quo ſenſu differt à δὲ, quòd hic quidem non ſine μὲν, ἀλλὰ vero plerumque ſine eo dicitur. Cujus exempla paſſim occurrunt apud auctores. Cum itaque

que talem ſenſum præ ſeſerat, ab ἄλλο nomine, quod διαφορικὸν appellatur, derivari videtur, ejusque ſignificationem retinere. per ἀλλὰ namque conjunctionem, ἄλλο, id eſt *aliud*, ponimus quàm quod ſupra poſitum eſt. Qua ratione fit, ut *diſtinguendi* ac *definiendi* vim habeat. Varius autem eſt apud auctores uſus hujus particulæ. Cujus tamen modi omnes prædictam naturam & originem aliqua ratione redolent. Præcedit enim τοὺς παρακελευστικοὺς λόγους, id eſt, *hortatorios & ſuaſorios ſermones*, ut ἀλλ' ἄγεθ' ὡς ἂν ἐγὼ εἴπω πειθώμεθα πάντες. Ubi συμπερασματικῶς, & ἀποστατικῶς, pro ὥστε accipitur, & quiddam præter ea, quæ poſita ſunt, videtur inferre. & tunc pro *quare*, & *quapropter* accipitur. Ut apud Virg. *quare agite*. & in hoc ſignificatu accipitur apud Platonem. VII. νόμων. ἀλλ' ὅστις τοῦ ζῆν ἡμῶν καὶ τοῦ φρονεῖν μάλιστα ἐστὶ κηδεμὼν &c. *quamobrem ſiquis* &c. Et hac ratione in *approbationibus* & *aſſenſibus* recipitur. Ut ἀλλά μοι δοκεῖς καλῶς λέγειν. Sic cum aliquid faciendum proponitur, ἀλλὰ χρὴ τοῦτο πράττειν, *aſtipulamur*, ut ſæpe apud Platonem. Ubi etiam συμπερασματικῶς, & ἐπιλογικῶς accipitur, ut proximè dictum eſt. Convenit enim *epilogis* ὁ ἀλλὰ, quemadmodum etiam ὁ καὶ, Hippocra-

ἀλλὰ, ab ἄλλο.

Vim habet Diſtinguendi & Definiendi.

ἀλλὰ præcedit ſermones Hortatorios & Svaſorios.

Pro ὥστε. Quare.

In Approbationibus & Aſſenſibus.

In Epilogis.

*In conſequentia ſermonis.*

tes, ἀλλὰ περὶ μὲν ἀσθένων οὐλομενίης ἐν ἑτέρῳ λόγῳ γεγράψεται. In *conſequentia* etiam *ſermonis* hanc eandem vim habet, ut apud Ariſtoph. in Ranis, οὐδὲν ποιεῖς γάρ, ἀλλὰ τὰς λαγόνας σπόδει. *Nihil agis eo modo quo cœpiſti; quare vel propterea latera ejus contunde.* In qua etiam ſignificatione ὁ ἀλλὰ *adverſativum ſenſum* aliqua ex parte ſapit. cum enim aliquid diximus, eo repudiato, aliud proponimus.

*ἀλλὰ, idem quod ἀλλὰ καί. Sed etiam.*

Valet etiam per ſe tantundem quod ἀλλὰ καί, id eſt, *ſed etiam*: Ut οὐκ ἐκινδύνευσεν, ἀλλ' ἔπαθεν. quod perinde valet, ac ſi dixiſſet οὐ μόνον ἐκινδύνευσεν, ἀλλὰ καὶ ἔπαθεν: *non tantum periclitatus, verum etiam paſſus eſt.*

*Imò verò, quin etiam, ſed potius.*

Ponitur etiam pro *imò vero*, & *quin etiam*, vel *ſed potius*: Plutarch. in Lycurg. οὐ πόλεως ἡ σπάρτη πολιτείαν, ἀλλ' ἀνδρὸς ἀσκητοῦ βίον ἔχουσα: *non civitatis inſtitutionem, ſed potius viri ad virtutem ſe exercentis, & ſapientis vitam ducens.* Differt autem ab eo quod *approbantis*, & *conſentientis* eſt, eò quòd in illo quidem abſolute ponitur, & nullam particulam præcedentem reſpicit; hic vero ad οὐ negativam refertur, ut in proxime citato exemplo, οὐ πόλεως, ἀλλ' ἀνδρός. ſic apud eundem in Romulo, εἰ δὲ τοῦτο μὴ λέγεται κακῶς, ἀλλὰ ἐχρῶντο ῥωμαῖοι τότε τῷ ὀνόματι τῆς ταλασίας. Quorum verborum ſenſus

eſt,

eſt, *quod ſi res non ita ſe habet, ut quidam aſſerunt, ſed utebantur Romani Talaſiæ nomine*: Ubi non rectè ἀλλὰ particulam pro *nam* cauſativo accipi docet Lexicographus, vertens verba illa, ἀλλ' ἐχρῶντο &c. *nam utebantur.* Differt etiam ὁ ἀλλὰ à proximè dicta ſignificatione in ſuperiori illo exemplo, οὐκ ἐκινδύνευσεν, ἀλλ' ἔπαθεν. Quod illis quidem id, quod prius ponitur, continetur in poſteriore. qui enim malum aliquod paſſus eſt, antequam in illud incideret, non longè abfuit ab eo. hoc autem plane eſt periclitari: continetur itaq; prius in poſteriore. In hoc autem exemplo, οὐ πόλεως πολιτείαν, ἀλλ' ἀνδρὸς ἀσκητοῦ βίον ἔχουσα, id quod poſterius eſt, non refert quod prius eſt, imo multum ab illo diſtat, in quo τὸ ἀλλά ſuam propriam & præcipuam vim, id eſt τὴν διαφορικὴν obtinet. οὐ πόλεως πολιτείαν ἀλλ' ἀνδρὸς ἀσκητοῦ βίον. Negat enim *urbem Spartam. civitatis inſtitutionem habuiſſe; ſed hominis ſapientis, & ad virtutem ſe exercentis vitam inſtituiſſe contendit.* Habet itaque eam vim, ut ad ea, quæ poſita ſunt, aliquid addere videatur, ut in exemplo, οὐκ ἐκινδύνευσεν, ἀλλ' ἔπαθεν, & multis aliis in locis. In quibus ὁ ἀλλὰ per ſe idem valet quod ἀλλὰ καί. Cum tamen ad ſermonis integritatem requi-

ἀλλὰ, idem quod ἀλλὰ καί.

ratur expreſſio καὶ particulæ, non ſolum in conſequentia ſermonis, ut in proxime dicto exemplo, ſed etiam in principio comprehenſionis clauſulæ: ut apud Xenophontem, 3. ἀπομνημ. Ubi poſteaquam *Socrates Antiſthenis cujusdam laudes quasdam expoſuit*, ſubjungit: ἀλλὰ καὶ φιλόνεικος Ἀντισθένης ἐστίν. In conſequentia vero orationis utitur τοῦ ἀλλὰ, pro ἀλλὰ καὶ etiam Ariſt. in 3. Politic. πολίτου ἀρετὴν λεκτέον οὐ παντὸς, οὐδ' ἐλευθέρου μόνον, ἀλλ' ὅσοι τῶν ἔργων εἰσὶν ἀφειμένοι. Quorum verborum ſenſus eſt, *non ad omnem civem pertinebit virtus illa, de qua dictum eſt, neque ad illum, qui ſolum liber ſit, niſi ſolutus quoque ab omni opere ſit*: & erit ſeries verborum talis; οὐ γὰρ μόνον ἐλευθέρου, ἀλλὰ καὶ ἀφειμένου τῶν ἔργων τῶν ἀναγκαίων. Sic apud Plutarchum οὐ πλούσιοι μόνον εἶναι ἀξιοῦσιν, ἀλλ' εἰ μὴ ἔχουσι. et reliqua. *Non ſolum ſe divitiis dignos arbitrantur, ſed etiam* &c. Ubi Lexicographus totam vocem ἀλλ' εἰ μὴ. *niſi*, ſignificare docet. ſupprimens ἀλλὰ particulæ ſignificationem. Cum tamen in ejusmodi particularum oppoſitione ipſum ἀλλὰ ſuam nativam ſignificationem retineat. nec à ſibi appoſitis particulis naturam ſuam immutari aut ſupprimi patiatur. Quemadmodum putat Lexicographus, qui immutari

qui-

quidem ἀλλὰ ſignificationem putat in ἀλλ' ὅταν, & quibusdam aliis, in quibus tamen vis ἀλλὰ particulæ nequaquam immutatur. Supprimi autem ejusdem particulæ vim arbitratur in ἀλλ' ἔγω γε, quod, *equidem*, interpretatur. & in multis aliis aggregatis ἀλλὰ particulæ adjunctarum ſignificationem tribuit. quippe qui ex particulæ alicujus ſubſecutione putat ἀλλὰ conjunctionis ſignificationem immutari. Ut cum ἀλλὰ pro, *atqui*, accipi aſſerit, ſi poſt ἀλλὰ, μᾶλλον ἢ ſubſequatur: ut apud Demoſthenem, ἀλλὰ πολλοῦ μᾶλλον ἢ τοῦ παντὸς δεῖ. Quæ Lexicographus, *atqui longe ſecus ſe res habet, & imo nihil horum reperietur*, latine reddidit. Ubi tamen ἀλλὰ non tam pro, *atqui*, ἐναντιωματικῶς, quam pro, *ſed* διαφορετικῶς accipitur. quippe cum ad præcedentē negationē referatur. Eſt enim integer ſenſus: οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλὰ πολλοῦ δεῖ, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς, id eſt, *res non ita ſe habet, ſed multum abeſt, imo vero toto cælo diſtat*: Multa præterea huic particulæ ineptè tribuit Lexicographus ex aliarum particularum adjunctione. Quę operæ pretium eſt hoc loco recenſere, ne Tirones decipiantur. Ac primū quidem quod ait ἀλλὰ per ſe pro ὅταν accipi, adjecta γε particula, ſe ipſe refellit, cum dicit ἀλλά γε pro, *at certe, atqui*, ἀλλὰ Sed.

& *verumtamen* accipi. Deinde quod pro *num*, & *an*, ut πότερον, & ἆρα accipiatur, et pro *rationali* γδ', multisque aliis, nulla auctoritate confirmat. Sciendum autem, non ex omnis particulæ adjunctione, ἀλλὰ conjunctionis vim & ſignificationem immutari, ſed ex paucarum admodum, qualis eſt ἢ disjunctiva. Ex qua fit ἀλλ' ἤ, quod, *niſi*, & *præterquam* ſignificat, de quo infra. Cæterum ἀλλὰ tam ſola per ſe quam νὴ δία vocibus ſubjecta, *objectionibus* convenit, ut apud latinos particula, *at*: Ariſtot. 2. Ethicorum: ἀλλ' ἴσως τοιοῦτος τίς ἐστιν, ὥστε μὴ ἐπιμεληθῆναι, ἀλλὰ τοῦ βίου τοῦ γενέσθαι αὐτὸς αἴτιος ἀνειμένως ζῶν. Ubi ἀλλὰ, non ſolum objectioni, ſed etiam *reſponſioni* ſervit, non aliter quam ſi in objectione νὴ δία vocibus ſubijceretur, ut apud Demoſthenem: νὴ δί ἀλλ' ὅπως ἔτυχε ταῦτα τὰ γράμματα ἕστηκε. *At enim ipſæ litteræ*. Cui objectioni his verbis reſpondet. ἀλλ' ὅλης οὔσης ἱερᾶς τῆς ἀκροπόλεως, παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν ἕστηκεν. de quibus ſuo loco fuſius. Non ſolum autem alternis objectionibus, ſed etiam alternis *oppoſitionibus* deſervit apud Ariſtophanem in Pluto. καρ. τί δῆτ' ἂν εἴης ὄφελος ἡμῖν ἐνθάδ' ὤν; ἑρμῆς. παρὰ τὴν θύραν στροφαῖον ἱδρύσασθέ με. καρ. στροφαῖον, ἀλλ' οὐκ ἔργον ἔστ' οὐδὲν στροφῶν. ἑρμῆς. ἀλλ' ἐμπολαῖον. καρ. ἀλλα'

ἀλλ' ἤ. *niſi, præterquam.*

ἀλλά. *At.*

ἀλλὰ ſervit Objectioni, & Reſponſioni.

Servit Oppoſitionibus.

ἀλλὰ πλουτοῦμεν, ἑρμῆς. ἀλλὰ δόλιον. καρ. δόλιον δ' ἥκιστά γε. ἑρμῆς. ἀλλ' ἡγεμόνιον. καρ. ἀλλ' ὁ θεὸς ἤδη βλέπει. Quorum exemplorum prior pars, non minus quàm poſterior per, *at*, particulam latine efferretur, ac prior quidem illa vim μειωτικὴν habet, altera autem oppoſitivam. Porro objectiones ſi cum interrogatione fiant, ſolet ὁ ἀλλὰ viciſſim *percontationibus* & *reſponſionibus* aptari. Ut apud Demoſthenem: τί γὰρ καὶ βουλόμενοι μετεπέμπεσθ' ἂν αὐτοὺς, ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν, ἀλλ' ἐπὶ τὸν πόλεμον ἀλλ' αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε. In cujus exempli ultima parte τὸ ἀλλὰ priore loco poſitum, vim habet τοῦ πότερον ἢ ἆρα. In poſteriore autem, cum interrogationi reſpondet, ſignificat, *at*, vel *atqui*. Ubi non minus quam alibi adverſativam vim præ ſe fert, opponit enim aliquid, ex quo infertur remotio præcedentis propoſitionis. Xenoph. 2. ἀπομνημ. ἐὰν δέ σου προσκατηγορήσω ἔφη ὅτι διὰ τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ, καὶ εὐνοϊκῶς ἔχεις πρὸς αὐτόν. ἆρα μὴ διαβάλλεσθαι δόξεις ὑπ' ἐμοῦ; ἀλλὰ καὶ αὐτῷ μοι ἔφη ἐγγίνεται εὔνοια πρὸς οὓς ἂν ὑπολάβω εὐνοϊκῶς ἔχειν πρὸς ἐμέ. Interrogatus enim, *nunquid exiſtimaturus eſſet in ſe crimen conferri*, reſpondet, *imo ego cum aliquem mihi conciliare volo, eam ineo rationem, qua me ſuſpicaris agre laturum.* ex

ἀλλὰ ſervit Percontationibus & Reſponſionibus.

Idem quod πότερον, aut ἆρα.

ἀλλὰ, *atqui*,

quo infert, *non eo animo ſe fore ut arbitretur, in ſe crimen conſerri, ſi eo modo concilietur.* Sic apud Ariſtophanem in Pluto ἀλλ' ὦ νεανίσκε οὐκ ἐῶ τὴν μείρακα μισεῖν σε ταύτην. Νε. ἀλλ' ἔγωγ' ὑπερφιλῶ. Id eſt, *imo vero plusquam credi poſſit amo*: Superaddit enim aliquid negando ea, quæ præceſſerunt. ut ſit ſenſus: *tantum abeſt ut oderim, ut etiam ſupra modum amem. Adverſativam* quoque naturam ſapit, cum μειωτικῶς accipitur. Ponitur enim ὁ ἀλλὰ, quemadmodum ὁ γὲ, pro *ſaltem*; ut apud latinos *certe*, & *at certe*. Ariſtoph. in Nebulis: ἔπειτ' ἐκέλευσ' αὐτὸν ἀλλὰ μυῤῥίνην λαβόντα, τῶν αἰσχύλου λέξαι τί μοι. Et paulo infra, σὺ δ' ἀλλὰ τούτων λέξον τί τῶν νεωτέρων. Sic apud Ariſtotelem 3. Politic. ἡ δὲ βελτίστη πόλις οὐ ποιήσει βάναυσον πολίτην. εἰ δὲ καὶ ἔστι πολίτης, ἀλλὰ πολίτου ἀρετὴν ἣν εἴπομεν λεκτέον οὐ παντὸς οὐδ' ἐλευθέρου μόνον &c. *Quod ſi civis habendus eſt certe virtus quam diximus non omnis civis erit.* In VI. etiam Polit. ἀλλὰ, pro *attamen*, & *at certe* uſus eſt, καὶ εἰ μὴ πᾶσι δυνατὸν, ἀλλὰ κατὰ φυλάς. Ubi ſi nomen δυνατὸν repetatur, ἀλλὰ κατὰ φυλὰς δυνατὸν, apparebit in ἀλλὰ vis adverſativa. Porro μειωτικῶς acceptum, γε, & οὖν, particulis copulatur ἐκ παραλλήλου, & fit ἀλλά γε. Ut Iliad. primo, ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον. & ἀλλ' οὖν quod & ἀλλ' οὖν γε dicitur

ἀλλὰ, idem quod γὲ, *ſaltem, certè, at certè.*

ἀλλὰ, *attamen. At certè.*

ἀλλά γε,

ἀλλ' οὖν, pro ὅμως, vel

*ἀλλ' ὅμως. Tamen, Attamen, verumtamen.*

citur, quod interruptum ut plurimum invenitur apud auctores. & idem quod ὅμως, vel ἀλλ' ὅμως ſignificat, id eſt, ***tamen, attamen, verumtamen.*** Iſocr. in Panegyr. εἰ δὲ καὶ προαπεῖπον, ἀλλ' οὖν τοὺς γε λόγους ὥσπερ χρησμοὺς εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον κατέλιπον. Sic Plato in Apolog. ἀλλ' οὖν δαιμόνιά γε νομίζω κατὰ τὸν σὸν λόγον. Ariſtot. εἰ καὶ μὴ δι' ἀ ευβείας, ἀλλ' οὖν εἰς τυπώδη μάθησιν. Iſocrates. ἀλλ' οὖν ἐλπίσι γε σπουδαίαις ὑπερέχουσιν.

*ἀλλά. Exceptivè.*

/ Ἀλλὰ etiam ſola *exceptivè* accipitur, ut ἀλλ' ἤ. Ξενοφ. ὑπομνημ. γ'. ἤρετο αὐτὸν εἰ καὶ φορτίον ἔφερε. μὰ δί' οὐκ ἔγωγ' ἔφη, ἀλλὰ τὸ ἱμάτιον. Ubi vel μόνον vox ſupplenda eſt, vel ipſum ἀλλὰ pro ἀλλὰ μόνον accipiendum. nam & ipſum ἱμάτιον inter φορτία ducendum eſt. Dicitur enim ὁ ἀλλὰ interdum ἐλλειπτικῶς & aliquid præſupponit, quod brevitatis gratia omittatur. Quæ cauſa eſt, cur ἀλλὰ, cui aliquid deeſt ad orationis perfectionem, ipſum abundare videatur: ut apud Ariſtophanem in Nebulis: τὸ δέρμα τῶν γερόντων λάβοιμ' ἄν, ἀλλ' οὐδ' ἐρεβίνθου. Quæ locutio plena eſſet hoc modo, τὸ δέρμα τῶν γεραιτέρων λάβοιμ' ἄν, μὴ ὅτι ἀξίας τινὸς μεγάλης, ἀλλ' οὐδ' ἐρεβίνθου, *non modo non magno aliquo pretio, ſed ne ciceris quidem:* id eſt *ne cicere quidem uno:* quibus verbis *vilitatem pellis ſeniorum* oſten-

*Pro ἀλλὰ μόνον.*

*ἀλλὰ ἐλλειπτικῶς dicitur.*

ſtendit. *Quos excoriatum iri aſſerit, ſi juvenis ille, qui illic loquens inducitur perſuadere poſſit ab ipſis filiis parentes eſſe verberandos.* Accipitur etiam ἐλλειπτικῶς, licet non abundare videatur. Ut cum in eadem fabula inducitur *pater metuens objurgare filium illis verbis :* ὦ τί σ' εἴπω, ἀλλ' αὖθις αὖ τυπτήσομαι. Ubi deeſt ad ſenſus abſolutionem, ἀλλ' ἐὰν εἴπω, αὖθις αὖ τυπτήσομαι. Sunt fortaſſe & alii modi, quibus hujus particulæ uſus continetur: quos diligens obſervator poterit ex auctorum lectione ſibi colligere. Reſtat, ut animadvertatur, particulam hanc multis aliis præponi, ex quibus nihil prorſus ſignificationi ejus accedit, neque demitur, quicquid opinetur Lexicographus. Qui ἀλλ' ἔγωγε duas voces unica voce, *equidem*, interpretatur. Inter particulas appoſitas ἀλλὰ conjunctioni, eſt etiam ὅτι. Ut apud Galenum in primo Methodi. Ἀλλὰ ὅτι κἂν κενότερον γέ τι τῶν λόγων ἔχειν σε παρέχεσθαι. Quas voces pro, *atqui*, & *at vero*, & *certe* accipi docet Budæus. Et nonnullas alias hujusmodi appoſitiones ſeu adjunctiones, ἀλλὰ particulæ, cum aliis non ut voces, in quibus ὁ ἀλλὰ præcedit in ordine conſtructionis, ſed ut formales quaſdam notas deſcribit, & ſignificatio-

tionem cuique minime convenientem tribuit. ut cum docet, ἀλλὰ χρὴ, *licet ſit* & *eſto*, ſignificare, cum tamen, *ſed oportet* ſignificet, ut ſupra dictum eſt.

ἀλλὰ χρὴ, *ſed oportet.*

## Ἀλλ᾽ ὅταν.

Ἀλλ᾽ ὅταν etiam *antequam*, & *priusquam* ſignificare docet, afferens Plutarchi exemplum, ἰσχάδας δ᾽ οὐκ ἂν ἔφη φαγεῖν ὠνίους κομισθείσας, ἀλλ᾽ ὅταν τὴν φέρουσαν κτήσηται χώραν. In qua locutione vox ἀλλ᾽ ὅταν, εἰ μὴ ὅταν ſignificare poſſet, ſi tempus τοῦ φαγεῖν ὠνίους, indicare certum auctor vellet, & non potius τὸ φαγεῖν ὠνίους omnino excludere. Id enim ſpectat, qui loquitur *ut neget ſe venales ficus unquam comeſturum, ſed tunc demum ſe comeſturum quando producentem regionem acquiſiviſſet.* Et ſic repetendæ erunt voces ἔφη φαγεῖν, ut ſit integra locutio, οὐκ ἔφη φαγεῖν ὠνίους, ἀλλ᾽ ὅταν τὴν φέρουσαν κτήσηται χώραν, τότε φάγεσθαι. Fallitur autem Lexicographus ex eo, quod putat ἀλλὰ particulæ & ὅταν adverbii ſubſequentis propriam utriusque ſignificationem ſupprimi, & tertium quoddam ex ipſis reſultare. Sic ἀλλ᾽ ὅτι καὶ, *verum etiam*, & *multo magis*, docet ſignificare. Budæus quoque ex ἀλλὰ con-

ἀλλ᾽ ὅταν. *Antequam, priusquam.*

ἀλλ᾽ ὅτι καὶ, *verumetiam, multo magis.*

conjunctione quibusdam aliis particulis appoſita, formales notas conſtituit. Inter quas ἀλλ' οὐ, & ἀλλ' οὐκ, & ἀλλ' οὐχὶ deſcribit. Quas voces ut ἀλλὰ μὴ, *non autem*, vel *non potius* ſignificare docet, afferens exemplum Greg. τίς γὰρ ἐγγυητὴς ὅτι μένει τὴν θεραπείαν τὸ τέλος, ἀλλ' οὐκ ὀφείλοιτο ἡμᾶς τὸ χεῖρον ἀποδέχεται. Ubi ἀλλὰ copulative tunc accipitur pro καὶ, ut ipſemet Budæus interpretatur, & non *potius*: item pro *non etiam* accipi docet in illo Gregorii: ἀλλ' οὐκ ὁ μακάριος ἐκεῖνος. *Non item ſic fecit beatus ille vir.* In quo exemplo διαφορικὸν eſt τὸ ἀλλά. *Interrogative* etiam accipi docet in illo Demoſth. ἀλλ' οὐκ ἂν τοῦτο εὐθέως εἴποιεν. quod, *imo vero non ne ſtatim dicerent?* latine reddidit. Et ἀλλ' οὐχὶ pro eodem accipi in illo Demoſthenis: ἀλλ' οὐχὶ σὺ τοιοῦτος. quod, *an non tu talis?* latine reddidit. Ubi ἀλλὰ non *interrogativa* magis quam *adverſativa* eſt; tametſi nonnunquam interrogative proferatur. Ut apud Ariſtophanem in Pluto: ἀλλ' οὐ λαχοῦσ' ἔπινες ἐν τῷ γράμματι. Atqui aliud eſt *interrogative proferri*, aliud *interrogationis ſignum eſſe*. Nam verborum ſecundæ perſonæ tametſi *interrogative* omnes proferri poſſunt, nemo tamen inter *ſigna interrogationis* ipſas com-

ἀλλ' ου, ἀλλ' ουκ, ἀλλ' ουχὶ. *Non autem, non potius. Non etiam.*

commemoraret. Apud Iſocr. etiam πρὸς Νικοκλ. invenitur τὸ ἀλλὰ οὐ negationi præpoſitum, μᾶλλον comparativo reſpondens. ἀλλὰ μᾶλλον αἱροῦνται συνεῖναι τοῖς συνεξαμαρτάνουσιν, ἀλλ' οὐ τοῖς ἀποτρέπουσι. Ubi videtur ἀλλ' οὐ loco ἢ particulæ *ſelectivæ* accipi, cum tamen ἀλλ' οὐ pro καὶ οὐ poſitum ſit. Nam ſi paſſim ſenſum verborum ſequamur, & quæ quadrare poſſent vocabula idem ſignificare dicamus, atque ea quæ recepta ſunt, plena erunt omnia enallages. Non igitur quia in hoc loco Iſocratis ἢ ſelectivum quadrat, ideo ἀλλ' οὐ pro ἢ ſelectivo accipi dicendum, nec idem cum illo ſignificare. Nec nego, ſub ἀλλὰ particula hujusmodi voces deſcribendas eſſe: ſed non ideo eſſet ἀλλὰ particulæ, & adjunctarum vis & ad diverſa cujusque relatio ſupprimenda. Locutiones etiam eſſent explicandæ ſupplendo, quod ad orationis abſolutionem deeſt: Atque obſervandum, in quibus nam ὁ ἀλλὰ, vim nativam retineat ſuam: & ubi amittat vel alteret. Quod mox agendum eſt.

ἀλλ' οὐ, pro καὶ οὐ.

## Ἀλλ' ἄρα.

Ἀλλ' ἄρα vox, ex ἀλλὰ & ἄρα conſtans, *exceptivam* vim habet, & pro εἰ μὴ, id eſt, *niſi*, accipitur. Ariſtot. 3. E-

ἀλλ' ἄρα. Exceptivè, pro εἰ μὴ, *Niſi*.

3. Ethic. τὸ δ᾽ ἑκούσιον οὐ πᾶν προαιρετὸν, ἀλλ᾽ ἆρα γε τὸ προβεβουλευμένον. Ubi ἀλλ᾽ ἄραγε, pro ἀλλὰ μόνον accipi videtur in ſenſu *exceptivo* & *limitative*, propter γε *limitativam* particulam. Dicit enim, *non omne ſpontaneum eligibile eſſe, ſed id tantum cujus conſultatio anteceſſit.* Quando autem ἆρα *interrogativo* jungitur, ἀλλὰ particula ſuam retinet ſignificationem. Ἀλλ᾽ ἆρα enim, *ſed nunquid* ſignificat, & eſt principium quæſtionis ſeu dubitationis. Quod officium per ſe etiam præſtat ἀλλὰ particula, ut ſupra dictum eſt. Ariſtot. primo Ethic. ἀλλὰ πῶς δὴ λέγεται, οὐ γὰρ ἔοικε τοῖς γε ἀπὸ τύχης ὁμωνύμοις, ἀλλ᾽ ἆρά γε τῷ ἀφ᾽ ἑνὸς εἶναι, ἢ πρὸς ἓν ἅπαντα συντελεῖν; ἢ μᾶλλον κατ᾽ ἀναλόγιον. Galen. lib. 3. de different. pulſuum, τί ποτ᾽ οὖν ἐστὶν ὃ βούλεται δηλοῦν ὁ ῥοῖζος, εἰ μὴ τὸ τάχος. ἀλλ᾽ ἆρά γε τὸ τάχος τῆς πληγῆς; cujus interrogationis reſponſionem ſubjungit: ἀλλ᾽ οὕτω πάλιν ἅμα δυοῖν ἔσται τὸν σεισμὸν πεποιημένος.

ἀλλ᾽ ἆρα; *ſed numquid?* Interrogativè.

## Ἀλλὰ γάρ.

Ἀλλὰ γάρ: *Objectionibus* convenit, Aut, *atqui*, apud latinos, ex eoque, *at enim*, & *ſed enim*, ductum eſſe videtur, ἀλλὰ γὰρ φήσει τίς, *at enim dicet aliquis.* Dicitur etiam in hoc ſenſu cum

Ἀλλὰ γάρ, *Atqui*, in Objectionibus.

cum ἴσως adverbio. Iſocr. in Paneg. ἀλλὰ γὰρ ἴσως δεῖ τὰς συνθήκας ἄξιον ἐπισχεῖν. Accipitur etiam *adverſativè* pro ἀλλ' ὅμως. ſine objectione. Iſocr. ad Nicoclem. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐν τοῖς λόγοις καὶ τοῖς περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐπιζητεῖν τὰς καινότητας: *veruntamen in ſermonibus, qui ad mores & vitam inſtituendam pertinent, novitatem ſpectare non oportet.* Invenitur etiam interruptum aliarum vocum interpoſitione in ſenſu adverſativo, apud Ariſtophanem in Nebulis. ἀλλ' οὐκ ἐθέλει γὰρ μανθάνειν. ἀντὶ τοῦ, ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐθέλει μανθάνειν. & in Pluto: *confirmare quidam contendit* τὴν πενίαν, quæ in ea tabula inducitur ἐριννὺς eſſe in illis verbis: ἴσως ἐριννύς ἐστιν ἐκ τραγῳδίας. βλέπει γέ τοι μανικόντε καὶ τραγῳδικόν. quibus alter opponit, ἀλλ' οὐκ ἔχει γὰρ δᾷδας. *at faces non habet quas ἐριννύες habere ſolent.* in quo ſenſu τὸ γὰρ *otioſum* eſſe notavit Interpres. quod tamen minime otioſum eſt. reddit enim *cauſam* quare non ἐριννὺς arbitranda ſit. quæ negatio in ἀλλὰ adverſativa implicite continetur. ut ſit integra locutio, ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐριννὺς, οὐ γὰρ ἔχει δᾷδας. atque ita ubique in aliis exemplis ſervari poteſt vis cauſativa particulæ γὰρ, ſupplendo aliquid extrinſecus, tametſi non adeo ubique commode; ut in illo Ariſtophanis loco in Nebulis:

ἀλλὰ γὰρ, pro ἀλλ' ὅμως. Adverſativè. *veruntamen.*

ἀλλ᾽ ἔς᾽ ἔμοιγ᾽ ὑὸς καλός τε κἀγαθὸς. ἀλλ᾽ οὐκ ἐθέλει γὰρ μανθάνειν. ſimpliciter quidem exponitur, pro *attamen.* ut ſit ſenſus, ex repetitione ſupradictorum. *quod quamvis ſit mihi filius bonæ indolis & ingenii tamen minime diſcere vult.* ſiquis autem cauſativam vim τοῦ γὰρ ſervare velit, non repetendum ſed ſupplendum erit extrinſecus, ἀλλ᾽ οὐδὲν ὄφελος τοῦ καλὸν κἀγαθὸν αὐτὸν εἶναι. οὐ γὰρ ἐθέλει μανθάνειν. Sic in ſupradicto Iſocratis ad Nicoclem loco, dupliciter interpretari poſſumus voces ἀλλὰ γὰρ: altero quidem modo ſupprimendo vim cauſativam particulæ γὰρ, pro ἀλλ᾽ ὅμως repetendo præcedentia: ἀλλὰ καίπερ τούτων οὕτως ἐχόντων, ὅμως &c. & ſic ὁ ἀλλὰ ad ſuperiora referetur. γὰρ autem pro ὅμως acceptum, ad ſubſequentia. Hoc itaque modo ὁ γὰρ ἀντὶ τοῦ ὅμως deſerviet. Altero autem modo ſi cauſativam ejus vim ſervare volemus, non repetenda erunt quæ ſupra dicta ſunt, ſed ſupplendum aliunde aliquid. totus locus Iſocratis eſt: καὶ μὴ θαύμαζε εἰ πολλὰ τῶν εἰρημένων ἐστὶν ἃ καὶ σὺ γινώσκεις, οὐδὲ γὰρ ἐμὲ τοῦτο διέλαθεν, ἀλλ᾽ ἠπιστάμην, ὅτι τοσούτων ὄντων τὸ πλῆθος καὶ τῶν ἰδιωτῶν καὶ τῶν ἀρχόντων, οἱ μέν τι τούτων εἰρήκασιν, οἱ δὲ ἀκηκόασιν, οἱ δὲ ἑτέρους ποιοῦντας ἑωράκασι. poſt quæ ſubijcit. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐν τοῖς λόγοις τοῖς περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐπιζητεῖν χρὴ

ἀλλὰ γὰρ, pro ἀλλ᾽ ὅμως.

τὰς

τὰς καινότητας. In quibus ὁ ἀλλὰ ἐλλειπτικῶς ad ſubintelligenda referetur. ut ſit plena locutio. ἀλλ' οὐδὲν διαφέρει, id eſt, *nihil refert an prius ab aliis hæc eadem dicta ſint.* quorum cauſam continet ὁ γὰρ cum repetitione negationis. οὐ γὰρ ἐν τοῖς λόγοις τοῖς περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐπιζητεῖν χρὴ τὰς καινότητας &c. ſic in Panegyrico de Perſarum Rege loquens: εἰ δὲ ἀντιπάλων ὄντων ἡμῶν καὶ λακεδαιμονίων, προσθέμενος τοῖς ἑτέροις, ἐπικυδέστερα τὰ πράγματα τούτων ἐποίησεν, οὐδέν ἐστι τοῦτο σημεῖον τῆς ἐκείνου ῥώμης, ἐπεὶ καὶ περὶ χίων ἔχοιμεν ἂν εἰπεῖν ὡς ὁποτέροις ἐκεῖνοι προσθέσθαι βουληθεῖεν, οὗτοι κρείττους ἦσαν. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐκ τούτων δίκαιον σκοπεῖν τὴν βασιλέως δύναμιν &c. In quibus negat *probari poſſe Perſarum Regis potentiam inexpugnabilem eſſe*, ex eo *quod inter duos inter ſeſe pugnantes, utri ille acceſſerit, victorem reddat. nam de aliis etiam dici poteſt. nimirum Chijs, quos tamen non inexpugnabiles eſſe conſtat.* In quibus ſi repetamus ſuperiora, ὁ γὰρ, pro ὅμως deſerviet. ἀλλὰ καίπερ τούτων οὕτω γενομένων, ὅμως &c. ſin autem vim cauſativæ particulæ γὰρ ſervare voluerimus, ſupplendum erit aliunde: ἀλλ' οὐ δεῖ οὕτω σκοπεῖν. & ſic ὁ ἀλλὰ adverſatur ſuperioribus, & negat quod poſitum eſt. Cujus adverſationis cauſa redditur per

γὰρ particulam, ſupplendo verba quædam, ut ſit integra locutio, οὐ γὰρ δίκαιον ἐκ τούτων σκοπεῖν τὴν βασιλέως δύναμιν. Patet ita ἀλλὰ γὰρ non eſſe formalem notam, ſed ex duarum particularum appoſitione conſtare. quarum ἀλλὰ ſuperiora tollit propter vim adverſativam: γὰρ autem vel pro ὅμως accipitur reſpondens adverſationi, vel ſi cauſative accipiatur, deſtructionis cauſam reddit. ſignum autem adverſationis eſt ſubſequens negativa, quæ ſemper repetenda eſt in redditione cauſæ. ut in ſupradictis exemplis videre licet. ἀλλ' οὐδὲν ὄφελος τοῦ υἱοῦ, οὐ γὰρ ἐθέλει μανθάνειν. & in reliquis omnibus. Interdum ἀλλὰ γὰρ ſimpliciter, pro ἀλλ' ὅμως adverſativo ſine redditione cauſæ accipitur. ut apud Herodotum in prima, qui *de Ionicæ nationis quibusdam* loquens, dicit βασιλέας δὲ ἐστήσαντο οἱ μὲν, αὐτῶν λυκίους ἀπὸ γλαύκου γεγονότας, οἱ δὲ, καύκωνας πυλίους ἀπὸ κόδρου, οἱ δὲ καὶ συναμφοτέρους. ἀλλὰ γὰρ περιέχονται τοῦ ὀνόματος μᾶλλον τί τῶν ἄλλων ἰώνων. Id eſt, *tametſi Reges ſibi alienigenas conſtituerint, tamen Ionum nomen plus quam alii, ſibi vindicant.* Ubi nullo modo cauſativa vis particulæ γὰρ ſervari poteſt, neque enim quidquam aliunde ſupplere poſſumus. Ariſtoph. ἀχαρνεῦσιν. Οἴμοι τάλας μυττωτὸν

ὅσον

ἴσον ἀπώλεσα ἀλλ' ἐκ λακεδαίμονος γὰρ ἀμφίθεος ὅδ'ι.

Αλλ' εἴπερ.

Αλλ' εἴπερ: *ſed ſi*, ſignificat, ut apud Ariſtotelem: χρησίμου δ' οὔσης τῆς θρασύτητος πρὸς οὐδὲν, ἀλλ' εἴπερ πρὸς τὸν πόλεμον. In cujuſmodi locutionibus, ἀλλ' εἴπερ, *niſi*, exceptivæ particulæ, & formalis notæ ſenſum præ ſe fert. quod ſi ad plenam loquendi formam reducatur, non amplius formalis nota videbitur, ſed ἀλλὰ quidem ſuam propriam ſignificationem retinebit. Verbi gratia, ſi in ſupradicta Ariſtotelis locutione repetantur præcedentia, fiet integra locutio hoc modo. χρησίμου δ' οὔσης τῆς θρασύτητος πρὸς οὐδὲν, ἀλλ' εἴπερ ἐστὶ χρήσιμος, πρὸς τὸν πόλεμον μόνον χρησίμου οὔσης, id eſt, *ſed ſi alicubi utilis eſt, ad ſolum bellum eſt utilis*. ex qua locutionis explanatione & μόνον excluſivæ particulæ ſuppletione, exceptionis vis apparet in ἀλλ' εἴπερ. & inde fit ut idem quod εἰμή που ſignificare videatur: id eſt *niſi forte*. vel ἀλλ' ἤ. Ariſt. in Ethicorũ: οὐδὲν γὰρ παρὰ τὴν αὐτοῦ πάσχει βούλησιν. ὥς τε οὐκ ἀδικεῖται διά γε τοῦτο, ἀλλ' εἴπερ βλάπτεται μόνον. *quod ſi quid patitur, damno fortaſſe non etiam injuria afficitur.* Theophraſtus: τὴν δ' ἄμπελον οὔ φασι δεῖν

ἀλλ' εἴπερ. *Sed ſi.*

ἀλλ' εἴπερ idem quod εἰμή που. *niſi forte.*

δεῖν ἀποκονίειν. ἢ ὅλως ἄπλεσθαι περκάζοντος τοῦ βότρυος, ἀλλ' εἴπερ ὅταν ἀπομελανθῇ: *quod ſi quando id faciendum ſit, tum certe demum cum uva nigra jam fuerit.* Galen. plena locutione: ἀλλ' εἴπερ οἷόν τε: dixit primo, περὶ διαγν. σφυγ. ἀλλ' ὅτιγε μὴ κατὰ πάντας τοὺς σφυγμούς, ἀλλ' εἴπερ οἷόν τε κατὰ μόνους τοὺς σφοδρούς, ἄντικρυς δῆλον. Unde patet ἀλλ' εἴπερ *exceptionis* vel *excluſionis* notam eſſe. nec ſimpliciter *formale* quoddam, ſed ἀλλὰ ad præcedentem negationem referri; εἴπερ ſuppletione alicujus vocis ſubaudiendæ; vel repetitione cujuspiam ex ſuperioribus, *conditionalem* vim obtinere. ut in particula εἴπερ plenius declarabitur. Apud Ariſtoph. in Nebul. ἀλλ' εἴπερ interruptum invenitur, ἔπειτ' ἀπὸ ταῤῥοῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς εἴπερ. Ubi neceſſario requiritur repetitio verbi καταφρονεῖν. eſt enim integra locutio. ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς εἴπερ καταφρονεῖν βούλει. In ſuperiori autem illo Ariſtotelis exemplo ſuſpicari poſſet aliquis, ἀλλ' ἤπερ per η, ſcribendum eſſe. de qua particula infra dicetur in hoc ſenſu.

Exceptionis vel excluſionis nota.

## Ἀλλ' εἰ ἄρα.

ἀλλ' εἰ ἄρα. exceptivè.

ΑΛλ' εἰ ἄρα etiam videtur *exceptivè* accipi: ut apud Sextum Empiricum

cum. οὐκ ἄρα κοινή ἐστιν ἀμφοτέρων ἡ ἀνθρώπου προσηγορεία καὶ ἡ αὐτὴ φασίν, ἀλλ' εἰ ἄρα ἰδία ἑκατέρου. & paulo infra: οὐκ ἄρα ἡ Θέωνος ὅρασις ἡ αὐτὴ ἐστὶ τῇ Δίωνος, ἀλλ' εἰ ἄρα ἰδία ἑκατέρου, Ubi ἀλλ' εἰ ἄρα pro ſimplici ἀλλὰ differentiali plane accipitur. non enim limitative, neque ſecundum quid negat τὴν Δίωνος ὅρασιν τὴν αὐτὴν εἶναι τῇ Θέωνος, ſed ſimpliciter aſſerens diverſam eſſe. ac ſi diceret. ἀλλ' ἰδία ἑκατέρου. quare ἀλλ' εἰ ἄρα, pro ſimplici ἀλλὰ accipiendum in utroque ex ſupradictis locis, in quibus rectius forte ἀλλ' ἤ, loco ἀλλ' εἰ legeretur. nam ἀλλ' ἤ etiam pro ſimplici ἀλλὰ ponitur: ut apud Ariſtophanem in Pace. ἀλλ' οὐδέγ' εἷλκον οὐδὲν ἀργεῖοι πάλαι. ἀλλ' ἢ κατεγέλων τῶν ταλαιπωρουμένων. Ut de ἀλλ' ἤ proxime dicetur.

Pro ſimplici ἀλλά.

ἀλλ' ἤ. Pro ἀλλά.

## De ἀλλ' ἤ particula exceptiva.

Ἀλλ' ἤ, id eſt, *niſi*, & *præterquam*, exceptiva formalis nota, ex ἀλλὰ & ἤ, id eſt *quam*, diſcretiva ſeu ſelectiva particula conſtat. ex uſu autem vocis hujus duplex naſcitur opinio de prima ejus parte: nempe, utrum ἀλλὰ conjunctio ſit, an ἄλλο nomen διαφορικόν. cum enim occurrunt nobis hujusmodi locutiones, qualis eſt illa apud Platonem

ἀλλ' ἤ, *niſi. præterquam.*

 tonem

tonem ſecundo de Repub. οὐδὲν ἐθέλουσιν ἐπαινεῖν, ἀλλ' ἢ τὸν πλοῦτον. id eſt, *nihil aliud quam opes & divitias laudare volunt.* & apud Ariſtophanem in Ranis. ἀλλ' ἐξόλοιτ' αὐτοῦ κοάξ. οὐδὲν γάρ ἐσ' ἀλλ' ἢ κοάξ. & in Pluto, ubi, *ſervus interrogat quendam qui ejus dominum quærebat:* τί δ' ἐστὶν ὦ βέλτιστε; ad quam interrogationem factam per nomen τί, reſpondet ille. τί γὰρ ἀλλ' ἢ κακῶς; in hujusmodi locutionibus videtur non ἀλλὰ conjunctio, ſed ἄλλο neutrum nomen colliſam ultimam habens, præponi particulæ ἢ diſcretivæ. eſt autem re vera primaria hæc & originalis ratio conſtitutionis vocis hujus quippe

ἀλλὰ, ab ἄλλο.

cum ipſa etiam ἀλλὰ *conjunctio* ab ἄλλο *nomine* deducatur. poſtea vero factum eſt ut ἀλλ' ἢ, tanquam unica vox ſimpliciter accipiatur, & negativas propoſitiones adſtringat, ſicut affirmativas πλὴν, & εἰμὴ: pro quibus nonnunquam accipitur: ut apud Ariſtoph. in Veſpis. ἐγὼ γὰρ ἀπεδάκρυσα, νῦν γνώμην ἐμὴν οὐδέποτέ γε ἀλλ' ἢ τῆς φακῆς πεπλησμένος: ἀντὶ τοῦ πλὴν τῆς φακῆς πεπλησμένος. ipſum autem πλὴν, loco ἢ, poſtponitur ἄλλο nomini. ut apud eundem in Avibus, τὰ παρόντα θύματα, οὐδὲν ἄλλο πλὴν γένειόντ' ἐστὶ καὶ κέρατα, ubi οὐδὲν ἀλλ' ἢ γένειόντ' ἐστὶ καὶ κέρατα dici poterat. Contra ipſum ἀλλ' ἢ poſtponitur particulæ

Ἀλλ' ἢ, pro πλὴν, & εἰ μή.

οὐδὲν ἄλλο πλήν.

ticulæ πλὴν, & fit πλὴν ἀλλ' ἤ, ἐκ παραλλήλου: Ut apud Ariſtot. οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων πλὴν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός. niſi forte πλὴν pro expoſitione ἀλλ' ἢ poſita extra ſeriem, in ſeriem irrepſerit. Cæterum prout *exceptiva* eſt,& ſimpliciter ſub una voce conſideratur; exempla ejus paſſim occurrunt apud autores, ut apud Iſocratem: δόξαν καλὴν οὐχ οἷόντε ἀλλ' ἢ τοὺς ἀρετῇ διενεγκόντας κτήσασθαι: id eſt *bonam exiſtimationem nemo ſibi parare poteſt; niſi qui virtute cæteris antecellit.* Ariſtot. quinto Ethicorum: εἰ δὲ ἐκέρδανεν, ἐπὶ οὐδεμίαν μοχθηρίαν ἀλλ' ἢ ἐπ' ἀδικίαν *ſed ſi lucratus fuerit, ad nullam aliam pravitatem quàm ad injuſtitiam refertur.* cum autem præcedente nomine ἄλλο, vel ejus aliquo caſu, nihilominus ſequitur ἀλλ' ἢ vox exceptiva, tunc vel *abundare* primam ejus partem dicendum eſt, vel certe non ἄλλο nomen, ſed ἀλλὰ conjunctionem eſſe: ut apud Platonem in Apologia. τίνα ἄλλον εἰπεῖν ἔχουσιν οἱ βοηθοῦντες ἐμοί, ἀλλ' ἢ τὸν ὀρθὸν καὶ δίκαιον; & quarto de Repub. εἰς ἄλλο τι ἀποβλέψας ἢ δειλὴν, ἢ ἀνδρείαν πόλιν εἴποις, ἀλλ' ἢ εἰς τοῦτο τὸ μέρος ὃ προπολεμεῖ τε, καὶ στρατεύεται ὑπὲρ αὐτῆς. Iſocr. in Panegyr. circa principium, ἄλλως adverbium præpoſuit ἀλλ' ἢ particulæ: εἰ μηδαμῶς ἄλλως οἷόντ' ἦν

πλὴν ἀλλ' ἤ.

ἄλλο ante ἀλλ' ἤ.

ἄλλως ante ἀλλ' ἤ.

ἀλλ᾽ ἤ, aliter quam.

δηλοῦν τὰς αὐτὰς πράξεις ἀλλ᾽ ἢ διὰ μιᾶς ἰδέας, εἶχεν ἄντις ὑπολαβεῖν: quod etiam ſine ἄλλως adverbio dici potuiſſet. At tunc ἀλλ ἢ non *præterquam*, ſed *aliterquam* ſignificaret. Quod officium cum ipſum ἀλλὰ aliquando per ſe præſtet: Ut apud Galen. quarto, περὶ διαγν. σφυγμῶν. οὐδὲ γὰρ οὗτοι δι᾽ ἄλλο τι βίαιον ἔχουσι τὴν πληγὴν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀχώριστον αὐτῶν σκληρότητα. Patet ἀλλ᾽ ἢ quoque primam partem non ἄλλο nomen, ſed ἀλλὰ conjunctionem eſſe, quam tamen ab ipſo ἄλλο nomine deduci, & ejus naturam referre jam ſupra dictum eſt. Dubitatur tamen ne non in ſupradiclo Galeni loco ἀλλὰ pro ἀλλ᾽ ἢ depravate legatur. Quemadmodum etiam apud Ariſtot. 3. Polit. ἕνα μὲν γὰρ διαφέρειν κατ᾽ ἀρετὴν, ἢ ὀλίγους ἐνδέχεται, πλείους δ᾽ ἤδη χαλεπὸν ἠκριβῶσθαι πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν, ἀλλὰ μάλιστα τὴν πολεμικήν. αὕτη γὰρ ἐν πλήθει γίνεται. In quibus cum Ariſtot. concedat *bellicam virtutem in multitudine ineſſe poſſe*, neceſſe eſt, ut vel ἀλλὰ exceptive accipiatur, vel certe loco ejus ἀλλ᾽ ἢ legatur. quorum utrumque habet vim adſtringendæ proximæ propoſitionis πλείους δ᾽ ἤδη χαλεπόν. quæ quamvis affirmativa videatur, tamen negativum ſenſum habet. Atque ita conſtat verum eſſe quod ſupra dictum eſt ἀλλ᾽ ἢ vo-

voces negativas, propoſitiones coërcendi vim habere. Valet enim χαλεπόν ἐστιν, idem quod οὐ ῥᾴδιον. quod adverſatur τῷ ἐνδέχεται. ita ut ſit ſenſus, πλείους δ' ἤδη οὐκ ἐνδέχεται ἠκριβῶσθαι &c.

Ἀλλ' ἦ, etiam accipitur, ἀντὶ τοῦ ἀλλὰ μόνον. Ariſtoph. εἰρήνη. ἀλλ' οὐδέν' εἷλκον οὐδὲν ἀργεῖ πάλαι, ἀλλ' ἢ κατεγέλων τῶν ταλαιπωρουμένων. id eſt ἀλλὰ μόνον κατεγέλων. — Ἀλλ' ἦ, pro ἀλλὰ μόνον.

Ἀλλ ἦ. ultima circumflexa, *interrogativum* eſt. ex ἀλλὰ, & ἦ aſſertiva conſtans. Plato in Gorgia. ἀλλ' ἦ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν τῆς ἑορτῆς ἥκομεν καὶ ὑστεροῦμεν. — Ἀλλ' ἦ. Interrogativum.

## Ἀλλὰ μή.

Ἀλλὰ μή. duæ voces ſunt, quæ interrogative prolatæ, ἆρα μὴ particulam ſubſequuntur, ipſique ſuccedunt. Ubi plures interrogationes deinceps exponuntur: Ut apud Xenophontem 4. ἀπομνημ. τί δὲ δὴ βουλόμενος ἀγαθὸς γενέσθαι συλλέγεις τὰ γράμματα, ἆρα μὴ ἰατρὸς καὶ ὁ εὐθύδημος; μὰ Δί' ἔφη οὐκ ἔγωγε. καὶ ὁ σωκράτης: Ἀλλὰ μὴ ἀρχιτέκτων βούλει γενέσθαι; οὔκουν ἔγωγ' ἔφη ὁ εὐθύδημος. ἀλλὰ μὴ γεωμέτρης ἔφη ὁ σωκράτης ἐπιθυμεῖς γενέσθαι; οὐ δὲ γεωμέτρης ἔφη ὁ εὐθύδημος. ἀλλὰ μὴ ἀστρολόγος; ὡς δὲ καὶ τοῦτο ἠρνεῖτο, ἀλλὰ μὴ ῥαψῳδὸς ἔφη. ex quibus patet — Ἀλλὰ μή. poſt ἆρα μή.

ἆρα μὴ interrogationis formam eſſe. ἀλλὰ μὴ autem non aggregatum quoddam ex duabus prædictis particulis, ſed ipſarum utramque ſeorſum proprium officium præſtare. μὴ quidem interrogationis repetitionem, ἀλλὰ autem tranſitionis notam. quod clarius patet ubi μὴ non interrogativum, ſed negativum habet. Ut apud Demoſthenem: πάνυ γὰρ περὶ τούτου γέγονε τὰ τῶν ἑλλήνων πράγματα, εἰ τουτὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τουτὶ διελέχθην ἐγώ. In quibus patet ἀλλὰ conjunctionem disjunctam eſſe a μὴ negativa. Sic in ἀλλὰ μήποτε, ἀλλὰ *adverſativa*, vel *tranſitiva*, ſuam ſignificationem retinens, præcedit μήποτε dubitativam. quæ particulæ non ut aggregatum formale habendæ ſunt, ſicut neque καὶ μήποτε, neque alia hujusmodi, quæ μήποτε dubitandi notam præcedere poſſunt, ſed ſingulæ ad diverſa referendæ ſunt: etiam ſi Budæus ut formale ſignum ἀλλὰ μήποτε deſcribat. & ex ἀλλὰ & μήποτε conſtare dicat. afferens exempla ex Theophraſto. ἀλλὰ μήποτε οὐ τοῦτο ᾖ τὸ αἴτιον. ἀλλὰ τὸ προειρημένον. quod *an potius* interpretatur. Alterum item ex eodem affert exemplum, ἀλλ' ὃ λέγουσιν οἱ πολλοί, διότι τὸ κερασβόλον ἀτέραμνον γίνεται, μήποτε ἄγαν εὔηθες ᾖ. in quo exemplo intelligitur ἀλλὰ μήποτε non eſſe forma-

ἀλλὰ μὴ, non aggregatum ex ἀλλὰ & μή.

ἀλλὰ μήποτε.

malem notam, & pro *an potius* accipi, ut docet Budæus, ſed μήποτε per ſe ſignum eſſe dubitationis. ἀλλὰ etiam ſeorſum locutioni inſervire. pro quo, δὲ, vel alia quæpiam conjunctio poni poterat. μήποτε δὲ, μήποτε γὰρ, μήποτε τοίνυν & aliæ complures.

## Ἀλλὰ μήν.

Ἀλλὰ μὴν : συλλογιστικὸς σύνδεσμος, pro *atqui*, vel *at vero* aſſumptionibus convenit: quæ conſequens, id eſt poſteriorem partem orationis, aut aſtruit, aut deſtruit. ut, *ſi hoc eſſet, ſequeretur hoc: atqui hoc non ſequitur. ergo illud prius non eſt.* Lucian. *ad probandum Deos eſſe*, uſus eſt ἀλλὰ μὴν in aſtructione antecedentis contra regulam. εἰ εἰσὶ βωμοὶ, εἰσὶ καὶ θεοί. ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοὶ, εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί. Ponitur etiam in principio orationis ut 2. ἀπομνημ. καὶ ὁ ἀρίσταρχος, ἀλλὰ μὴν ἔφη ὦ σώκρατες ἐν πολλῇ γε εἰμὶ ἀπορίᾳ. Ubi non συλλογιστικῶς eo modo quo ſupra, ſed *adverſativè* ponitur. cum enim Socrates dixiſſet, χρὴ δὲ τοῦ βάρους μεταδιδόναι τοῖς φίλοις, ἴσως γὰρ ἄν τι σε καὶ ἡμεῖς κουφίσαιμεν. *Ariſtarchus obijcit difficile eſſe id quod Socrates dixerat*: ἴσως γὰρ ἄν τι σε καὶ ἡμεῖς κουφίσαιμεν, & in tertio circa principium: *interrogatus*

ἀλλὰ μὴν. atqui. at verò.

ἀλλὰ μὴν. adverſativè.

*qui-*

*quidam à Socrate quid eum præceptor docuiſſet*, reſpondet, ἐκ τῦ ἀυτῦ ἤρξατό με διδάσκειν εἰς ὅπερ καὶ ἐτελεύτα. τὰ γὰρ τακτικὰ, καὶ ἄλλο οὐδὲν ἐδίδασκε. ad quæ Socrates refert. ἀλλὰ μὴν τῦτό γε πολλοστὸν μέρος ἐστὶ στρατηγίας. inferens, *non poſſe aliquem imperatoriæ artis peritum fieri, ſi ſolum inſtruendi acies peritiam, nihil præterea ſit adeptus.*

ἀλλὰ μὴν, Interruptum aliarum vocum interpoſitione.

Ἀλλὰ μὴν aliquando interruptum invenitur, quarundam aliarum vocum interpoſitione. Plato in Epiſt. ἀλλὰ τοῖον μὴν τῦτ' ἐστὶ τὸ ἐρώτημα;

## Ἀλλὰ νὴ δία.

ἀλλὰ νὴ δία. Objectionis nota.

Ἀλλὰ νὴ δία: *objectionis* nota, in qua vox ἀλλὰ adverſativa concurrit tanquam *forma:* νὴ δία vero, ut *qualitas*. nam illud formæ rationem habet, qua præſente res conſiſtit, qua abſente res perit. ſed cum ἀλλὰ per ſe objectiones conſtituat ſine voce νὴ δία, patet νὴ δία non eſſe formale objectionis membrum, ſed qualitatem objectioni tribuere. quod *ironice*, ſeu *deriſorie* oſtendat intelligi. ut apud Demoſthenem πρὸς λεπτίνην. ἀλλὰ νὴ δία ἐκεῖνο ἴσως εἴποι. hoc eſt, *ſed ſcilicet hoc dicturus eſt.* quæ ironia ſeu deriſio audaciam arguentis præ ſe fert. tunc

Ironicè & deriſoriè.

enim

enim εἰρωνευόμεθα cum abundare nos probationibus confidimus. fiunt autem objectiones & ſine ironia, ἀλλὰ particula adhibita, ut in ἀλλ᾽ ἴσως, & ἀλλὰ γὰρ ἴσως. & tunc objectio fit per modum instantiæ. nam cum ἀλλὰ adverſativam vim habeat, indicat partem aliquam rei concedi, partem negari, ut dictum eſt ubi de ἀλλὰ agitur. Cum vero ſine ἀλλὰ fiunt objectiones, non inſtantiæ, ſed ſimplices objectiones ſunt; ut εἴποι δ᾽ ἄντις, *dicat quispiam*. quæ objectiones modo ſeu ſigno objectionis carent. Porro ἀλλὰ νὴ Δία pro νὴ Δὶ ἀλλὰ accipi docet Budæus. cum tamen hôc inter ſe differant, quod in ἀλλὰ νὴ Δία vox νὴ Δία non concedentis eſt, ſed aut ironiam ſignificat, aut certe ſupervacanea eſt in νὴ Δὶ ἀλλὰ. tametſi ipſum etiam *objectionibus deſerviat*, *conceſſionemque* alicujus propoſitionis præcedentis vel ſubintellectæ ſignificet. ut ſuo loco dicetur.

ἀλλ᾽ ἴσως.

νὴ Δὶ ἀλλά.

## Ἄλλοτι.

Ἄλλοτι, duo nomina ſunt: ἄλλο διαφορικὸν, & τί ἀόριστον. Plato in Gorgia: εἰ μή τι ἦν τοῖς ἀνθρώποις πάθος, τοῖς μὲν, ἄλλοτι, τοῖς δὲ, ἄλλοτι. ἄλλοτι etiam pro τί ἄλλο invenitur ſubſequente, ἢ, particula. de qua infra. Per ſe autem

ἄλλοτι.

tem

ἄλλοτι interrogationis formale ſignum.

Pro πότερον & ἆρα.

tem ἄλλοτι *interrogationis formale ſignum* eſt. in quo prædicta nomina ſuam primogeniam ſignificationem deponunt, & pro, πότερον, & ἆρα, & ejuſmodi interrogandi ſignis accipiuntur. cujus vocis uſus frequens eſt apud Platonem. ex quo ea exempla proferam, in quibus apertius mihi videtur prædicta ſignificatio in propoſitis vocibus perſpici poſſe. In *Theateto* itaque inducitur Socrares aſſerens *contingere, ut quæ aliquis animo percipit, ea quandoque ſenſu quoque aliquo, nempe viſu vel auditu, vel tactu percipiat. quandoque vero mente ſolum teneat, non item ſenſu*, quam propoſitionem antequam inferat proponit exemplum quoddam: & *interrogat adverſarium, concedat ne, an neget quod propoſuit*. exemplum eſt: ἐγὼ εἰδὼς Θεόδωρον, καὶ ἐν ἐμαυτῷ μεμνημένος οἷός ἐστιν, ἄλλοτι ἐνίοτε μὲν ὁρῶ αὐτὸν ἐνίοτε δὲ οὔ; καὶ ἅπτομαι ποτὲ αὐτοῦ, ποτὲ δὲ οὔ; καὶ ἀκούω, ἤ τινα ἄλλην αἴσθησιν αἰσθάνομαι. τοτὲ δ' αἴσθησιν μὲν οὐδεμίαν ἔχω περὶ αὐτοῦ, μέμνημαι δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ ἐπίσταμαι αὐτὸς ἐν ἐμαυτῷ; ad quæ reſpondet qui cum illo diſputat, πάνυ μὲν οὖν. interrogat enim Socrates *an detur ut quem aliquis novit, interdum quoque ipſum videat, aut audiat, aut tangat, aut alio ſenſu quodam percipiat. in-*

*ter-*

*terdum vero neque videat, neque audiat, neque alio modo ſentiat, ſed tantum memoria ipſum teneat.* Quæ omnia cum concedat qui cum eo diſputat, infert ſupradictam propoſitionem, his verbis contentam ὅτι ἔστι μὲν ἃ οἶδε τὶς αἰσθάνεσθαι. ἔστι δὲ καὶ μὴ αἰσθάνεσθαι. In ſupradicto igitur exemplo vox ἄλλοτι conſtituentium nominum ſignificationem prorſus deponit, & aliam formam induit. neque enim pro *quid aliud*, neque pro *aliud quid* accipi poteſt, ſed πότερον, & ἆρα ſignificare videtur. ac ſi legeretur, ἆρα ἐνίοτε μὲν ὁρῶ, ἐνίοτε δὲ οὔ; Nam quod ſuſpicari poſſet aliquis vocem ἄλλοτι juxta ſui ἐτυμολογίαν, id eſt juxta conſtituentium partium ſignificationem, pro ἄλλοτι ἀοείστως, ideſt *aliud quiddam*, aut interrogative pro τί ἄλλο ideſt *quid aliud* ſecundum τί nominis ſignificationem accipi poſſe; id neutro modo locum habet. Nam ἀόριστον ἄλλοτι, nullo modo quadrat. Quis enim ſenſus erit Platonis illorum verborum, *ſciens ego Theodorum, & memoria tenens qualis nam ſit, aliud quiddam modo ipſum video, modo non video.* Interrogative etiam acceptum, abſurdum ſenſum reddet: *Sciens ego Theodorum, & memoria tenens qualis ipſe ſit, quid aliud modo vi-*

 *do vi-*

*do video, modo non video?* At dicet aliquis deeſſe, ἤ, particulam, legendumque eſſe ἄλλοτι ἤ. At nos ἄλλοτι ἢ aggregatum, *interrogative* ponimus accipi: in ipſoque interrogative accepto, τί particula duplicem ſui ſignificationem præ ſe fert. aut enim interrogative accepta, præcedit totum aggregatum, & tunc pro τί ἄλλο ἢ uſurpatur, aut ſuo loco permanens τί particula, ἀορίστως accipitur, quamvis interrogative totum aggregatum proferatur. Si igitur in ἄλλοτι ἢ interrogativo aggregato, τί ἀόριστον faciamus, erit prædictorum Platonis verborum ſenſus talis: *Sciens ego Theodorum, & memoria tenens qualis ſit, aliud quiddam quam modo ipſum video, modo non*, ut dictum eſt. Ad quæ eſſet congrua reſponſio non πάνυ μὲν οὖν, quam facit adverſarius in loco ſupradicto, ſed, οὐδὲν ἄλλο. Quæ debetur ἄλλοτι ἢ vocibus ſi in ſua ſignificatione proxime dicto modo acciperentur. quemadmodum accipiuntur in Sophiſta apud eundem in illis verbis: καὶ ἐὰν δὶς τρία, ἢ τρὶς δύο, ἢ τέτταρά τε καὶ δύο λέγωμεν, πότερον ἐν πᾶσι τούτοις τὸ αὐτὸ ἢ ἕτερον λέγομεν; Θεαιτ. ταυτό. Σω. ἆρ' ἄλλοτι ἢ ἕξ; Θεαιτ. οὐδέν. id eſt *nunquid aliud quoddam quam ſex?* ad quæ reſpondet adverſarius, *nihil*. Patet itaque τί

ἄλλοτι ἢ.

minime

minime ἀορίστως accipi poſſe in ἄλλοτι aggregato in propoſito Platonis loco. in quo ex reſponſione, quam facit adverſarius, patet interrogative totam locutionem proferri debere. ſi autem τί interrogative acceptum præponatur toti aggregato, pro τί ἄλλο ἤ, illatiuum & aſſertiuum ſenſum propoſitioni tribuet. Cumque aſſertiones in diſputationibus adverſarii aſſenſione indigeant, aſſenſusque adverſarii non ſumendus, nec narratione exponendus, ſed interrogatione extorquendus ſit, patet ἄλλοτι ἤ aggregatum, ex ἄλλο, & τι, nominibus, & ἤ particula, cujus illativa ſignificatio in affirmationem convertitur, non poſſe accipi in propoſito Platonis loco; in quo Socrates non *aſſerit*, nec *ſumit*, ſed *petit ab adverſario concedat ne an neget*; *ut qui quendam novit, eum ſenſu etiam quandoque percipiat.* &c. ut ſupra. Cæterum nihil cauſæ eſt cur voci ἄλλοτι illativam ſignificationem tribuamus cum ad hoc ſignificandum οὖν particulam ſibi adjungat, & fiat ἄλλοτι οὖν, de quo infra. Nec nego nonnulla eſſe loca, in quibus jure ſuſpicari poſſumus ἄλλοτι, pro ἄλλοτι ἤ perperam in codicibus ſcribi. & contra ἄλλοτι ἤ pro ἄλλοτι. Verum ea omnia, illaque item in quibus recte ἄλλοτι τί ἄλλο ἤ.

ſcribitur ſupradicto modo examinando, tum veram ſcripturam, tum vocis propoſitæ ſignificationem comperiemus.

## Ἀλλ' ὅτι.

*ἀλλ' ὅτι. niſi quod, vel, præterquam quod.*

Ἀλλ' ὅτι autem, ex ἀλλὰ colliſam ultimam habente, & ὅτι *cauſativo* conſtat. & *niſi quod*, vel *præterquam quod* ſignificat. ut apud Syneſium. ὁ δὲ παρὰ πόδας ἐποίει τὸν κίνδυνον, οὐχ ἕτερον ἦν, ἀλλ' ὅτι πᾶσιν ἱστίοις ἡ ναῦς ἐφέρετο. Ubi patet priorem partem vocis hujus non ἄλλο nomen quod ſupradictum ἕτερον repetat, ſed ἀλλὰ conjunctionem eſſe, pro ἢ *diſcretiva*, vel πλὴν *exceptiva*, acceptam: ut ſit, οὐχ ἕτερον ἦν ἢ ὅτι, vel πλὴν ὅτι &c.

*ἀλλ' ὅτι, reſpondet, τῷ οὐχ ὅτι.*

Ἀλλ' ὅτι, etiam ex ἀλλὰ & ὅτι, tam *cauſativo*, quam *expoſitivo*, reſpondet τῷ οὐχ ὅτι: propter ἀλλὰ vim adverſativam. Plato Quarto de Repub. οὐκ ἂν οἶμαι ἀξιοῖ λέγειν ὅτι ὁ αὐτὸς ἕστηκέ τε καὶ κινεῖται, ἀλλ' ὅτι τὸ μέν τι αὐτοῦ ἕστηκε, τὸ δὲ, κινεῖται. eodem modo fieret oppoſitio τοῦ ἀλλὰ ad ὅτι cauſativum, οὐχ ὅτι ἐκλείπει ἡ σελήνη, διὰ τοῦτο ἡ γῆ ἐπιπροσθεῖ, ἀλλ' ὅτι ἐπιπροσθεῖ ἡ γῆ, διὰ τοῦτο ἐκλείπει ἡ σελήνη. ἀλλὰ enim per ſe quoque adverſatur præcedenti negationi. ut οὐ χῖος, ἀλλὰ κεῖος. ut de ipſo dictum eſt.

Ἀλλ' ὅτι

## Ἄλλοτι ἤ.

Ἄλλοτι ἤ, ex ἄλλο, & τί nominibus, & ἤ particula *diſcretiva* ſeu *ſelectiva* conſtat. In quo aggregato τί particula modo ἀόριστον eſt, ut infra declarabitur: modo ἐρωτηματικόν. & tunc pro τί ἄλλο ἤ, id eſt *quid aliud quàm*, vel *præterquam* accipitur. ut apud Herodotum in Clio, εἰ δ' ἐθελήσῃ τούτου τελευτήσαντος ἐς τὴν θυγατέρα ταύτην ἀναβῆναι ἡ τυραννὶς, ἄλλο τι ἢ λείπεται ἐνθεῦτεν ἐμοὶ κινδύνων ὁ μέγιστος. Quandoque ἐρωτηματικῶς acceptum interrogationis ſignum aliquod ante ſe habet, propter quod quamvis tota clauſula interrogative proferatur, non ideo ipſum ἄλλοτι interrogationis ſignum eſſe dicitur, quippe cum ſingulæ ipſius particulæ propriam ſignificationem retineant. Præcedit autem interdum alterum τί, interrogative prolatum. & tunc τί, in ἄλλοτι, ἀόριστον eſt. Ut in Critone. τί φῶμεν πρὸς ταῦτα ὦ Κρίτων; ἄλλο τι ἢ ὁμολογῶμεν. ἀντὶ τοῦ, τί ἄλλο ἤ, *quid aliud quam fateamur*. Quandoque ἆρα μὴ interrogativa itidem nota præcedit. ut Phædone: ἆρα μὴ ἄλλοτι ἡγούμεθα εἶναι τὸν θάνατον, ἢ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ σώματος ἀπαλλαγήν. ideſt, *num aliud quid arbitramur eſſe mortem quam animæ diſceſſum à corpore?* Nonnunquam

ἄλλοτι ἤ. ἀόριστον vel ἐρωτηματικόν. *quid aliud quam, præterquam.*

τί ἄλλοτι ἤ. *quid aliud quam?*

ἆρα μὴ ἄλλοτι. *num aliud quid?*

quam ἆρα ſolum præcedit, ut in ſupra citato loco Platonis in ſophiſta. ἆρ' ἄλλοτι ἢ ἕξ. ex quibus colligitur, ἄλλοτι ἢ vocem, quantumvis interrogative proferatur, non tamen interrogationis ſignum eſſe: quippe cum ſemper conſtituentium particularum ſignificationem retineat. At in formalibus notis, voces aut una aut omnes, quæ unamquamque conſtituunt, ſuam propriam ſignificationem deponunt, & aliam quandam induunt, quæ non admodum ſapit conſtituentium naturam. Ut proxime dictum eſt de ἄλλοτι formali nota. Dicitur etiam *ſine interrogatione*, cum *negatia* præcedit, οὐκ ἄλλοτι ἢ, *nihil aliud quam*; vel εἰ *conditionalis*. ut in Sympo. σκόπει οὖν ὅταν τοῦτο λέγῃς, εἰ ἄλλοτι λέγεις, ἢ τόδε & tunc τί nomen ἀόριστον eſt. ſive autem τί interrogativum ſit, ſive ἀόριστον, ſemper ἢ particula ad ἄλλο nomen refertur. ſive mox deinceps ipſum ſubſequatur, ſive quibusdam interpoſitis.

ἆρ' ἄλλοτι ἤ. οὐκ ἄλλοτι ἤ. *nihil aliud quàm.* εἰ ἄλλοτι.

Nonnunquam loco ἢ, ἀλλ' ἢ particula ponitur, ut apud Platonem quarto de Repub. εἰς ἄλλοτι ἀποβλέψας ἢ δειλὴν, ἢ ἀνδρείαν πόλιν εἴποι τις, ἀλλ' ἢ εἰς τοῦτο τὸ μέρος ὃ προπολεμεῖ τε καὶ στρατεύεται. tunc vero videtur nomen ἄλλο repeti

ἄλλοτι ἀλλ' ἤ.

propter

propter diſtantiam ἢ particulæ ab ἄλλοτι.

Dicitur etiam ἄλλοτι ἢ, aggregatum in *principio interrogationis* poſitum, ut apud Platonem in Apolog. καί μοι δεῦρο εὖ μέλιτε, εἰπὲ, ἄλλοτι ἢ περὶ πλείστου ποιεῖ ὅπως ὡς βέλτιστοι οἱ νεώτεροι ἔσονται; Ubi vocem ἄλλοτι verbo περὶ πλείστου ποιεῖ; ἢ particulam τῷ ὅπως applicabimus, ut ſit ἄλλοτι περὶ πλείστου ποιεῖ, ἢ ὅπως &c.

ἄλλοτι ἢ. in principio Interrogationis.

## Ἄλλοτι οὖν.

Ἄλλοτι οὖν pro οὐκοῦν *illativo* ſæpe accipitur apud Platonem: ut primo de Repub. inductione infert Socrates, *nullam artem id quod ſibi utile eſt proſpicere, & curare, ſed rei ſubjectæ, circa quam verſatur. Quod etiam in arte Medica ait fieri* in illis verbis, ἄλλοτι οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, οὐδὲ ἰατρὸς οὐδεὶς, καθόσον ἰατρός ἐστι, τὸ τῷ ἰατρῷ συμφέρον σκοπεῖ, ἀλλὰ τὸ τῷ κάμνοντι. poſt quæ ſubjungit alteram illationem: οὐκοῦν καὶ ὁ κυβερνήτης &c. ex qua illatione patet ἄλλοτι οὖν etiam ut οὐκοῦν illativum eſſe. etiam ſi interrogative proferretur. In Gorgia etiam illative accipitur. & poſt οὐκοῦν ſubſequitur. colligit enim ibi Socrates *actiones omnes non per ſe, ſed finis gratia ſuſcipi,*

ἄλλοτι οὖν. pro οὐκοῦν.

*ſcipi*, & cum ex quibusdam ſingularibus hoc induxiſſet, addit. οὐκοῦν καὶ οἱ πλέοντες οὐ τοῦτο βούλονται ὃ ποιοῦσιν. & proinde, ἄλλοτι οὖν οὕτω καὶ περὶ πάντων ἃ ἄν τις πράττει, οὐ τοῦτο βούλεται ὃ πράττει, ἀλλ' ἐκεῖνο οὗ ἕνεκα πράττει.

## Ἄλλως τε καί.

Ἄλλως τε καί. *Præſertim* aggregatum ex ἄλλως, quod eſt *aliter*, & τε, & καὶ conjunctionibus, *limitativum* eſt. & poſt ſe habet condicionem, vel cauſam ſubſequentem ſive expreſſam, ſive tacitam, ἄλλως τε καὶ εἰ, & ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ, ἄλλως τε καὶ ἐάν. Accipitur autem modo pro *multo magis*, modo pro *multo minus*. quando enim negativa præcedit, pro multo minus accipitur. ut ſi dicas: οὐκ ἀδικητέον τινά, ἄλλως τε καὶ εἰ φίλος εἴη. *nullus injuria afficiendus eſt, multo minus ſi amicus*. cum vero affirmativa præcedit, *multo magis* ſignificat: ut apud Xenophontem primo ἀπομνημ. ἔφη δεῖν τοὺς μηδὲν ὠφελίμους πάντα τρόπον κωλύεσθαι, ἄλλως τ' ἐὰν καὶ θρασεῖς ὦσι: *præſertim ſi temerarii ſint*. id eſt, *multo magis coërcendi ſunt ſi temerarii ſint*. & in Secundo, καὶ μὴν τούτων ἐγὼ τῶν μαθημάτων πάλαι ἐπιθυμῶ, ἄλλως τε καὶ εἰ ἐξαρκέσει μοι &c. Notandum autem condicionem ſive cauſam interdum non expreſſe

*ἄλλως τε καί. multo magis, & multo minus.*

expreſſe ſed implicite poni per participium: quod tamen in condicionem reſolvitur. ut apud Thucydidem: ἄλλως τε καὶ προειπόντων: *præſertim vero cum prædixerint*: Iſocr. οὐ δεῖ διὰ μακροτέρων ἐπαίνων, ἄλλως τε καὶ συντόμως ἔχοντα, id eſt: ἄλλως τε καὶ εἴ τις ἔχοι. vel ἐπειδή τις ἔχει. Ariſtoph. δεῖ ἀποδοῦναι τὰ χρήματα, ἄλλως τε μέν τοι καὶ κακῶς πεπραγότι, ideſt, ἐπειδὴ κακῶς πέπραγα. ſic Xenoph. Secundo, ἀπομνημ. δοκεῖ δέ μοι κρεῖττον εἶναι ἢ δεῖσθαι τινός, ἄλλως τε καὶ μηδὲν ἔχοντα. id eſt, ἐπειδὴ οὐδὲν ἔχω &c.

ἄλλως τε καὶ differt à καὶ ταῦτα interdum. interdum non.

Differt à voce, καὶ ταῦτα; quod illa non argumentatur, ſed ſolum condicionis intenſionem denotat. ut de illa dictum eſt. Ponitur tamen ἄλλως τε etiam pro καὶ ταῦτα, ſine condicionalis ſubſecutione. ut apud Iſocratem in Panegyr. τίνες γὰρ ἂν τολμήσειεν ἱκετεύειν τοὺς ἥττους αὐτῶν, ἄλλως τε καὶ περὶ πραγμάτων οὐκ ἰδίων; ἀντὶ τοῦ, καὶ ταῦτα περὶ πραγμάτων. Unde patet propter modum loquendi, & annexas particulas magis quam ſenſu, & ſignificatione has inter ſe particulas differre.

# CAPUT II.

## De Particula Ἀμέλει

*Ἀμέλει. confide!*

AΜέλει præter verbalem ſignificationem, in qua idem quod θάῤῥει, id eſt *confide*, & *bono animo eſto* ſignificat, ut apud Ariſtophanem in Nebulis, πῶς ἂν μάθοι ποθ' οὗτος ἀπόφευξιν δίκης; στρεψ. ἀμέλει δίδασκε. θυμόσοφος ἐστὶ φύσει. Ubi *cum dubitet Socrates num poſſit adoleſcentulus quidam Rhetoricæ & Dialecticæ idoneus eſſe auditor, pater Socratem bono animo eſſe jubet.* ac ſi diceret: *doce modò: nam addiſcentem videbis.* Et paulo infra apud eundem: σω. πῶς οὖν δυνήσει μανθάνειν; στρεψ. ἀμέλει καλῶς. *bono animo eſto, ne dubita ne non ſim optime percepturus quicquid docueris.* & rurſum στρεψ. τὴν δ' ἑτέραν αὐτοῦ γνάθον στόμωσον οἵαν ἐς τὰ μείζω πράγματα. σωκρ. ἀμέλει. κομιεῖ τοῦτον σοφιστὴν δεξιόν. Dicitur etiam *cum affectu querimoniæ & comminationis*

*Cum affectu querimoniæ & comminationis*

ab eo qui ſe injuria affectum arbitretur. ut apud eundem in Ranis. Διονύ. κατάθου τὸ δέρμα. ξανθ. ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι. Διον. τὸ δὲ προσδοκῆσαί σ' οὐκ ἀνόητον καὶ κενὸν, ὡς δοῦλος ὢν καὶ θνητὸς Ἀλκμήνης ἔσῃ. ξανθ. ἀμέλει. καλῶς. ἔχ' αὔτ', ἴσως

γάρ

γάρ τοι πολὺ ἐμοῦ δεηθείης ἂν εἰ θεὸς θέλοι. Quod ita pronunciandum eſt, quemadmodum hodie videmus indignabundos homines proferre, querimoniæ juncta comminationis verba indicem digitum tranſuerſum ori admoventes, vel etiam mordentes. In quo etiam ſenſu verbi imperativi ſignificationem præ ſe fert. A qua ſignificatione non declinat cum adverbialiter pro *nempe*, & *nimirum*, *videlicet*, *ſcilicet*, & *utique* accipitur. ut apud Plutarch. συμποσ. ή. ἐφ᾽ ᾧ καὶ φασὶν ἐξευρεθέντι θῦσαι τὸν Πυθαγόραν. πολὺ γὰρ ἀμέλει γλαφυρώτερον τοῦτο καὶ μυστικώτερον ἐκείνου τοῦ θεωρήματος ἐστι: & reliqua: *multo enim videlicet elegantius* &c. Qua ratione inter has particulas in hoc commentario deſcribitur vox hæc, ut quæ non ut materiale vocabulum, aliquid ſignificet, ſed quæ aliis ornamentum & efficacitatem afferat. ad quem ſcopum particularum tractationem dirigimus. ut in præfatione dictum eſt.

ἀμέλει. pro *nempe*, *nimirum*, *videlicet*, *ſcilicet*, *utique*.

Ponitur & in *aſſumptione*, vel *quaſi aſſumptione*. ut ἀλλὰ μὴν & καὶ μὴν, pro *atqui*, apud Lucian. ἠξίου γὰρ τὸν πλοῦτον καταφρονεῖν διδάξαντα, πρῶτον ἑαυτὸν παρέχειν ὑψηλότερον λημμάτων. ἀμέλει καὶ πράττων ταῦτα διετέλει. eſt enim ſenſus, *oportere eum qui verbis docuiſſet contemnendas eſſe divitias*, *re etiam ſuperio-*

ἀμέλει. pro *atqui*. in aſſumptione.

*ſuperiorem ſe omni lucro oſtendere.* At ille talem ſe oſtendebat. Ex cujus conſequentis poſitione, videtur poni antecedens aliquod.

## CAPUT III.

### De ἂν Particula ἀνθ᾽ ὧν, & ἀνθ᾽ ὅτου.

Ἂν potentialis & indefinitæ orationis effectrix particula.

AN particulæ vim δυνητικὴν, & ἀοριστολογικὴν, id eſt, *potentialem, & indefinitæ orationis effectricem*, tametſi omnes fere grammatici agnoſcunt, tamen earum facultatum velut immemores, particulam hanc in eo quod ipſi conſtituunt expletivarum, & ſupervacanearum particularum genere collocant. ſicut & complures alias, quas propter peculiarem quandam ſignificationem, in nullo eorum generum in quæ illi conjunctiones diſtribuunt, collocare poſſunt. In qua re quid abſurdius accidere poteſt, quàm ut quibus vim aliquam & ſignificationem tribuunt, eas non à potiori facultate, ſed à deteriori denominent, quamvis interdum præter ſui generis facultatem, ut ſupervacaneæ accipiantur. neque enim tale conjunctionum genus conſtituendum eſt, in quo non niſi

niſi ſupervacaneæ particulæ collocentur, quæ inferciendi tantum orationem, & quaſi rimas ejus explendi officium præſtent. nam quas illi παρα-πληρωματικὰς vocant, quum pro diverſa earum ſignificatione alia ad aliud conjunctionum genus pertineat, propriamque ſignificationem ſui generis unaquæque habeat, quod illi etiam imprudentes fatentur, dum particulam ἄν, ejusque συνώνυμον κεν, & alias quasdam, quas inter expletivas collocant, in aliis etiam generibus recenſent. Nonnunquam tamen apud auctores, & præſertim poëtas, ornatus ſive metri gratia ſua nudatæ ſignificatione, accipiuntur. nec ſolum ab uno genere conjunctionum in aliud nonnullas particulas transferunt; ſed ex adverbiis etiam voces alias propriam & peculiarem habentes ſignificationem, inter παραπληρωματικὰς conjunctiones traducunt. ut αὖ adverbium temporis, & πȣ locale ſeu conjecturale. & δῆτα aſſeverandi, & alias nonnullas. & ſic id quod vocibus quibusdam diverſarum partium orationis accidit, ut videlicet tanquam expletivæ & ſupervacaneæ aliquando accipiantur; id ac ſi unum quoddam genus eſſet, in unius partium orationis modum redigunt. Porro ἂν particula omnibus ἂν omnibus modis ver-

*omnibus*

balibus jungitur, excepto Imperativo.

*omnibus modis verbalibus* jungitur, uno *Imperativo* excepto. *Optativo* namque & *Subjunctivo* ad diſtinguendam utriusque modi multiplicem ſignificationem, ut mox declarabimus: *Indicativo* vero & *Infinito*, nec non & *participiorum vocibus* ad immutandam naturalem vocum illarum ſignificationem, jungitur. Cum itaque earum vocum, quæ Optativo modo tribuuntur, ea ſignificatio, à quo modus ille denominatur, manifeſta ſit & nominata; aliæ autem ſignificationes, nec nominatæ nec adeò manifeſtæ; neceſſe erat ſigno aliquo ipſas ab optandi ſenſu & vocum modi illius æquivocatione diſcerni atque diſtingui.

Optativo cur? & quomodo?

ἂν potentiale.

Hæc igitur particula *potentialem* modum, qui æquivoce ſub optandi modi vocibus dicitur, ab optandi modo diſtinguit. cujus rei ſignum eſt, quod cum Optandi modus per ſe ſine ullo ſigno ſuam ſignificationem præ ſe ferat: ut in illo Theognidis: ἀλλά μοι εἴη ζῆν ἐκ τῶν ὀλίγων, μηδὲν ἔχοντι κακόν. & apud Sophoclem: ὦ παῖ γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος. & Iliad. α. ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν. & alibi ſexcenties apud auctores. Si illiusmodi vocibus particulam hanc addas, non optativum amplius, ſed potentialem ſenſum habebunt. Ut ſi dicas, ὦ παῖ γένοιο

γένοιο ἂν πατρὸς εὐτυχέστερος. & ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν ἂν ἐκπέρσαι. & ἀλλά μοι εἴη ἂν ζῆν. tunc voces εἴη, & γένοιο, & δοῖεν, non optandi, ſed potentialis modi evadent. Patet igitur ex eo quod Optandi ſenſus particulam hanc reſpicit, modum illum cui neceſſario adhæret, diverſum ab illo eſſe, quamvis voce conveniat. Porro potentialis modi exempla innumerabilia ſunt apud auctores. In iis illud Ariſtot. eſt in tertio Ethic. δυνατὰ δὲ ἃ δι' ἡμῶν γένοιτο ἄν. id eſt, quæ per nos fieri poſſunt: & apud Aeſch. σὺ γὰρ ἂν κώμην ἀποστήσαις. ideſt ἀφιστάναι δυνηθείης. quod Ariſtoph. expreſſit in Pluto. σὺ γὰρ ἂν ποιῆσαι τί δύναιο ἀγαθόν; Nec vero potentialis modi voces tantum, ſed eæ etiam, quæ per verba *debeo* & *volo* explicantur, cum Optativi modi vocibus æquivoce dicuntur: à cujus æquivocatione ἂν particulæ adjumento diſtinguuntur.

ἂν voluntatis & debiti ſenſu, ſub optandi voce.

*Voluntatis* quidem ſenſus ſub optandi voce eſt apud Ariſtophanem in Pluto: φεύγοις ἂν ἤδη τὸν πονηροὺς, ὡς τοὺς δικαίους δ' ἂν βαδίζοις, Interrogat enim *an pravos homines vitare, & ad bonos poſthac ſe velit conferre.* Neque enim *optat* ut id præſtet, nec *dubitat* an poſſit, ſed *interrogat* an velit. Ejusmodi eſt illud ejusdem ἐν εἰρήνῃ. κέρδους ἕκατι κἂν ὑπὲρ ῥιπὸς πλέοι. Acccipitur enim

enim ibi πλέοι ἂν, non pro *navigare poſſet*, vel *deberet*, ſed pro *navigare vellet.* perinde ac ſi dixiſſet, προαιροῖτ' ἂν πλέειν. Sic in Veſpis: ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἄν, οὗ με νῦν ἀποστερεῖς. *equidem vitam hanc cum quocunque alio bono nollem commutare.* neque enim ἀπεύχεται, nec *poſſe* negat ſe hanc vitam cum alia commutare, ſed *nolle ſe* ait, & *quod ad electionem & inſtitutum ſuum attinet, id minime ſe facturum profitetur.* Sic apud Demoſth. πρὸς Λεπτίνην: ὅτε δ' ὑμεῖς καὶ κατὰ τὰς κοινὰς πράξεις καὶ κατὰ τ' ἄλλα πάντα ἄμεινον, ἐκείνων πράττετε, τοῦ χάριν ἂν τῶν ὑμετέρων αὐτῶν ἠθῶν ὀλιγωροῦντες, ἐκεῖνα διώκοιτε; Ubi per vocem διώκοιτε, neque *optat ut ſequantur*, neque *poſſe negat* (falſum enim eſſet) ſed *cur ſequi alienas conſuetudines velint, interrogat*: inferens *minime debere ipſos id facere.* qui ſenſus Optandi modi ſenſui adverſatur. Nam ſi enunciative proferas hanc ipſam interrogativam Demoſth. locutionem hoc modo: οὐκ ἔσθ' ὅτου χάριν ἂν τῶν ὑμετέρων ἠθῶν ὀλιγωροῦντες, ἐκεῖνα διώκοιτε, tunc optandi modus clarius apparebit: erit enim ſenſus, *nullam eſſe cauſam cur hoc velint.* Modus quoque is, qui *oportere* vel *debere* ſignificat; tametſi aliquando per obli-

qua

qua Indicativi tempora & ἂν particulam effertur, tamen hoc fit cum *de re præterita* eſt ſermo. Ut apud Iſocratem in Archidamo. οἳ δικαίως ἂν ἐξ ἁπάσης τῆς ἀσίας ὑπερωρίσθησαν. Ubi id notandum eſt, niſi de re præterita ſermo ſit, non poſſe hunc modum per indicativum efferri. ſi enim de *re præſenti aut futura* eſſet ſermo, per *Optandi* vocem diceretur, ἐξορισθεῖεν ἂν, ut apud Homer. Iliad. β'. τῷ οὐκ ἂν βασιλῆας ἀνὰ στόμ' ἔχων ἀγορεύοις. id eſt, *non deberes Regibus maledicere*. non enim *negat* ipſum *velle*, aut *poſſe* maledicere, ſed oſtendit *non debere*. Porro modus quo oportere ſignificamus, etiam *ſine* ἂν particula per optativi voces exprimitur. ut in illo Senario apud Ariſtophanem in Veſpis. ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην, *quam quisque norit artem, in hac ſe exerceat*. In quo exemplo deeſt ἂν particula, quæ verbo ἔρδοι debetur. qui modus quamvis ſub imperandi modo reduci poſſit; ſcilicet quamvis in ſupradicto exemplo vocem ἔρδοι, per ἐρδέτω interpretari poſſimus, id tamen per enallagen accidit. Nec vero modorum & aliarum partium enallage partes ipſas confundit, ita ut non formaliter altera ab altera diſtinguatur. Ita volendi modus à potentiali

modo ac debendi formaliter differt: tametſi nonnulla occurrunt, quæ ſub omnes hos modos reduci poſſunt, ut illud Sophoclis in Aiace: ἀθήν. σίγα νῦν ἑστὼς καὶ μέν' ὡς κυρεῖς ἔχων. ὀδυσ. μένοιμ' ἄν, ἤθελον δ' ἂν ἐκτὸς ὢν τυχεῖν. Ubi μένοιμ' ἄν, pro *volo manere*, & pro *poſſum*, & pro *debeo manere*, accipi poteſt. magis tamen ad *voluntatis* modum accedit. ut apud Ariſtoph. in Equit. δημ. βούλει τὸ πρᾶγμα τοῖς θεαταῖσι φράσω; Νικ. οὐ χεῖρον. δημ. λέγοιμ' ἂν ἤδη. Ubi λέγοιμ' ἂν manifeſte pro βούλομαι λέγειν accipitur. Alibi *debendi* ſenſum habet, vel *potentialem*: ut in Equit. ἀλ. ἄφες ἀπὸ βαλβίδων ἐμέτε καὶ τουτονί. δημ. δρᾶν ταῦτα χρή, ἄπιτον. ἀλ. ἰδού. δημ. θέοιτ' ἄν. quod pro, *poteſtis*, vel *debetis currere*, accipi poteſt. Sic ἐν ἐκκλησιαζ. πρεσβ. περίθου δὴ τὸν στέφανον. γυνή. ἰδού. πρεσβ. λέγοις ἄν. id eſt *licet loqui*, vel *debes*. Nec vero in *Optativi* modi vocibus duntaxat vim δυνητικὴν, & *voluntatis*, ac *debendi* ſenſum obtinet, ſed in *Indicativi* quoque modi, & *infiniti* & *participiorum vocibus*. Tanta enim eſt hujus particulæ vis, ut *Indicativi* quoque modi obliquis temporibus appoſita, cum ipſis prædictos modos referat. De cujus particulæ conſtructione cum Indicativi modi vocibus,

ſcien-

ſciendum originalia tempora, *præſens* videlicet & *futurum*, nec non *præteritum perfectum*, cum directe & definite eſſe, vel factam eſſe, vel futuram rem aliquam enuntient, & in actu ponant, minime obliquorum modorum ſenſum recipere poſſe: nec eorum quidem ſigna, quæ actum tollunt, & ad potentiam redigunt. cujusmodi eſt ἂν particula, quæ ceteris omnibus *Indicativi modi vocibus appoſita, eas addicit condicioni aut tacitæ aut expreſſæ*, ut potentialem vel voluntatis modum referant, & ſimpliciter actum deponant, ut ἔγραφον ἂν, id eſt, *ſcriberem niſi hoc eſſet.* & ἐγεγράφειν ἂν. & ἔγραψα ἂν. id eſt, *ſcripſiſſem niſi* &c. Quæ condicio exprimitur apud Sophoclem in Aiace. κἂν ἐξέπραξεν εἰ κατημέλησ' ἐγώ. *& quidem effeciſſet, ſi ego neglexiſſem.* Sic Iſocr. in Areopag. ὧν οὐδὲν ἂν ἔπραξαν, εἰ μὴ πολὺ τὴν φύσιν διήνεγκαν. *quorum nihil efficere potuiſſent, niſi* &c. Sine condicionis quoque ſubſecutione per ἂν particulam & per *Indicativi* voces, actus tollitur; & potentialis vel debendi vel voluntatis modus efficitur. *Voluntatis* modi exemplũ eſt apud Iſocr. in Paneg. οἳ πολὺ ἂν ἥδιον τὴν ἀσίαν ἐπόρθουν, ἢ πρὸς ἀλλήλους ἐκινδύνευον. Ubi ἐπόρθουν ἂν pro πορθοῖεν ἂν dictũ eſt. id eſt, *prædari*

ἂν, indicativo appoſita, conditionẽ vel tacitam vel expreſſam refert.

*vellent.* In illo vero Demoſthenis ὅτι τῶν ἀδικημάτων ἂν ἐμέμνητο τῶν ἑαυτοῦ, εἴτι περὶ ἐμοῦ γέγραφεν. Particula ἂν actum tantummodo tollit. non item ad potentiam reducit, cum de re præteriti temporis ſit ſermo: non enim *potuiſſe*, vel *voluiſſe*, nec *debuiſſe illum mentionem facere affirmat*, ſed *futurum fuiſſe, ut ſe ipſum accuſaret, ſi ſe accuſare aggreſſus eſſet.* Ubi vox ἐμέμνητο non tam *plusquam perfecto*, quam *præterito imperfecto* tribui poteſt. Cæterum præterito quoque *perfecto* jungi particulam hanc Budæus ait, tametſi Gaza negaverit. afferens contra Gazæ præceptum ex Iſocrate περὶ τῆς ἀντιδόσεως exemplum: ἐκείνως ὑμᾶς ἡγοῦμαι τάχιστ' ἂν ἀφεῖσθαι τῆς δόξης ταύτης. ex quo tamen exemplo non colligitur Indicativi præterito perfefecto jungi particulam hanc; cum ἀφεῖσθαι vox non Indicativi ſed infinitivi modi ſit. Jungitur etiam *plusquam perfecto Indicativi* apud Xenophontem in Oeconomico ὅτι μὲν δεῖ τὰ γράμματα ἐπίστασθαι ἠκηκόειν ἄν. Ubi δυνητικῶς, vel potius δοξαστολογικῶς, & στοχαστικῶς accipi videtur, pro ἀκήκοα δήπου, vel οἶμαι ἀκηκοέναι. quod tamen planius per optativum ἀκηκόοιμι ἂν diceretur. Eſt & alia loquendi forma cum per *Indicativi modi paratati-* *cum*

de re præteriti temporis, non ad potentiam voces reducit.

cum per indicativi

*cum & Aoriſtum* rem præteritam & factam, non ut factam, ſed quæ fieri poſſet, vi hujus particulæ ſignificamus. hoc autem eſt actum ad potentiam reducere. Qui modus à ſuperiore in quo condicio ſubſequitur eo diſtat, quod in illo (ut condicio indicat) nihil in eſſe ponitur, in hoc vero, id quod jam fuit in actu, ad potentiam reducimus ſine ulla condicione, exempla hujus ſunt apud Ariſtophanem in Pluto. ἀλλ' ἀργυρίου δραχμὰς ἂν ᾔτησ' εἴκοσι. καὶ ταῖς ἀδελφαῖς ἀγοράσαι χιτώνιον ἐκέλευσεν ἄν. πυρῶν τ' ἂν ἐδεήθη μεδίμνων τεττάρων. & in Veſpis. οὐ μὴν πρὸ τοῦ γ' ἐφολκὸς ἦν, ἀλλὰ πρῶτος ἤγειτ' ἂν ᾄδων. & paulo infra: ἀλλ' ὁπόταν ἀντιβολοίη τις αὐτόν, κάτω κύπτων ἔλεγεν ἄν, λίθον ἕψεις. Sic Xenoph. primo ἀπομνημ. περὶ μὲν οὖν τῶν τοιούτων πραγματευομένων τοιαῦτα ἔλεγεν. αὐτὸς δὲ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἂν ἀεὶ διελέγετο. In hujuſmodi autem exemplis ἀοριστολογικὴν ἔννοιαν præ ſe fert ἂν particula. De qua ejus facultate quia περὶ τῆς δυνητικῆς ſatis ſupra dictum eſt, mox nonnulla dicenda ſunt, & expendendum quibus nam verbalium modorum in hac ſua facultate jungatur: ſi tamen, quod ſupradictum eſt, particulam ἂν cum *futuro indicativi* non conjungi, quomodo id intelligi debeat declaraverimus.

modi imperfectum & aoriſtum effertur, rem quæ fieri poſſit oſtendit.

ἂν quando futuro Indicativi jungatur?

 mus.

mus. Nam in materia quidem neceſſaria ſive abſolute, ſive cum condicione enuntietur futurum Indicativi, cum ἂν particula non colligatur: in *contingenti* vero *materia* nihil prohibet futurum Indicativi modi ἂν particulam admittere δυνητικῶς; cum de natura futuri contingentis ſit nihil definite ponere. Galen. in primo de cauſ. pulſuum. εἰ γάρ τι καὶ παρεῖται κατὰ ταύτας, ῥᾳδίως ἐκ τῶν προειρημένων ἂν εὑρεθήσεται. *facile inveniri poterit.* non enim neceſſario inventum iri, ſed *poſſe inveniri* ait. Sic Xenoph. quinto παιδείας. ὅσῳ δ' ἂν κουφότερον συσκευαζώμεθα, τόσῳ τὰς ἐπιούσας ἡμέρας ἥδιον ἂν ἀριστήσομέν τε καὶ δειπνήσομεν. *poterimus prandere, & cænare.* Quod vero apud Iſocr. legitur in Areopag. ἡμεῖς γὰρ ἢν οὕτως οἰκῶμεν τὴν πόλιν, ὥσπερ νῦν οἰκοῦμεν, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἂν βουλευσόμεθα, καὶ πολεμήσομεν, καὶ βιωσόμεθα, καὶ σχεδὸν ἅπαντα τὰ κακὰ πεισόμεθα καὶ πράξομεν &c. Ubi futurum tempus quia à condicione pendet, non neceſſario ponit futuram eſſe rem, de qua eſt ſermo, & ideo potentialem ſenſum recipit.

τοῦ ἂν, facultas ἀοριστολογική.

Porro facultas ἀοριστολογικὴ, non ſolum ita ut proxime dictum eſt, convenit obliquis temporibus Indicativi modi, quando videlicet quod in actu fuit, non ut in actu, ſed ſub potentiæ ſpecie

ſpecie recitatur, ut in exemplis ſupra citatis. & alibi apud Ariſtoph. in Pluto: καί τοι τότε ὅτ᾽ εἶχον οὐδὲν, ὁ μὲν ἂν ἥκων ἔμπορος ἔθυσεν ἱερεῖόν τι σωθείς. ὁ δ᾽ ἂν ἐκαλλιερεῖτό τις. & in ſimilibus: verum etiam ſi de re præteriti temporis & in actu poſita ſub nulla potentiæ ſpecie ſit ſermo, paratatico Indicativi convenit, ut infra declarabitur. In ſubjunctivi vero modi vocibus facultas ἀοριστολογικὴ conjuncta eſt τῇ δυνητικῇ; ita tamen ut vis quidem δυνητικὴ prædicato verbo ſemper adhæreat, vel certe ſupprimatur, ἀοριστολογικὴ autem adjunctæ parti tribuatur. ὅ, τι ἂν εἴπῃς, *quicquid vel quodcunque dixeris*, id eſt *dicere poteris*. Interdum enim vis δυνητικὴ ſupprimitur. ut apud Iſocr. in Plataico, ὅτε μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐξουσίαν ἤλπισαν ἔσεσθαι ποιεῖν ὅ, τι ἂν βουληθῶσι, *quodcunque voluiſſent*. & alibi apud alios auctores. In Optativi vero vocibus non ſemper utramque facultatem in unum redigi contingit. Nam ſi de re præterita Optandi vocibus utamur, patet prædicato verbo, quod definite dici neceſſe eſt, facultatem δυνητικὴν, quæ ad futurum tempus refertur, tribui non poſſe. tunc autem ἂν particula *à verbo recedat, & adjunctæ parti adhæreat* neceſſe eſt: ut apud Demoſthenem in ſecundo

καὶ Φιλίππου. ἐκόλαζον δ' οὕτω, καὶ ἐτιμωροῦντο οὓς ἂν αἴσθοιντο δωροδοκοῦντας. Sic apud Aphtonium ἐμαρτύρησε δὲ αὐτῷ καὶ Θουκυδίδης ὁ μαθητής, ὅτι ᾧ ἂν σύμβουλος γένοιτο, ἄριστα ἐκεῖνος ἀπήλλαττεν ἐν ταῖς δίκαις. in quibus exemplis cum de re præterita & definita ſit ſermo, voces verbales minime δυνητικῶς accipi poſſunt. Quippe cum facultas δυνητικὴ, ut paulo ante dictum eſt, indefinitum ſenſum efficiat, & ad futurum tempus referatur. nec vero ſub debendi aut voluntatis modum redigi poſſunt, quæ hac ratione potentialem ſenſum habere non poſſunt. Unde patet ἂν particulam in hujusmodi locutionibus prædicatis verbis jungi non poſſe. ſi enim jungeretur, utique unum ex ſupradictis modis efficeret. Reſtat igitur ut adjunctæ parti tribuatur in conſtructionis diſtributione, minimeque δυνητικῶς, ſed ἀοριστολογικῶς accipiatur. οὓς ἂν *quoscunque*, & ᾧ ἂν *cuicunque*. cujus rei argumentum eſt, quod ſi de re indefinita & futura loquamur; tunc ἂν particula non ſolum ἀοριστολογικῶς adjunctis partibus, ſed etiam δυνητικῶς verbis ipſis applicabitur. ut apud Platonem in Sympoſ. ζητεῖ δὲ οἶμαι καὶ οὗτος τὸ καλὸν, ἐν ᾧ ἂν γεννήσειεν. Ubi non ſolum ἐν ᾧ ἂν, ſed & γεννήσειεν ἂν, id eſt *generare poſſit*.

Nec

Nec in nominibus duntaxat, & articulis hoc accidit, ſed etiam in *adverbiis.* ut ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου: ἐν τίσιν οὖν σὺ νεανίας, καὶ πηνίκα λαμπρὸς, ad quæ reſpondet: ἡνίκα ἂν εἰπεῖν τι κατὰ τούτων δέοι. Ubi ἡνίκα ἂν ἀορισολογικῶς, & δέοι ἂν συνηθικῶς, quatenus ad futurum refertur, dicere poſſumus. quanquam ſuſpicari poſſet aliquis verbum δέοι, cum neque optandi, nec debendi, nec voluntatis, nec potentialis modi ſenſum habeat, nec ad præteritum tempus referri poſſit; idcirco ne in optativi quidem modi voce ſcribi debere, ſed in ſubjunctivi potius, quoniam Indicativi nec vocem nec ſenſum habere poteſt. Nam cum indicativus modus directe res enuntiet, & in actu ponat, reliqui oblique, ita ut nec eſſe vel non eſſe, nec fore vel non; nec fuiſſe vel non, ex ipſis colligatur: optandique vocum qualitates minime δέοι voci applicari poſſint, ut dictum eſt; reſtat, ut ſubjunctivi modi eſſe dicatur. Porro per ſe quoque Subjunctivi modi vocibus competit ἂν particulæ facultas ἀοριστολογική. ut apud Platonem in Phædro. καλὸν γοῦν ἂν ὦ σώκρατες εἶδος ᾖ καταvενοηκὼς ὁ τοῦτο λαβών. Ubi καταvενοηκὼς ᾖ pro καταvενοήκῃ dictum eſt. In quo exemplo Budæus ᾖ pro εἴη dictum eſſe docet. cum tamen non

δυνητικῶς, ſed ἀοριστολογικῶς, vel potius στοχαστικῶς intelligatur. δυνητικῶς etiam jungi cum ſubjunctivo ἂν particulam idem Budæus affirmat. quod exemplo Iſocratis ex Panegyr. probat οὕτω γὰρ ἀμφοτέρων ὑμεῖς πεπείρασθε, ὥστε ἄριστ' ἂν διδάξητε περὶ αὐτῶν. In quo tamen exemplo ut recte quis vim δυνητικὴν tribuerit ἂν particulæ, ſic minime aſſeverare poterit recte per ἦτα ſcribi penultimam vocis διδάξητε, & non potius διδάξοιτε in Optativi voce: ut ſit pro διδάξαι δυνηθείητε. Cum igitur non verbis ſed adjunctis verbo partibus adhæreat ἂν particula in ſignificatione ἀοριστολογικῇ, contingit nonnunquam ut *indicativi quoque modi præteritis jungi videatur* ἀοριστολογικῶς. idque de re præterita & in actu poſita. Quod abſurdiſſimũ eſſe videtur his, qui non animal vertũt non verbo ſed adjunctę parti tribui ἂν ἀοριστολογικόν. ut apud Herodotũ in Clio: inducitur *Aſtyages ſervo cuidam imperans, ut Cyrum nuper natum perdat*, in illis verbis: λάβε τὸν ἂν Μανδάνη ἔτεκε παῖδα. Ubi particula ἂν in conſtructionis diſtributione non verbo ſed articulo applicanda eſt: τὸν ἂν, id eſt ὃν ἄν. id eſt *quemcunque* vel *qualemcunque peperit, ſeu pepererit Mandane*. Quod ſi de re futura eſſet ſermo, per Optativi vocem diceretur

retur ὃν ἂν τέκοι, *quicquid paritura ſit*. ſic apud Ariſtophanem in Veſpis. *inducitur quidam, qui cum in jus adverſarium vocaſſet, isque non ita commode reſpondiſſet; ipſe teſtem admonet, ut quidnam ille reſponderit, memoriæ mandet*. Verba ſunt: ἀλλ' οὖν σὺ μέμνησ' αὐτὸς ἂν ἀπεκρίνατο. Ubi cum ἅν colliſum pro ἃ ἂν legatur, vel ex ipſa colliſione ἅν particulam articulo ἃ applicari manifeſtum eſt. ut ſit ſenſus, *ut non modo quæ poſtremo dixerat adverſarius, ſed omnia quæcunque prius dixiſſet, memoriæ mandaret*. *Infiniti* quoque modi vocibus nonnullas qualitates tribuit hæc particula, per quam tum *voluntatis* tum *potentialis modus* refertur. exemplum *voluntatis* eſt apud Demoſthenem ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου. ἆρά γε μικρὰ βοηθῆσαι τοῖς πένησι ἡμῖν δοκῶ, ἢ μικρὰ ἀναλῶσαι ἂν τοῦ μὴ τὰ δίκαια ποιεῖν ἐθέλειν οἱ πλούσιοι; eſt enim ἀναλῶσαι ἂν pro *voluiſſe impendere*. *Potentialis* exempla frequenter occurrunt. quale eſt illud Iſocr. ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως: ἐκείνως ὑμᾶς ἡγοῦμαι τάχιστ' ἂν ἀφεῖσθαι τῆς δόξης ταύτης, *liberari poſſe*. In illo vero Demoſthenis ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας: ἀλλὰ πάντα ταῦθ' ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἂν ἑαλωκέναι, non potentialem modum efficit ἂν particula, cum de re præterita & certa ſit

ſermo,

ſermo, ſed actus tantum per ἂν particulam tollitur, & tacitæ vel expreſſæ condicioni verbum ſubjicitur. Exprimitur etiam potentialis, & voluntatis modus per *futurum infinitivi modi* ἂν particulæ junctum. idque plerunque pręcedentibus verbis νομίζω, φημὶ, ἐλπίζω, προσδοκῶ & ſimilibus. Socr. in Buſir. ἐνόμιζε γὰρ τοὺς τούτων ὀλιγωροῦντας, τυχὸν ἂν καὶ τῶν μειζόνων καταφρονήσειν, *negligere potuiſſe*, vel etiam *neglecturos facile fuiſſe.* Aeſch. περὶ τῆς παραπρεσβείας: futuro infiniti tribuit ἂν particulam: τὴν τάξιν τοῦ πρῶτος λέγειν οὐκ ἂν ἔφη παραλιπεῖν, οὐδ' ἐπιτρέψειν τινί. Nam & *aoriſto* jungitur iisdem verbis præcedentibus. tunc enim aoriſto vim futuri tribuit in ſenſu potentiali, ut infra paulo docebimus. ut apud Xenophontem ἀπομνημ. ſecundo. ἐξ ὧν ἐλπίζω σφόδρα ἄν σε τῶν καλῶν ἔργων ἐργάτην ἀγαθὸν γενέσθαι. Ubi γενέσθαι ἂν, id eſt *poſſe fieri*, vel *futurum eſſe* ſignificat. Debendi exempla in infinito in promptu non habeo, puto autem multa inveniri apud auctores. *Participiis* etiam *potentialem ſenſum* tribuit hæc particula. ut apud Iſocr. in Panegyr. εὕρισκον οὐδαμῶς ἂν ἄλλως ἡσυχίαν ἄγουσαν, πλὴν εἰ δόξειε τοῖς πόλεσι, & reliqua. Ubi ἄξουσαν in futuro fortaſſe rectius legeretur. eſt enim ſenſus, *Græciam nullo modo*

ἂν, Participiis potentialem ſenſum tribuit.

*modo in poſterum quieſcere poſſe niſi* &c. Nam cum ad illud usque tempus non quieviſſet, deliberandum erat quonam modo in poſterum quieſcere poſſet. Aoriſti certe vocibus participiorum juncta particula hæc, futuri ſignificationem ipſis tribuit in ſenſu potentiali. Demoſth. κατὰ μειδίου: τοῦ δὲ μηδένα ὑβρίζειν τὸ λοιπὸν, τὸ δίκην τὸν ἀεὶ ληφθέντα διδόναι, μόνον αἴτιον ἂν γενόμενον. *Ne autem in poſterum quisquam injurius ſit, hoc ſolum præſtiturum, ſi ut quisque damnatus fuerit, ita debitam pœnam luerit.* γενόμενον ἂν pro γενησόμενον dixit. Sic Iſocr. in Areopag. εὑρίσκω γὰρ ταύτην ἂν μόνην γενομένην καὶ τῶν μελλόντων κινδύνων ἀποτροπὴν, καὶ τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγὴν γενομένην ἄν, pro γενησομένην dixit. & alibi. οὐκ ἂν οἴεσθε τοὺς βαρβάρους προξένους αὐτῶν πάντας ὑμᾶς ποιήσασθαι pro ποιήσεσθαι. ſic Ariſt. 4. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, οἱ ποιηταὶ τὸν ἄτλαντα ποιοῦσι τὸν οὐρανὸν ἔχειν ὡς συμπεσόντα ἂν ἐπὶ τὴν γῆν. *tanquam alioquin in terram collapſurum.* Ubi ſubauditur condicio, & vi ἂν particulæ actus tollitur, & ad potentiam reducitur. ſic apud Demoſthenem: ὑμεῖς δ' οἱ μεμψάμενοι πολλὰ καὶ δίκαια ἂν ἐκείνοις: *qui ſuccenſere potuiſſemus.* de præterita enim re δυνατικῶς loquitur, actu ad potentiam redacto. Quod ſexcenties apud alios quoque

quoque auctores invenitur. In indicativum etiam condicioni ſubjectum participiorum voces adjumento ἂν particulæ reſolvuntur. Ut apud Demoſthenem. πρὸς ἄφοβον· ἔτι δὲ τὸ πρᾶγμα ἂν ἐξελέγξαι ζητῶν, ἐζήτησεν ἄν με τὸν παῖδα τὸν γράφοντα τὰς μαρτυρίας. In quo exemplo Budæus alterum ἂν δυνητικὸν, alterum παραπληρωματικὸν eſſe cenſet. cum tamen neceſſario apponatur participio ad condicionem indicandam. quæ neceſſario hic requiritur. non enim ponit *adverſarium rem proferre voluiſſe*: imo oſtendere vult *noluiſſe ipſum rem proferre*, concludens hoc modo. *Si rem proferre voluiſſet, profecto puerum popoſciſſet. quod cum non fecerit, patet ipſum noluiſſe.* Quod autem hæc particula hunc ſenſum participiis tribuat, patet ex loco Iſocratis in Panegyr. καὶ τοῦ τοῦ πολέμου παραστάντος τὴν ἀσίαν, τί δεῖ τὰ συμβησόμενα προλέγειν. Ubi quamvis de re futura, quæ condicionem habeat, loquatur, tamen propter defectum ἂν particulæ, latet hujusmodi ſenſus, ita ut de re præterita loqui videatur. Ut enim τὸ ἂν nonnunquam abundat geminatum, ſic *interdum deeſt* non ſolum in *participiis*, ſed in *modis* etiam *verbalibus*, in quibus nonnunquam neceſſariò requiritur: ut

ἂν nonnunquam deeſt:

ut apud Demoſthenem: ταῦτα μοι πάντα πεποίηται. καὶ οὐδεὶς πώποτε εὕροι τὸ κατ' ἐμὲ οὐδὲν ἐλλειφθέν. Ubi aperte deeſt ἂν δυνητικὸν, ut ſit εὕροι ἄν, *invenire poſſet*. Sic in debendi ſenſu & ſubjunctivi voce apud Plutarchum de Cicerone. γινώσκω ὃν φύγω, οὐ γινώσκων πρὸς ὃν φύγω: *fugere debeam*. Ubi ἂν articulo applicata, verbo quoque ſuam ἀορισολογίαν impertitur, Cæterum exempla, in quibus participia particulæ ἂν ſociata, in *condicionem* reſolvuntur, non pauca inveniuntur. Ariſtoph. in Neb. μαμμᾶν δ' ἂν αἰτήσαντος, ἐξέφερον ἄρτον. Ubi αἰτήσαντος ἄν, pro εἰ ᾔτησας dictum eſt. Subauditur etiam ἄν, non ſolum πρὸς δυνατότητα, verum etiam ἐξ ἀνάγκης: ut in proxime dicto Iſocratis loco in Panegyr. ubi de re futura & quæ nondum actu erat, ut de præterita loqui videtur, propter defectum hujus particulæ: καὶ τούτου πολέμου περιστάντος τὴν ἀσίαν, τί δεῖ τὰ συμβησόμενα προλέγειν; Ubi περιστάντος ἄν, legendum eſſet, ut in condicionem Oratio reſolvi poſit, ἐὰν περιστῇ: Sic in Plataico: τούτοις μὲν γὰρ εἰρήνης οὔσης, οὐ προσῆκε μνησικακεῖν περὶ τῶν τότε γενομένων. ἐκεῖνοι δὲ ἐν τῷ πολέμῳ προδοθέντες, εἰκότως ἂν παρ' ἡμῶν τὴν μεγίστην δίκην ἐλάμβανον. Cum enim participiorum præterita tempora adjumento hujus particulæ in conditionem

nem reſolvantur, & ex actu ad potentiam reducantur, ſi deſit hæc particula, participii vox in ſua ſignificatione remanet. & præteritæ rei narrationem repræſentat. ut in proximo exemplo Iſocratis: Ubi cum Platæenſes excuſet, quod tempore belli à Lacedæmoniorum amicitia non receſſerint, metu id ipſos feciſſe ait. nam ſi hoc feciſſent, jure optimo ut proditores Lacedæmoniis pœnas dediſſét. quare in conditionem reſolvendū eſt participium προδοθέντες, & pro, εἰ προεδόθησαν exponendum. quod ſine ἂν particula fieri non poteſt. & idcirco ipſam ſubintelligi neceſſe eſt, quanquam apertè nunquam ſolet ἂν particula cum εἰ condicionali conjungi. Sic infra in eadem oratione: οἷς νῦν τἀναντία ψηφισάμενοι, πολλοὺς ἐπιθυμεῖν ποιήσετε τῆς ὑμετέρας φιλίας, ſubauditur ἂν, ut ſit, ψηφισάμενοι ἂν, pro ἐὰν ψηφίσησθε. Illud etiam animadvertendum eſt, verba nonnunquam adjumento hujus particulæ ſubintelligi à ſuperioribus repetenda, vel ex ἀναλόγου ſubaudienda. Ut apud Platonem in Phædro: δόξαν μὲν ἔγωγ' ἂν συγχωροίην. τὰ δ' ἕτερα ταῦτα οὐκ ἄν. repetendum enim eſt verbum συγχωροίην. & apud Iſocr. in Panegyr. τοσαύτην ἐποιήσαντο αὐτὴν ὥσπερ ἂν τῆς ἑαυτῶν χώρας προθυμούμενοι.

Ubi

Ubi repetendum eſt verbum, ut ſit integra oratio. ὅσην περ ἐποιήσαντο ἄν, id eſt, *tantum ſtudii & feſtinationis adhibuerunt, quantum adhibere potuiſſent, ſi ſuum agrum vaſtari vidiſſent.* Quanquam in Iſocratis hoc exemplo ſuſpicari poſſet aliquis ἂν particulam participio junctam, in condicionem reſolvi poſſe, ut ſit, πορθουμένης ἂν, pro, εἰ ἐπορθεῖτο. De qua particulæ hujus facultate cum participii vocibus, jam ſupra dictū eſt. Alibi certe apud Iſocr. clare patet repeti debere verbum, οὐχ ὡς συμμάχοις ἡμῖν προσηνέχθησαν, ἀλλ' ὥς περ ἂν εἰς τοὺς πολεμιωτάτους ἐξαμαρτεῖν ἐτόλμησαν. Ubi ἐξ ἀναλόγου verbum ἐξήμαρτον, ſupplendum eſt. ἀλλ' ὥς περ ἂν ἐξήμαρτον εἰς τοὺς πολεμιωτάτους, οὕτως εἰς ἡμᾶς ἐξαμαρτεῖν ἐτόλμησαν.

## Ανθ' ὧν.

Α'νθ' ὧν, *propterea quod.*

ΑΝθ' ὧν: vox ex ἀντὶ præpoſitione, & ὧν genitivo plurali articuli neutri relativi conſtans, *cauſativum* ſenſum habet. &, *pro his*, ad verbum ſonat, id eſt *propterea quod*. Ariſtophanes in Pluto: ἢ σφὼ ποιήσω σήμερον δοῦναι δίκην ἀνθ' ὧν ἐμὲ ζητεῖτον ἐνθένδ' ἀφανίσαι. Lucian. ἀπόδος τὸν ναῦλον ἀνθ' ὧν σε διεπορθμευσάμην. ex quibus patet ὧν genitivum

E cum

cum nullo expreſſo antecedente concordare. aut enim nullum tale præcedit, ut in citato Ariſtophanis loco; aut ſi quid præcedit, ut apud Lucianum τὸν ναῦλον, cum illo non concordat: nam τὸν ναῦλον, ἀνθ' οὗ congrue diceretur. Unde patet ὧν genitivum adeo in hac voce conjunctum eſſe ἀντὶ præpoſitioni, ut non ſeorſum, ſed ſimul cum ipſa aliquid ſignificet.

## Ἀνθ' ὅτου.

Ἀνθ' ὅτου. *cur, quamobrem, quare.*

ΑΝθ' ὅτου: etiam ex eadem præpoſitione, & ὅτου, id eſt οὗ genitivo ſingulari articuli relativi neutri conſtans, idem quod, ἀνθ' ὧν, ſignificat: οὐκ οἶδα ἀνθ' ὅτου, *neſcio cur* & *quamobrem*, vel *quare.* Lyſias περὶ τῶν φευγόντων, χρὴ πυνθάνεσθαι ἥτις ἦν αὐτοῖς ἔχθρα πρὸς τὴν πόλιν ἀνθ' ὅτου τοιαῦτα ἐτόλμησαν. In quo exemplo vox ὅτου cum expreſſo antecedente, quod eſt nomen ἔχθρα, non concordat. dicendum enim alioqui fuiſſet ἔχθρα, ἀνθ' ἧς. Unde patet in his etiam vocibus poſteriorem ita priori annexam eſſe, ut nihil ſeorſum ſignificet, ſed ſimul cauſativũ ſignũ conſtituat. Nec obſtat quo minus formalis nota dicatur eſſe, quod pluralis genitivus ὧν, in ἀνθ' ὧν; & ὅτου ſingularis in ἀνθ' ὅτου, ad genitivos πραγμάτων, & πράγματος extrinſecus ſubintellectos referant.

rant. Quia quæ actu adſunt, excludunt ea, quæ in potentia ſubintelliguntur. Secus in ἀφ' ὧν, quod ut formale ſignum ut ἀνθ' ὧν Budæus videtur accepiſſe. cum dicat, ἀφ' ὧν vox eſt ſimilis ἀνθ' ὧν. Demoſthenis exemplum afferens: καὶ προσειστήκει τῆς βοηθείας δεῖν ἐπιστεῦσαι δοκοῦσιν ἀφ' ὧν ἔπραττον οὗτοι αὐτοῖς βοηθεῖν ἑτέροις. In quo exemplo ad πραγμάτων ſubſtantivum extrinſecus ſubintellectum refertur articulus ὧν. quod ſubſtantivum ipſe etiam Budæus expreſſit. cum verba illa ἐξ ὧν ἔπραττον; *ex iſtorum rebus geſtis* latine reddat, eſt enim (ut ipſe docet) ἀφ' ὧν ἔπραττον, idem quod διὰ τὰ τούτοις πεπραγμένα. ἀφ' ὧν.

## CAPUT IV.

# De Particula Ἄρα & aliis quibusdam.

ΑΡα παροξύτονον, *collectivum* & *illativum* eſt in poſteriori parte ratiocinationis poſitum. ut in illo exemplo Luciani: εἰ εἰσὶ βωμοὶ, εἰσὶ καὶ θεοί. ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοὶ, εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί. Quod aliquando latet, ex eo, quod prior pars argumenti ſubticetur, vel ex ſuperioribus pendet: ut apud Lu- ἄρα, παροξύτονον collectivum. & illativum pro *Igitur*.

 cianum

cianum ἕλλlυες ἄρα ὑμεῖς ὦ ξένοι. ac ſi dixiſſet, οὐκοῦν ἕλληνες ὑμεῖς. quæ illatio ex ſuperioribus pendet. Sic in locutionibus ἔμελλον ἄρα, ἔμελλες ἄρα, ἔμελλεν ἄρα. vox ἄρα *illativa*, & *collectiva* eſt, ut quæ effectus cujusdam nota eſt. cujus cauſa ſubticetur, vel ex ſuperioribus petenda eſt. Ariſtoph. in Nebul. φεύγεις δὲ ἔμελλον ἄρα κινήσειν σ᾽ ἐγώ, quibus verbis infert *fore ut fugaret & pelleret quendam.* cujus effectus illati prius cauſam poſuerat in proximo ſuperiori carmine κεντῶν ὑπὸ τὸ πρωκτόν σε τὸ σειραφόρον. ut ſit illatio: *pungam te, unde fiet ut te expellam*: vel *pupugi te; unde factum eſt ut te expulerim.* Similiter in Veſpis. cum dixiſſet: παῖε τῷ ξύλῳ. καὶ σὺ προσθεὶς αἰχμὴν ἔντυφε τὸ σε λαρτίε, infert, ἄρ᾽ ἐμέλλομεν πόθ᾽ ὑμᾶς ἀποσοβήσειν τῷ χρόνῳ. Quod etiam argumentum ita explicatur. *baculo vos percutiam, & fumo ſuffocabo: unde fiet ut vos diſcutiam. vel percuſſi & ſuffocavi, unde factum eſt, &c.* Ulyſſes etiam apud Homerum Odyſſ. 1. ex his quibus Polyphemum affecerat infert. κύκλωψ οὐκ ἄρ᾽ ἔμελλες ἀνάλκιδος ἀνδρὸς ἑταίρους ἔδμεναι ἐν σπῆι γλαφυρῷ κρατερῆφι βίηφι: quaſi colligens *qui ita ſociorū interfectorū ultus fuerit, eum minime nequam hominem cenſeri poſſe.* Ex quibus exemplis

ἔμελλον, ἔμελλες, ἔμελλεν ἄρα.

plis, hoc videlicet Homeri, & ultimo illo Ariſtophanis, notandum ἄρα particulam non ſolum *poſtponi* prædictis verbis, quod plerunque fit; ſed etiam aliquando *præponi*. Apud Ariſtophanem etiam in Veſpis; quamvis ἀρειστο-λογικῶς, vel βεβαιωτικῶς accipi videatur, tamen ad ſenſum συλλογιστικὸν redigi poteſt. Locus eſt *in quo herus quidam ingratum animum ſervo objicit, quod cum nonnulla in eum beneficia contuliſſet, ille tamen immemor eſſet qui herum juſſu filii coërceret.* Verba Ariſtophanis ſunt: οὐκ ἀφήσεις οὐδὲ νυνὶ μ' ὦ κάκιστον θηρίον; οὐδ' ἀναμνησθεὶς ὅθ' εὑρὼν τοὺς βότρυς κλέπτοντά σε, προσαγαγὼν πρὸς τὴν ἐλάαν ἐξέδειρ' εὖ κἀνδρικῶς, ὥς τε σε ζηλωτὸν εἶναι, σὺ δ' ἀχάριστος ἦσθ' ἄρα. In quibus σὺ δ' ἀχάριστος ἦσθ' ἄρα, concluſio eſt argumenti, quo utitur ad probandum ingrati animi vitium. cujus concluſionis nota eſt ἄρα particula. Antecedens continetur in ſupra expoſitis. Quorum ſenſus eſt; *ego te olim tali & tali beneficio ſum proſecutus, tu vero immemor es. Unde fit, ut merito ingratus dicendus ſis.* Eſt etiam ἀρειστολογικὸν, ut apud Xenophontem, ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοὶ οἵους ἄρα ἔχομεν ἑταίρους: *quales tandem & quales nam ſodales habemus* &c. Sic apud Ariſtophanem in Pluto: οἵοις ἄρ' ἀνθρώποις ξυνὼν, ἐλάνθανον; ac ſi di-

xiſſet οἷοις ποτέ. Additum etiam *con-dicionibus dubitativis*, auget τὸν στοχασμὸν, ut που particula, ἐὰν ἄρα οἷός τε ὦ: *ſi forte potero*: εἰ μὴ ἄρα, *niſi forte*, εἴ τις ἄρα ἀνάξιός ἐστιν apud Demoſthenem. *ſiquis fortaſſe indignus eſt*. Per ſe etiam στοχαστικῶς accipitur cum emphaſi quadam prolatum, ut affirmativum ſenſum acquirat, ut in illo Epigrammate. ἦν ἄρα κἀκεῖνοι ταλακάρδιοι οἵ ποτε Μήδων παισὶν, & cætera. ſic apud Latinos adverbium *igitur*, nonnunquam accipi opinor. Ut apud Ovidium 13. Metamorph. Ubi Aiax inducitur dicens. *Tutius eſt igitur fictis contendere verbis, Quam pugnare manu.* Quam locutionem non interrogative, ſed eo modo quo ἄρα apud Græcos paulo ante dictum eſt, & in eodem ſenſu arbitror pronuntiandam eſſe. ſic apud Ariſtoph. in Avibus πειθ. ὄνομα δὲ τούτοις τοῖς θεοῖς τοῖς βαρβάροις τί ἐστι; προμ. ὅτι ἐστί; τριβαλλοὶ. πειθ. μανθάνω. ἐντεῦθεν ἄρα τοὐπιτριβείης ἐγίνετο. Ubi τὸ ἄρα non poteſt eſſe συλλογιστικὸν. nam ex eo quod Dii τριβαλλοὶ appellantur, non ſequitur quod inde τὸ ἐπιτριβείης denominetur, ſed conjectura eſt à vocum vicinitate tracta.

ἐὰν ἄρα, εἰμὴ ἄρα. ἥτις ἄρα.

ἄραγε.

Dicitur & cum γε particula ἄραγε in proxime dicta ſignificatione. Præponitur etiam τοῦ οὖν συλλογιστικοῦ ἐκ παραλ-

λήλου. Plato quinto de Republ. ἄρ᾽ οὖν ἐκ τοῦ τοιοῦδε τὸ τοιόνδε γίνεται & idem quod οὐκοῦν, & τοίνυν. ſignificat.

Dicitur etiam, ἄρ, unica ſyllaba pro δή. Iliad. ά. ἔνθεν ἄρ οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοί.

ἄρ unica ſyllaba pro δή.

## Ἆρα.

Ἆρα vero penultima inflexa, & ſola per ſe, *dubitandi* ſeu *quærendi* nota eſt. & cum γε, & μὴ, & οὖν particulis ἆρά γε, ἆρα μὴ, ἆρ᾽ οὖν, idem ſignificat. hoc eſt *nunquid*, & *nonne*. fit autem nonnunquam ut ἆρα interrogative prolatum, ſi negatio ſubſequatur, *illativum* evadat. Quippe cum interrogationes cum negatione factæ affirmationẽ inferant. Ut apud Xenoph. ἆρά γε οὐ χρὴ πάντα ἄνδρα ἡγήσασθαι τὴν ἐγκράτειαν ἀρετῆς εἶναι κρηπῖδα; quod perinde valet, ac ſi dixiſſet οὐκοῦν χρὴ, vel χρὴ τοίνυν. Interdum negatio ſubſequens, ſimplicis aſſertionis ſine illa affirmatione, ſenſum habet. ut apud Demoſthenem: τίνας οὖν εὐχὰς ὑπολαμβάνετε εὔχεσθαι τὸν φίλιππον, ἆρ᾽ οὐ πολέμου κράτος καὶ νίκην; *nonne belli*,

ἆρα properiſpomenon dubitandi, ſeu quærendi nota. ἆρα γε, ἆρα μὴ, ἆρ᾽ οὖν. *nunquid nonne*. ἆρα interrogativè prolatum, fit illativum.

Ἆρα ποτὲ, *nunquid*, *aliquando*, *utrum tandem*, apud Syneſium. ἆρα ποτὲ τὴν ἱεράν σου κεφαλὴν περιπτύξομαι;

ἆρα ποτὲ.

Ἆρα μὴ etiam *nunquid* & *utrum* ſignificat. Xenophon ſecundo, ἀπομνημ

ἆρα μὴ.

μνημ. ἐὰν δέ σου προσκατηγορήσω ὅτι διὰ τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ, καὶ εὐνοϊκῶς ἔχεις πρὸς αὐτὸν, ἆρα μὴ διαβάλλεσθαι δόξεις ὑπ' ἐμοῦ; *nunquid calumnia peti te cenſebis?*

## Ἀτὰρ, & Αὐτάρ.

ἀτὰρ, & αὐτάρ.

ΑΤὰρ, & Αὐτάρ, quo modo apud poëtas accipiantur, ſatis ex Euſtathio, & aliis grammaticis conſtat. cum autem Ἀτὰρ apud *Atticos* quoque inveniatur, nonnihil nobis etiam dicendum eſt. Ariſtoph. in Pluto. ἀτὰρ, & ἀλλὰ, & ἀλλ' ὅμως uſus eſt. οὐ ψεύδῃ τούτων οὐδὲν, ἀτὰρ οὐχ ἧττόν γ' οὐδὲν κλαύσῃ. quorum verborum ſenſus eſt. *Quamvis hæc vere dixeris, attamen nihilo propterea minus te male perdam.* Invenitur & ἀτὰρ γὰρ apud eundem. ut ἀλλὰ γὰρ, interruptum tamen. ἐν ἀχάρνευσιν. ἀτὰρ φίλοι γὰρ οἱ παρόντες ἐν λόγῳ. Apud Platonem οὖν particulam ſupervacaneam poſt ſe habet in ſecundo de Repub. ἀεὶ μὲν δὴ τὴν φύσιν τοῦ γλαύκωνος ἠγάμην. ἀτὰρ οὖν καὶ τότε πάνυ γε ἥσθην. *tamen eo tempore potiſſimum oblectatus ſum.*

ἀτὰρ Atticum, pro ἀλλὰ, & ἀλλ' ὅμως. *attamen.*

ἀτὰρ γάρ.

ἀτὰρ οὖν.

## Ἄττα.

ἄττα & ἅττα differunt.

ΑΤτα, ἀντὶ τοῦ, τινὰ, vel τίνα cum ſpiritu tenui, differt ab ἅττα aſpirato, quod

quod ἅτινα ſignificat. Ἀττα igitur cum tenui ſpiritu, quando ἀοϱίςως, ἀντὶ τοῦ τινὰ vel τινά accipitur, multis adjectivis ſubjicitur: ut πόλλ' ἄττα, ὀλίγ' ἄττα, ἕτερ' ἄττα. *Interrogativis* etiam in hac eadem ſignificatione jungitur. ut ποῖ' ἄττα, πόσ' ἄττα. id eſt. ποῖα τινὰ, πόσα τινά. Videtur etiam ἀντὶ τοῦ ποτὲ ἀοϱίςου ἐπιῤῥήματος accipi apud Ariſtoph. in Avibus. Ubi inducitur quidam cum dicat ἀπώλωλεν ὁ ζεύς. ad quæ alter πηνίκ' ἄττ' ἀπώλετο. ubi ἄττα vel ἀντὶ τοῦ ποτὲ accipitur, vel certe ἀργόν ἐστιν, ut δῆτα. ac ſi dixiſſet. πότε δῆτ' ἀπώλετο. *quando nam periit?* ut recte annotavit Interpres. Per ſe etiam ἀντὶ τοῦ τινὰ ἀοϱίςως accipitur. Plato, καὶ ἐκτείνας ἑαυτὸν ἔλεγεν ἄττα προσκεκυφώς. *ad aurem ſe admovens quædam dixit.* Subjungitur etiam *ſubſtantivis* nominibus in eodem ſignificatu. πράγματ' ἄττα, ἀντὶ τοῦ πράγματα τινά. οὕτω νέους ὄντας εἰς δείματ' ἄττα νομιςέον. id eſt εἰς δείματα τινά. Ἀττα vero interrogative acceptum nulli ſubjungitur, imo ipſi ποτὲ adverbium ſubjungitur. Demoſthen. ὁ δὲ πρεσβεύων αἰσχίνης ὁυτοσὶ πῶς καὶ ἄττα ποτὲ διηλέχθη; id eſt πῶς καὶ τίνα ποτέ.

ἄττα pro τινὰ vel τίνα.

ἄττα, pro ποτέ.

ἄττα interrogativum.

Ἀτεχνῶς.

Ἀτεχνῶς, adverbium juxta ſui ἐτυμολογίαν *ſine arte* ſignificat. & dici-

ἀτεχνῶς, *ſine arte.*

tur de re quæ ſuapte natura talis eſt, vel fit: non quæ techna, id eſt dolo talis appareat. Ariſtoph. in Pluto: ἐπειδὴ δέ μου τύχωσ' ἀληθῶς, καὶ γένωνται πλούσιοι, ἀτεχνῶς ὑπερβάλλουσι τῇ μοχθηρίᾳ. Plato in Apologia; ἀτεχνῶς οὖν ξένως ἔχω τῆς ἐνθάδε λέξεως. Ubi idem quod πάνυ, vel ὅλως. id eſt *omnino*, & *prorſus* ſignificare videtur. Sic infra, παῖδες ὄντες ἔνιοι καὶ μειράκια ἀτεχνῶς. Similiter apud Ariſtophanem in Ranis. καὶ μὴν ἀτεχνῶς παμπόνηρα φαίνεται. Ubi interpres ἀτεχνῶς inquit ἀντὶ τοῦ ὅλως, καὶ ἀδόλως. poſt quæ ſubdit, τέχνας γὰρ ἔλεγον τοὺς δόλους. ex quibus elicit ἐτυμολογίαν hujus adverbii: propter quam idem quod *pane* ſignificare videtur. Alibi etiam apud Ariſtophanem convenit ipſi hæc eadem ſignificatio in Nebulis: Ubi *cum Socrates deſcribat fulminis naturam, quod videlicet ſit ventus incluſus in nubibus, qui poſtmodum vi caloris eliditur*, ſubdit is qui cum illo agit, *id ſibi plane accidiſſe*, his verbis: νὴ Δία, ἐγὼ γοῦν ἀτεχνῶς ἔπαθον τουτί ποτε Διασίοισι. Ubi ἀτεχνῶς pro ἀκριβῶς, id eſt *prorſus* vel *omnino* ſignificat. ex quo fit ut σαφῶς, id eſt *aperte* & *perſpicuè* ſignificet. cujus ſignificationis exempla paſſim occurrunt apud auctores.

idem, quod πάνυ, vel ὅλως, i. e. *omnino*, *prorſus*.

*planè*.

## Αὖ.

AΥ̃ particulam grammaticorum quorundam errorem ſecutus Budæus, παραπληρωματικὸν nominat. & mox pro δὴ tranſitivo accipi, Platonis auctoritate probare ſe putans, affert ex ipſo verba hæc. καὶ κριτίῳ δέ που πάντως ἴσμεν οὐδενὸς ἰδιώτην ὄντα. τῆς δ' ἑρμοκράτους αὖ περὶ φύσεως καὶ τροφῆς. & reliqua. Addit præterea, particulam hanc, *viciſſim* & *rurſum*, hoc eſt *contra*, & *ex adverſo* ſignificare. afferens ex Demoſthene exemplum: οὐδ' ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐχθρῶν τρόπαιον ἀφ' ἡμῶν. ἡμῖν δ' αὖ ἀπὸ πολλῶν: Et aliud ex Ariſtide. ἀνθ' ὧν αὖ καὶ πρώτη πόλεων ἥδε ἐτίμησεν ἐκεῖνον, ideſt, *quamobrem prima hæc omnium civitas viciſſim illum ornavit.* Nec animadvertit in citato etiam Platonis exemplo, hoc idem quod modo dictum eſt ſignificare particulam hanc. Deſignat namque plerumque *oppoſitionem* quandam. ut in ſupradicto Platonis loco: τῆς δ' ἑρμοκράτους αὖ: *Hermocratis vero contra.* Jungitur & αὖθις adverbio repetitionis, in eodem ſignificatu ἐκ παραλλήλου, ex quo per apocopen dici videtur. Ariſtoph. ἀλλ' αὖθις αὖ τυπτήσομαι. & Demoſth. καὶ τούτων ἕτερ' αὖθις αὖ πεπρακότων. Grammatico-

αὖ particula, non παραπληρωματική.

αὖ, *viciſſim, rurſum, contra, ex adverſo.*

deſignat Oppoſitionem.

αὖθις αὖ.

maticorum autem error eſt, ut particulas cujusque generis ſi ſemel aut iterum apud auctores otioſæ inventæ fuerint, inter παραπληρωματικὰς (ut genus aliquod) collocent.

## Αὐτίκα.

αὐτίκα, ſervit Probationibus.

ΑΥτίκα adverbium *probationibus ſervit*, cum ſigno vel exemplo, & ſimpliciter argumento aliquo, inducimus aliquid eſſe vel non eſſe. Xenoph. quarto, ἀπομνημ. ἐδίδασκε δὲ καὶ μέχρις ὅτου δέοι ἔμπειρον εἶναι ἑκάστου πράγματος τὸν ὀρθῶς πεπαιδευμένον. αὐτίκα γεωμετρίαν μέχρι τούτου ἔφη δεῖν μανθάνειν, ἕως ἱκανός τις γένοιτο γῆν μέτρῳ ὀρθῶς διανεῖμαι. In quibus cum in univerſum propoſuerit oſtendendum *quatenus ſingulæ artes addiſcendæ eſſent*, ſubjungit *exemplum geometriæ*. Hoc idem præſtat particula γοῦν. ut ſuo loco dicetur. Porro αὐτίκα *in promptu eſſe probationem* ſignificat. Ariſtoph. in Pluto, cum per illa verba: ἐγὼ γὰρ ἀποδείξω σε τοῦ διὸς πολὺ μεῖζον δυνάμενον, proponat probandum *Plutum plus poſſe, quàm Jovem*; ſubjicit, αὐτίκα γὰρ ἄρχει διὰ τίνα ὁ ζεὺς τῶν θεῶν; διὰ τ' ἀργύριον. πλεῖστον γὰρ ἔστ' αὐτῷ. Apud eundem in Avibus, inducitur quidam *ſuadens avibus* μὴ πέτεσθαι

coincidit cum γοῦν.

πανταχῆ

πανταχῆ κεχηνότες. ὡς τοῦτ' ἄτιμον ἔργον ἐστὶ, quod probans addit: αὐτίκα ἐκεῖ παρ' ἡμῖν τοὺς πετομένους ἦν ἔρη. ac ſi dixiſſet, πρῶτον μὲν γὰρ ἐκεῖ παρ' ἡμῖν &c. & infra probare volens *non Deos à principio, ſed aves hominum imperium habuiſſe*, dicit: ὡς οὐχὶ θεοὶ τοίνυν τῶν ἀνθρώπων τὸ παλαιὸν ἦρχον, ἀλλ' ὄρνιθες, πόλλ' ἐστὶ τεκμήρια τούτων. deinde adjungit, τεκμήριον. αὐτίκα δ' ὑμῖν πρῶτ' ἐπιδείξω τὸν ἀλεκτρυόν' ὡς ἐτυράννει. & rurſus, παρὰ μὲν φίλου οὐ μάθοις ἂν οὐδέν. ὁ δ' ἐχθρὸς αὐτὸς ἐξηνάγκασεν. αὐτίχ' αἱ πόλεις παρ' ἀνδρῶν ἔμαθον ἐχθρῶν κοὐ φίλων. & infra probare cum velit *Diis alas convenire*, exemplo id probat, αὐτίκα νίκη πέταται πτερύγοιν χρυσαῖν. Interdum *ſubticetur* id quod probandum eſt. Unde fit ut αὐτίκα hujusmodi ſenſum non retinere videatur. Ut in Avibus ejuſdem, inducitur *Geometra quidam inſtrumenta geometriæ ſecum afferens. interrogatusque quid nam eſſent*, reſpondet, κανόνες ἀέρος: deinde mox addit. αὐτίκα γὰρ ἀὴρ τὴν ἰδέαν ἐστὶν ὅλος κατὰ πνιγέα μάλιστα. Ubi per αὐτίκα γὰρ, *probatur inſtrumenta illa apta eſſe ad metiendum aerem*. ſubdit enim προσθεὶς οὖν ἐγὼ τὸν κανόν' ἄνωθεν τουτονὶ τὸν καμπύλον, μετρήσω, &c.

## Αὐτός.

αὐτὸς qualitatem aliquando perſonæ refert &c.

Αὐτὸς pronomen, non ſemper nomen aliquod, vel perſonam pronominis refert, ſed *qualitatem* aliquando *perſonæ*. & emphaſim quandam, cum *oppoſitione* aut *tacita*, aut *expreſſa*. *Expreſſa* quidem, ut apud Ariſtophanem in Ranis: ὅτ' ἐγὼ μὲν διόνυσος υἱὸς σταμνίου αὐτὸς βαδίζω καὶ πονῶ τοῦτον δ' ὀχῶ. *Tacita* vero ut αὐτὸς τοῦτ' ἔπραξα. ubi ſubintelligitur καὶ οὐ δὴ ἄλλος. Quandoq; *emphaſim* quidem deſignat *ſine ulla oppoſitione*: ut apud Ariſtophanem in pluto, οὐκ ἂν εἰ δοίης γέ μοι τὸν πλοῦτον αὐτόν. Quemadmodum & *oppoſitionem ſine emphaſi*. Iliad. π'. αὐτὸς μὲν ἐγὼ μένω, ἀλλ' ἕταρον πέμπω. Cum autem loco nominum articulis ſubjectorum plerumque accipiatur, ob eam cauſam, ne idem nomen repetatur, ut in illo Iliad. ν'. ζεὺς δ' ἐπεὶ οὖν τρῶάς τε καὶ ἕκτορα νηυσὶ πέλασσεν, αὐτὸς πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινώ. Idem enim præſtat pronomen, αὐτὸς, ac ſi repetitum fuiſſet, nomen ζεὺς cum articulo. Cum itaque fere nomen aliquod actu expreſſum referat, interdum tamen *ſubintellectum quoque aliquod nomen & non expreſſum refert*, ut dicitur in dicto illo Pythagoreorum,

αὐτὸς ἔφα. in quo pronomen αὐτὸς *Pythagoram* deſignabat. Articulo autem junctum pronomen αὐτὸς, non ſolum refert nomen aliquod, verum etiam ταυτότητα ſignificat, ideſt eandem rem vel perſonam ſubeſſe prædicationi denotat, ut ſi illud Homeri, αὐτὸς πάλιν τρέπεν ὄσσε, ὁ αὐτὸς τρέπεν ὄσσε diceretur.

## Ἄχρι, & μέχρι.

Ἄχρι, & μέχρι, tam *loci* quam *temporis* adverbia quatenus conſtructionem recipiunt in hoc commentario locum non haberent, niſi οὗ articulo, & aliis quibusdam vocibus in ſignificatione temporis jungerentur. quæ cum nomen χρόνον referant, compendii gratia ſubintelligendum, idcirco hic deſcribentur. cum nobis propoſitum ſit, non modo particulas conjunctionales perſequi, nec non eas voces, quæ extra propriam ſignificationem, orationis adminicula fiunt; verum etiam illas, quæ compendium afferunt orationi. Hæc itaque adverbia non tantum οὗ genitivo articuli juncta, ſed etiam adjectivorum πᾶς, & τὶς compendioſas locutones efficiunt. Ut enim ἄχρις οὗ, & μέχρις οὗ dicimus, ſic ἄχρι, & μέχρι τινὸς ἀορίστως

Ἄχρις οὗ, μέχρις οὗ. ſc. χρόνου.

& ἄχρι

ἄχρι, & μέχρι τινὸς, τίνος; παντὸς, ἄχρι & μέχρι τοῦδε.

& ἄχρι & μέχρι τίνος; *interrogative.* ſed & μέχρι παντὸς idem quod διὰ παντὸς ſignificat. id eſt *ſine temporis præfinitione.* Dicitur & ἄχρι τοῦδε, & μέχρι τοῦδε, ſubintellecto genitivo χρόνου. Sociatur etiam cum multis aliis vocibus in conſtructione, de quibus non eſt inſtituti noſtri tractare. Illud autem non omittendum, finalem literam, σ, aut addi, aut adimi, ut vocalis, aut conſonans dictionis conſequentis poſtulat.

Significat Limitationem.

Significat etiam *limitationem*, ut apud Sextum πυρρωνείων ὑποτυπώσεων. ἄχρι καὶ τοὺς παῖδας ὁρῶμεν διεστελλομένοις. quæ limitatio argumenti à minori ad majus vim habet. quaſi dicat, *ſi pueri, multo magis adulti.* Id quod & Italica & aliæ quædam vulgares dialecti videntur imitari, *Inſin' i fanciulli vediamo* &c.

## CAPUT V.

## De Γὰρ Particula.

Γὰρ, probationibus ſervit.

ΓΆρ, αἰτιολογικὸς σύνδεσμος, *probationibus* ſervit. confirmamus autem aliquid vel infirmamus allegatione cauſæ. non ſolum rei eſſentiæ, verum etiam ratiocinationis & conſequentiæ. Ut in Oreſte Euripidis, cum Electra propoſuiſſet *nullum eſſe tam grave malum & infortunium, quod humanum*

*num genus ferre non poſſit*, ſubdit, ὁ γὰρ μακάριος, & quæ ſequuntur. afferens *cauſam* non *cur* hoc ita ſe habeat, ſed *unde* hoc ſequatur & probetur: inductione aſtruens quod propoſuit. *cum enim Tantalus hoc & hoc ſuſtinuerit, Pelops item & Atreus & Agamemnon, ejusque filius Oreſtes, manifeſtum fit verum eſſe, omnis generis mala & infortunia homines poſſe perferre.* Ponitur etiam *in principio periodi* modo propinquæ alicujus rei cauſam afferens, modo remotioris. exempla utriusque ſunt in Iſocratis Panegyrico. πρὸς χιλίας καὶ διακοσίας τριήρεις ναυμαχεῖν ἐτόλμησαν. οὐ μὴν εἰάθησαν. καταισχυνθέντες γὰρ οἱ πελοποννήσιοι &c. hic ad proximum οὐκ εἰάθησαν refertur. Paulo autem infra, ad remotius, ἃ δὲ ἐστὶν ἴδια καὶ τῆς ἡγεμονίας ἄξια, ταῦτα δ' ἐμὸν ἔργον εἰπεῖν ἐστί. τοσοῦτον γὰρ ἡ πόλις ἡμῶν διέφερεν &c. In quibus γὰρ non ad proximum refertur, ταῦτ' ἐμὸν ἔργον εἰπεῖν ἐστι, ſed ad ἴδια καὶ τῆς ἡγεμονίας ἄξια. quod remotius eſt. Unde fit ut inchoativum narrationum absque cauſæ redditione videatur. tametſi non negem etiam ſine ullius cauſæ redditione in principio narrationum hanc particulam inveniri. Ut apud Ariſtophanem in Pluto. Ubi ſervus *nuntians ea quæ in Pluti illumi-*

*natione acciderant*, inducitur dicens, ἄκουε τοίνυν ὡς ἐγὼ τὰ πράγματα ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν τοι πάντ' ἐρῶ. In quibus particula ὡς *cauſam* aſſignat *cur attentè audire debeat alter interlocutorum*, poſt quæ narrationem aggreditur. ὡς γὰρ τάχιστα ἀφικόμεθα πρὸς τὸν θεὸν &c. Ubi præcedens ὡς particula, excludit ut de γὰρ poſſimus dicere, cauſam reddere *cur ſit ſervus audiendus.* Sic. Ariſtot. 2. Politic. aggrediens narrationem, ἀρχὴν δὲ πρῶτον ποιητέον ἥπερ πέφυκεν ἀρχὴ τῆς σκέψεως. ἀνάγκη γὰρ ἤτοι πάντας πάντων κοινωνεῖν τοὺς πολίτας, ἢ μηδενός. *Interrogationibus* etiam & *reſponſionibus* adhibetur particula γὰρ, in quibus latet cauſativa ſignificatio, cum tamen ex præcedentibus pendeat, & explicatione egeat. ut apud Aeſchinem. σὺ γὰρ ἂν κώμην ἀποστήσαις; negat enim *Demoſthenem id præſtitiſſe, ut Thebani à Philippi ſocietate deficerent.* arguens à minori. *cum tu vicum unum nequeas ad defectionem ſolicitare & provocare, multo minus civitatibus, quas narras, defectionem perſuaſeris.* ſic apud Ariſtophanem in Pluto Inducitur ἡ πενία *proprias laudes exponens.* παρ' ἐμοὶ δ' ἐστὶ ταῦτ' εὔπορα, & quæ ſequuntur. ad quam Chremylus; σὺ γὰρ ἂν πορίσαι τί δύναι' ἀγαθόν; Ubi interrogatio in aſſertio-

γὰρ interrogationibus & reſponſionibus adhibetur.

ſertionem convertenda eſt, ſupplendo: *nego te commoda quæ narras, præſtare poſſe*, ad quæ referẽda eſt cauſa, σὺ γδ&c. *tu namq; nihil præter talia & talia incomoda præſtare ſoles*, ea videlicet quæ ibi exponit Chremylus. In *reſponſionibus* etiam tam *affirmativis* quàm *negativis* accidit ut ſupplendũ ſit aliquid ad quod cauſativum γδ referatur. ut apud Ariſtophanem in Pluto. καρ. ἔπειτ' ἀπολιπὼν τοὺς θεοὺς ἐνθάδε μϑνεῖς; Ερμ. τὰ γδ παρ' ὑμῖν ἐστι βελτίω πολύ. Ubi deeſt repetitio verbi affirmati μϑνῶ videlicet, ad quod refertur cauſæ aſſignatio. Sic ſæpe apud Platonẽ, ut in Cratylo cũ Socrates inducatur dicens: ἆρα ταῦτα μόνα ἐστὶν τῶν πρώτων ὀνομάτων, ἢ καὶ ἄλλα πολλά; reſpondeatque Hermogenes, οἶμαι ἔγωγε καὶ ἄλλα, replicat Socrates, εἰκὸς γδ. in quibus ſupplendum eſt, ὀρθῶς οἴει καὶ ἄλλα εἶ). ad quæ refertur, εἰκὸς γδ. ut ſit ſenſus; *recte tu quidem ſentis alia quoque nomina præter expoſita eſſe ex numero primorum. nam & veriſimile eſt alia quoq; eſſe, & non ſupradicta tantum*. & in Theæteto, cum ipſe Theætetus dicat οὔκουν εἰκός γε, ſubjungit Socrates, οὐ γάρ. Ubi ſupplendum eſt, καλῶς ποιεῖς ἀποφάσκων μὴ εἶ) εἰκός. *recte negas veriſimile eſſe*, deinde ſubdendum, οὐ γάρ ἐστιν εἰκός, *neque enim veriſimile eſt*. & infra proponit

Socrates, τὸ δέ γε φαίνεται, αἰσθάνεσθαι ἐστίν. ad quæ Theætetus, ἔστι γάρ. Ubi ſupplendum eſt, ὁμολογῶ τὸ φαίνεσθαι εἶναι αἰσθάνεσθαι. ἔστι γάρ. Unde fit ut γὰρ ταῖς συγκαταφάσεσι, καὶ ταῖς συναποφάσεσι ſervire dicatur, & vim cauſativam ſopire. Ut apud Ariſtophanem in Nebulis. Ubi non interrogationem, ſed enunciationem ſubſequitur. Στρεψ. ἀλλ' αὖθις αὖ τυπτήσομαι. Φειδιπ. νὴ τὸν Δί', ἐνδίκως γάρ. Ubi ſupplendum eſt aliquid, ut ſit integra locutio: νὴ τὸν Δία καλῶς ποιεῖς ὑφορώμενος, ἐνδίκως γὰρ τύπτοις ἄν. & in Ranis, cum quidam dicat, ἤλγησεν, οὐκ ἤκουσας, reſpondet alter, οὐκ ἔγωγε. ad quæ prior ille, οὐδὲν ποιεῖς γάρ. quibus aſſentitur illum non doluiſſe. cujus cauſam reddit, οὐδὲν ποιεῖς γάρ. ut ſit ſenſus, *jure negat ſe doluiſſe, nam tu nihil proficis eo modo, quo facis ipſum cædens, quare percute latus ejus.* Latet præterea ejuſdem particulæ nativa ſignificatio, cum ad remotiora refertur, ut in Pluto Ariſtophanis, *interrogatus herus à ſervo quidnam ipſi Apollinis oraculum reſpondiſſet*, ſubjungit, πεύσει, σαφῶς γὰρ ὁ θεὸς εἶπέ μοι τοδί, ὅτῳ ξυναντήσαιμι πρῶτον ἐξιὼν, ἐκέλευσε τούτου μὴ μεθίεσθαί μ' ἔτι. Ubi ὁ γάρ, non reddit cauſam, *cur ſervo herus reſpondeat, ſed ad potiſſimam quæſtionem, cur Plutum cæcum*

*cum tam obſtinate ſequeretur.* hujus autem cauſa eſt, *quia juſſu Apollinis hoc facit.* Obſcuratur ejusdem ſignificatio, cum interrogationem vel alioquin figuratam locutionem ſubſequitur. niſi enim figurata locutio ad enuntiativam reducatur, ægre animadverti poteſt quo modo in propria ſignificatione cum præcedentibus quadret. Ut apud Ariſtophanem in Pluto, Paupertas ad Chremylum, & ejus ſocium inducitur, cum dicat: ποῖ ποῖ τί φεύγετε; οὐ μενεῖτον; ἐγὼ γὰρ ὑμᾶς ἐξολῶ κακοὺς κακῶς. In quibus ſi locutio illa, τί φεύγετε; οὐ μενεῖτον in enuntiationem convertatur, μὴ φεύγετε ἀλλὰ μένετε, planum erit, verba illa, ἐγὼ ὑμᾶς ἐξολῶ, cauſam continere *cur fugere non debeant, quippe cum quocunque fugiant, ipſos male perdituram ſe illa profiteatur.* ſic paulo infra in eadem fabula, cum Chremylus ad paupertatem dicat, ἐνέκραγες ἡμῖν οὐδοτιοῦν ἠδικημένη, reſpondeat que illa, ἀληθές, οὐ γὰρ δεινότατα δεδράκατον ζητοῦντες ἐκ πάσης με χώρας ἐκβαλεῖν; particula γὰρ cauſativa, refertur ad ſubaudienda hæc δικαίως κέκραγα. poſt quæ interrogativa locutio οὐ γὰρ δεδράκατον enuntiativam convertenda eſt. & ſic quadrabit γὰρ particula in ſenſu cauſativo, alioquin otioſa videretur. ſic infra, ubi

ubi dicit idem Chremylus, τί ἡμῖν λοιδορεῖ οὐδὲν ἠδικουμένη; reſpondet Paupertas, οὐδὲν γὰρ ὦ πρὸς τῶν θεῶν νομίζετε ἀδικεῖν με; Ubi ὁ γὰρ niſi referatur ad ſupplenda hæc, σὺ λέγεις με οὐδὲν ἠδικημένην λοιδορεῖσθαι, convertaturque interrogativa in enunciativam, οὐδὲν γὰρ νομίζετε ἀδικεῖν με τὸν πλοῦτον ἀναβλέψαι ποιοῦντες, aut propriam ſignificationem immutabit, aut certè otioſum erit.

*γὰρ ἐλλειπτικῶς pro Alioquin.* Invenitur etiam ὁ γὰρ ἐλλειπτικῶς pro *alioquin* in ejusmodi locutionibus qualis eſt illa in VI. τῶν μετὰ τὰ φυσικά; οὔτε λόγῳ, οὔτε χρόνῳ οὔτε γενέσθαι οἷόν τε τὰ πάθη τῆς οὐσίας εἶναι πρότερα. ἔσται γὰρ χωριστά. Ubi ſupplenda eſt conditionalis, cui adhæreat ὁ γὰρ, & formabitur antecedens ratiocinationis ex repetitione ſuperioris concluſionis. εἰ γὰρ τὰ πάθη τῆς οὐσίας εἶεν πρότερα. ex quo ſequitur conſequens, ἔσται χωριστά.

*τί γὰρ. nota interrogationis.* Interrogativo autem τί poſtpoſitum, fit τί γὰρ *nota interrogationis.* ut τί δέ: ut apud Xenophontem ſecundo ἀπομνημ. Socrates orditur quæſtionem, τί γὰρ ὅς τις δαπανηρός. & poſt illius quæſtionis abſolutionem, alteram aggreditur per eandem particulam. τί γὰρ ἔφη, &c. Unde patet præpoſitam quidem ſuam ſignificationem retinere, & in poſtpoſitas ſibi particulas quo-

quodammodo dominari: poſtpoſitam vero ſuam vim amittere, & præpoſitis ſervire. totum enim *τί γὰρ* interrogationis ſignum eſt, & *nonne*, vel *nunquid* ſignificat. ut ſuo loco dicetur. Poſtponitur etiam τῷ ὐ negandi adverbio. & interrogative cum quadam indignatione profertur; ex qua tamen interrogatione, affirmatio infertur. Ut apud Ariſtophanem in Pluto: Ubi inducitur quidam, qui dicat: τί ποτ' ἐστὶν ὃ πέπονθεν ἄνθρωπος κακόν; ad quæ alter, οὐ γὰρ χέτλια πέπονθα νυνὶ πράγματα. *non ne gravia perpeſſus ſum?* Porro confirmationes & infirmationes, quæ à ſigno fiunt, per γοῦν particulam plerumque fiunt, ut de ipſa dicetur. Nonnunquam tamen ὁ γὰρ in his etiam adhibetur, præcedente animadverſione argumenti à ſigno, quæ eſt, σημεῖον δὲ, vel τεκμήριον δὲ, vel hujusmodi alia. Iſocr. in Panegyr. τὰς κληρουχίας ἡμεῖς εἰς τὰς ἐρημουμένας τῶν πόλεων φυλακῆς ἕνεκα τῶν χωρίων, ἀλλ' οὐ διὰ πλεονεξίαν ἐξεπέμπομεν, σημεῖον δὲ τούτων, ἔχοντες γὰρ χώραν &c. Quod autem γὰρ particula ex γὲ & ἂρ id eſt ἄρα conſtet, illud quoque fidem facit, quod γὰρ quandoque συλλογιστικῶς pro ἄρα accipi videtur. ut apud Ariſtophanem in Acharn. Ubi inducit *legatos Athenienſium ad populum narrantes iter in*

*nonne? nunquid?*

οὐ γὰρ interrogativè, cum indigatione.

γὰρ in confirmationibus & infirmationibus.

γὰρ, ex γὲ & ἄρ.

γὰρ pro ἄρα.

*in Perſidem*, in illis verbis. πρεσβ. καὶ δῆτα ἐτρυχόμεθα διὰ τ̃ καϋςρίων πεδίων ἐσκηνημένοι ἐφ' ἁρμαμαξῶν μαλθακῶς κατακείμενοι, ἀπολλύμενοι. Ad quæ interlocutor δικαιόπολις: σφόδρα γὰρ ἐσωζόμην ἐγὼ παρὰ τὴν ἔπαλξιν ἐν φορυτῷ κατακείμενος. Super quibus verbis interpres. ἐκ τοῦ ἐναντίου ἀπήντησεν ἀγανακτῶν. εἰ γὰρ ὑμεῖς ἀπώλλυσθε, ἐσωζόμην ἄρα ἐγώ. id eſt *à contrariis indignabunde colligit, quod ſi illi ſe peſſum datos querantur, qui adeo molliter cubarent & delicate degerent, ſequitur, ut ipſe ſalutem & commodum conſequeretur, qui ſuper ſarmenta ad mœniorum propugnacula cubaret.* Poteſt tamen & cauſativus ſenſus ſervari. *ut concedat ironice verum eſſe quod dixerant legati, ſe ſcilicet peſſum datos nimiis deliciis. Nam ſe propter ærumnas ſalutem conſecutum eſſe.* Planior tamen eſt prior explanatio.

γὰρ, adverſativè. *Tametſi.*

Γὰρ etiam *adverſativam* vim præ ſe fert in dubitationibus negative cum interrogatione prolatis. ut apud Athanaſium ἐν τοῖς πρὸς ἀντίοχον ζητήμασι. τίνος χάριν οἱ πιστοὶ σαυροὺς μὲν ἀντιτύπους τοῦ σαυροῦ τοῦ Χριστοῦ ποιοῦμεν. τῆς δὲ λόγχης ἢ τ̃ καλάμου, ἢ τοῦ σπόγγου, ἀντίτυπα οὐ κατασκευάζομεν, ἅγια γάρ εἰσι καὶ ταῦτα. *tametſi ea quoque Dominici corporis tactu ſanctificata fuerint*

In

In ſimili locutione Ariſtoph. τῷ καί τοι adverſativo, loco γάρ uſus eſt in Nebulis: καὶ πῶς ὦ μῶρε σὺ εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, πῶς δῆτ' οὐχὶ θέωρον ἐνέπρησεν, οὐδὲ σίμων' οὐδὲ κλεώνυμον, καί τοι σφόδρα γ' εἰσ' ἐπίορκοι. Ubi loco καί τοι cauſativa γὰρ potuit adhiberi. σφόδρα γάρ εἰσιν ἐπίορκοι. affirmatis enim enuntiationibus, quæ à negative prolatis interrogationibus inferuntur, reſpondet cauſalis γὰρ, ut ſi dicas, εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους ὁ ζεὺς. ὤφειλε δήπου θέωρον καὶ σίμωνα καὶ κλεώνυμον βάλλειν. σφόδρα γάρ εἰσιν ἐπίορκοι. Sic ſi illud Athanaſii in enuntiationem reſolvas, hoc modo. ἐπειδὴ τοῦ σταυροῦ ἀντιτύπους σταυροὺς ποιοῦμεν ὠφείλομεν καὶ τῆς λόγχης, καὶ τοῦ καλάμου, καὶ τοῦ σπόγγου ἀντίτυπα ποιεῖν. & ſic quadraret quod ſequitur, ἅγια γάρ εἰσι καὶ ταῦτα.

## CAPUT VI.

## De Particulis Γε, γέ τοι, γοῦν.

ΓE, particula *at*, *ſaltem*, & *certe* ſignificat. Ariſtot. 10. Ethic. τοῖς σφετέροις τέκνοις καὶ φίλοις εἰς ἀρετὴν συμβάλλεσθαι, ἢ προαιρεῖσθαί γε. Demoſth. εἰ μὴ ὅλον, μέρος γε ἐπιβάλλει τῆς βλασφημίας. *γε. at, ſaltem. certè.*

*Si non ſumma, at pars quædam, vel certe pars quædam.* Hoc idem ſignificat ἀλλὰ conjunctio. Unde ambo ἐκ παραλλήλου quandoque junguntur. Ut Iliad. Α', ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ. Quod etiam interpoſitione οὖν interrumpitur, & fit ἀλλ' οὖν γε.

ἀλλά γε, ἀλλ' οὖν γε.

Jungitur & τῷ οὖν παραπληρωματικῷ, in hoc eodem ſenſu, & fit, γοῦν. de quo infra.

γοῦν.

Γε etiam pro γοῦν accipitur in *probationibus à ſigno.* Iſocr. in Paneg. de Perſarum moribus loquens: καὶ τὰ μὲν ταπεινῶς, τὰ δὲ ὑπερηφάνως ζῶντες. τοὺς μὲν συμμάχων καταφρονοῦντες, τοὺς δὲ πολεμίους θεραπεύοντες. cujus ſignum affert, τὸ μέν γε μετ' ἀγησιλάου στρατιὰν ὀκτὼ μῆνας διέθρεψαν. τοὺς δ' ὑπὲρ αὐτῶν κινδυνεύσαντας ἑταίρους τοσούτου χρόνου τὸν μισθὸν ἀπεστέρησαν. Significat etiam idem quod μὲν οὖν. id eſt, *imo.* ut in Equitibus Ariſtophanis, interrogatus quidam μῶν ἐκ καλῶν εἶ κἀγαθῶν; reſpondet, ἐκ πονηρῶν γε. pro, ἐκ πονηρῶν μενοῦν. *imo vero à pravis originem duco.* Alibi in eadem Fabula: κλέων. ὁμολογῶ κλέπτειν. σὺ δ' οὐχί. ἀλλαντ. κἀπιορκῶ γε βλεπόντων. *imo vero tametſi furantem quis viderit, perjurio nego me furtum feciſſe.* In qua ſignificatione habet vim *ſuperaddendi*: ut ſit ſenſus:

γε pro γοῦν, in probationibus à ſigno.

γε, idem quod μενοῦν i. e. *imò.*

*Non*

*Non modo furor, verum etiam perjurio nego.* Viciſſim μῶνουν, pro γε apud eundem, Ut de μῶνουν dicetur. Aſtruit etiam à ſigno vel exemplo, ut γοῦν, & γέτοι. Ariſtoph. in Equit. ἄνθρωπε τίς εἶ; μῶν ἔκγονος εἶ τῶν Ἁρμοδίου τις ἐκείνου; τουτί γέ σου τοὔργον ἀληθῶς γενναῖον καὶ φιλόδημον. Aſtruit enim *ab Harmodio originem quandam trahere à ſigno & argumento, quod opus quoddam generoſum fecerit.* Ponitur & pro ſimplici γὰρ cauſativo, apud Ariſtophanem ἐν εἰρήνῃ. Ubi cum dicat quidam, ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα, ſubdit alter, κατῄσχυνάς γε τοκῆας. quaſi cauſam reddens *cur illi ſucceſſerit, ut animam ſuam ſervaret; quod videlicet turpiter ſe ex acie ſurripuerit & fugerit.*

γε, idem quod γοῦν & γέτοι.

γε, pro γὰρ cauſativo.

Jungitur & δὴ & τοι, παραπληρωματικοῖς, & fit γε δή. Gregorius: ὥς γε δὴ ὁ ἐμὸς λόγος, *duntaxat, ut mea eſt ſententia.* Et γέ τοι. Xenoph. ἀλλ' ἐκείνου γέ τοι ἔφη εὖ οἶδ' ὅτι οὐκ ἠμέληκας. *illud quidem certe ſcio non neglexiſti.* Plato. κατὰ λόγον γέ τοι ἔφη ἂν γίγνοιτο ἥ τε θέα καὶ ἡ κρίσις, *ratione vero*, vel *atqui ratione.*

γε δή. *duntaxat.*

γέ τοι. *quidem.*

Præponitur etiam γε particula, μὴν adverſativo, & fit γε μήν. in quo non adeo apparet γε particulæ vis περιγραφικὴ, vel μειωτικὴ; ſicut μὴν particulæ vis adverſativa. quippe cum totum γε

γε μὴν pro μέντοι, *Tamen.*

μὴν, pro μὲν τοι, id eſt *tamen*, accipi videatur. *Notandum* tamen in tranſitione, ſeu in principio locutionis ἀποφατικῶς ſermonem inchoantis, & ſimpliciter ubi nihil præceſſerit quod limitatione egeat, tunc totam vocem γε μὴν puram vim adverſativam obtinere. ut apud Ariſtoph. in Equitibus: καὶ μὴ δέδιθι. οὐ γάρ ἐστιν ἐξεικασμένος, ὑπὸ τοῦ δέους γὰρ αὐτὸν οὐδεὶς ἤθελε τῶν σκευοποιῶν εἰκάσαι, πάντως γε μὴν γνωσθήσεται. Ubi vero præceſſerit aliquid quod limitatione indigeat, tunc γε particula ſuam vim περιγραφικὴν obtinet. ut apud Xenophontem, *multis tum boni tum mali equi ſignis expoſitis*, ſubjungitur τοὺς γε μὴν ὄρχεις δεῖ μὴ μεγάλους ἔχειν τὸν ἵππον. Quod ex reſolutione ejus vocis manifeſtum fit. Ut ſi dicas, τούς γε ὄρχεις ὅμως δεῖ μὴ μεγάλους ἔχειν. & erit ſenſus. *Ut aliquis concedat alia, teſticulos quidem certe non magnos habere equum oportet.*

γέ τοι, ex γε & τοι aſtructiva, ut γοῦν.

Γέ τοι etiam, ex γε & τοι conſtans, aſtructiva eſt alicujus propoſiti, cum aliquid allegamus pro ſigno, & argumento, vel exemplo. In quo ſenſu γοῦν etiam accipitur, de quo infra. Ariſtoph. σφηξί. οὐ καὶ σοὶ δοκεῖ ὦ ἀλεκτρυὼν; νὴ τὸν δί', ἐπιμύει γέ τοι. & ὄρνισιν: ἆρ' ἀπειλοῦσι νῷν, οἴμοι κεχήνασι γέ τοι. & in Pluto. ἐρινύς ἐστιν ἐκ τραγῳδίας. βλέπει

γέ τοι μανικόν τι καὶ τραγῳδικόν. & infra. ἔοικε δ' ἐπὶ κῶμον βαδίζειν. ςέφανον γέ τοι καὶ δᾶδ' ἔχων πορεύεται. & alibi in Veſpis: ἀλλ' ἤ τις ἕτερος ἔρχεται καλούμενός σε. τόν γέ τοι κλητῆρ' ἔχει.

Γοῦν, ex γε & οὖν componitur, & eſt περιγραφικὸν id eſt limitativum, ut, quidē, apud latinos. Plato in Phædone, τουτονί γοῦν τὸν λόγον, τὸν πρὸς ἁρμονίαν θαυμαςῶς μοι εἶπες. id eſt, *ſermonem quidem hunc de harmonia mire mihi expoſuiſti.* Demoſt. καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο ἐπανελθεῖν ἀπὸ τῆς πρώτης πρεσβείας, ἐμὲ γοῦν διεφθαρμένος ἐλάνθανε. hoc eſt ἐμέ γε. habet enim vim *determinandi*, & *circumſcribendi*, ſicut *duntaxat.* In hoc ſenſu, quidem, adverbio utitur Cicero. *Omnes ſuos charos habet: me quidem ſe ipſo chariorem.* ἐμὲ γοῦν. Servit etiam probationibus, cum aliquod ſignum, vel exemplum, & argumentum allegamus ad confirmandum quod intendimus, ut apud Plutarchum in Demetrio. πρὸς δὲ τῷ λιμῷ καὶ τὴν ἄλλων ἀπορίαν γενέσθαι. ἁλῶν γοῦν μέδιμνον ὠνοῦντο τετταράκοντα δραχμῶν. γοῦν enim ἀντὶ τοῦ γὰρ ſæpe dicitur, ut γε. Xenoph. in Sympoſ. de Diis loquens. καὶ μὴν ὅτι νομίζουσιν αὐτοὺς δύνασθαι καὶ εὖ καὶ κακῶς ποιεῖν, καὶ τοῦτο σαφές. πάντες γοῦν αἰτοῦνται τοὺς θεοὺς τὰ μὲν φαῦλα ἀποτρέπειν, τἀγαθὰ δὲ διδόναι. Sic apud Ariſto-

γοῦν, ex γε & οὖν, limitativa particula. ut, ἐμὲ γοῦν, me quidem.

probationibus ſervit.

γοῦν, pro γάρ.

Ariſtophanem in Pluto. μονώτατος γὰρ εἶ σὺ πάντων αἴτιος καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν εὖ ἴσθ' ὅτι. κρατοῦσι γοῦν ἐν τοῖς πολέμοις ἑκάστοτε ἐφ' οἷς ἂν οὗτος ἐπικαθέζηται μόνος. & in Veſpis. ὦ λύκε δέσποτα γείτων ἥρως. σὺ γὰρ οἷσπερ ἐγὼ κεχάρησαι τοῖς δακρύοισι τῶν φευγόντων ἀεὶ καὶ τοῖς ὀλοφυρμοῖς. ᾤκησας γοῦν ἐπίτηδες ἰὼν ἐνταῦθ' ἵνα ταῦτ' ἀκροῷο. Latet autem prædictus ſenſus interdum propter formam locutionis. ut apud apud Ariſtophanem in Pluto. Ubi cum ἡ πενία dixiſſet ὅτι κοσμιότης οἰκεῖ μετ' ἐμοῦ, τοῦ πλούτου δ' ἐστὶν ὑβρίζειν, addit Chremylus: πάνυ γοῦν κλέπτειν κόσμιόν ἐστι καὶ τοὺς τοίχους διορύττειν, quibus *ironice aſſentitur verum eſſe quod* ἡ πενία *propoſuit*, ironice id argumento confirmans, quod ſic explicatur: *verum eſt* τὴν κοσμιότητα οἰκεῖν παρὰ σοί, *cujus rei argumentum eſt, quod* τὸ κλέπτειν κόσμιόν ἐστι. quæ omnia ut ironicum ſenſum habent, ſic & ironice etiam proferenda ſunt.

γοῦν, μειωτικῶς, pro *certè, quidem certè.*

Eſt etiam γοῦν μειωτικὸν, pro *certe*, vel *quidem certe*, & idem quod γε δὴ, & ἀλλά γε ſignificat. Demoſth. ἡ δὲ ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ἀπολογία, καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο, τοὔνομα γοῦν ἔχει φιλάνθρωπον, ἀντὶ τοῦ, τοὔνομά γε δὴ, at certe nomen. Sic ſæpe Galen. ut Secundo de Cauſ. pulſ. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ φόβος. ὁ γοῦν ἰσχυρὸς ἀνωμάλως ἐργάζεται τοὺς σφυγμούς. Ubi γοῦν ſicut

γε δὴ-

γε περιγραφικῶς, id eſt limitative accipitur. & paulo infra: ἔςι δ' ὅτε πλείονι προθυμίᾳ χρησάμενος, καὶ θᾶττον καὶ μᾶλλον ἐνέρησε, πρὸς γοῦν ὀλίγον. & rurſus; ἡ μὲν γὰρ ςέρησίς ἐςιν ἁπάσης τῆς ἐνεργείας, πρὸς γοῦν τὴν αἴσθησιν.

Accipitur etiam particula γοῦν pro, *imo*, apud Ariſtophanem in Veſpis. Ubi inducitur quidam ad ſervum dicens, ἀλλ' ὦ πόνηρε ἥξουσιν ὀλίγον ὕςερον οἱ συνδικασταὶ παρακαλοῦντες τουτονί. *Quibus denuntiat fore ut mox patris ſodales affuturi ſint.* Ad quæ opponit ſervus, τί λέγεις; ἀλλὰ νῦν ὄρθρος βαθύς. *negans poſſe tam multo mane illos adeſſe.* quæ refellens alter, ait, νὴ τὸν δία, ὀψὲ γοῦν ἀνεςήκασί γε. id eſt *imo vero ſero hodie ſurrexerunt, præ eo, quod ſolent facere*: deſtruens à fortiori ſervi oppoſitionem: ac ſi diceret, *imo mirum eſt, quod jam diu non affuerint.* γοῦν, pro imò.

# CAPUT VII.

## De Particula Δέ.

ΔΕ' conjunctio, ut particulæ μὲν reſpondet, ipſamque ſubſequitur, partitivam vim habet, & in partitionibus cum ipſa adhibetur. τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν δὲ, cum μὲν, partitivam vim habent.

δὲ. Oppoſitionis ſignum.

οἱ μὲν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ φαῦλοι. *Oppoſitionis* item ſeu *differentiæ* ſignum eſt. ut σὺ μὲν οἴῃ με παίζειν, ἐγὼ δὲ σπουδάζων λέγω. Quam ſignificationem etiam ſine præcedente μὲν obtinet. ut in illo Demoſth. ἐδίδασκες γράμματα, ἐγὼ δ᾽ ἐφοίτων. ἐτέλεις, ἐγὼ δ᾽ ἐτελούμην. & apud Hippocratem, ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρή.

δὲ pro ἀλλὰ.

Accipitur etiam in hac eadem ſignificatione loco ἀλλὰ, ut μικρὸν μὲν, καλὸν δέ. id eſt, *parvum quidem, verumtamen pulchrum & elegans.*

δὲ in tranſitionibus narrationum.

Adhibetur etiam *in tranſitionibus narrationis:* acciditque ut ſi tranſitio ἀποστατικῶς, & abrupte fiat, nihil opus ſit præcedente μέν. ſi enim præcedat μὲν, tunc erit tranſitio miſta cum continuatione. ut ſæpe apud Xenoph. ὁ μὲν δὴ Κῦρος, vel καὶ ὁ μὲν Κῦρος ταῦτα ἔπραττεν, ὁ δὲ Ἀστυάγης &c. continuatur namque præcedens epilogus cum exordio ſubſequentis narrationis.

δὲ, æquivalet τῷ καὶ, συμπλεκτικῷ.

Aequivalet etiam τῷ καὶ, συμπλεκτικῷ, ut in proximo Hippocratis loco. ubi præter primum δὲ, reliqua omnia, quæ ſequuntur, copulativa ſunt, ὁ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερή. neque enim ſingula illa κόμματα primo opponi dicendum eſt. Sic in argumentis in quibus præpoſtere minor præcedit. deinde major aſſumitur: major mediante δὲ minori annectitur. ut, πᾶς ἄνθρωπος ζῶον.

πᾶν δὲ

πᾶν δὲ ζῶον οὐσία. Ubi δὲ pro καὶ accipi manifeſtum eſt. In hoc eodem ſenſu in interrogationibus iteratis, pro καὶ adhibetur. Demoſth. ποῖος γὰρ ϛρατηγὸς Ἄλον, ποῖος δὲ Φωκέας ἀπολώλεκε. τίς δὲ Δωρίσκον, τίς δὲ κερσοβλέπτην, τίς δὲ ἱερὸν ὄρος, τίς δὲ πύλας. Quandoque ἀντιθετικὴν vim habet, & ἀλλὰ ſenſum refert in hujuſmodi Interrogationis repetitione apud eundem: εἶτα λέγεις ὡς οὐδὲν ὅμοιός εἰμι ἐκείνοις ἐγὼ, σὺ δ' ὅμοιος αἰσχίνῃ, ὁ δ' ἀδελφὸς ὁ σὸς, ἄλλος δέ τις τῶν νῦν ῥητόρων. In qua loquendi forma Cicero & Terentius *autem* particula uſi ſunt, ut annotavit Budæus. Ponitur etiam ἀντὶ τοῦ δὴ, & præſertim ἐν ταῖς ἀποδόσεσιν. id eſt in principio conſequentis longiorum periodorum, pro repetitione ejus, quod proponitur. Iſocr. in Panegyr. ἃ δέ ἐστιν ἴδια καὶ τῆς ἡγεμονίας ἄξια, καὶ τοῖς προειρημένοις ὁμολογούμενα, ταῦτα δ' ἐμὸν ἔργον ἐστὶν εἰπεῖν. Sic apud Platonem, οἳ δ' ἂν δόξωσιν ἀνιάτως ἔχειν διὰ τὰ μεγέθη τῶν ἁμαρτημάτων, τούτους δὲ ἡ προσήκουσα μοῖρα ῥίπτει εἰς τάρταρον, *hos utique, hos vero.* Quo Ciceronem uſum eſſe teſtatur Budæus de Divinat. *Quod enim is, qui divinat, prædicit, id vero futurum eſt.* τοῦτο δὲ, vel τοῦτο δή. Quæ repetiones ubi prior periodi pars longior eſt, videntur neceſſario fieri ad reaſſumendum

δὲ pro δὴ in principio longiorum periodorum.

dum ea, quæ fuerunt propoſita, Ubi vero prior pars μονοκόμματος eſt, non ad

δὲ, pro ἔτι, i. e. *etiam.*

neceſſitatem, ſedpotius ad ornatum dictæ particulæ adhibentur. Accipitur etiam δὲ pro ἔτι, id eſt *etiam*. & apponitur τῷ, καὶ, ἐκ παραλλήλου. Ariſt. 10. Ethic. ὥστε ἡ τοῦ θεοῦ ἐνέργεια μακαριότητι διαφέρουσα, θεωρητικὴ ἂν εἴη, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων δὲ ἡ ταύτῃ συγγενεστάτη, εὐδαιμονικωτάτη, id eſt *humanarum etiam actionum, quæ ad hanc proximè accedit, quam beatiſſimos reddit.* Demoſth. εἰ μὲν τοι ῥήτωρ ἐστὶν οἵους ἐνίους τῶν λεγόντων ἐγὼ, καὶ ὑμεῖς δὲ ὁρᾶτε: *& vos quoque*: in qua

δὴ, pro ἀλλὰ, διαφορικῶς.

ſignificatione accipitur etiam δὴ particula. Servit præterea δὲ conjunctio multis quibusdam locutionibus, refertque oppoſitum ejus, quod ſub præcedenti μὲν proponitur. & pro ἀλλὰ διαφορικῶς accipitur. ut apud Ariſtotelem: ᾗ μὲν οὖν δοῦλος, οὐκ ἔστι φιλία πρὸς αὐτὸν, ᾗ δ' ἄνθρωπος. Ubi ſupplendum eſt. ἐστὶ φιλία πρὸς αὐτὸν. *ſed quatenus homo eſt, amicitia cum eo eſt.* Idem alibi: διὸ κἂν δόξειεν οὐκ ἐξεῖναι υἱῷ πατέρα ἀπείπασθαι, πατρὶ δ' υἱὸν, ſupple δόξειεν ἐξεῖναι ἀπείπασθαι, *patri vero licet filio nuntium remittere, ſeu filium abdicare.* In quibus exemplis cum in priori parte negetur aliquid, hoc idem in poſteriore affirmatum iteratur: ſic apud Theophraſtum, τῶν δὲ ξύλων τὰ χιστὰ μὲν ὅλως ἀῤῥαγῆ, διὰ τὸ γυμνωθεῖσαν

τὴν

τὴν μήτραν ξηραίνειν. τὰ δὲ πλεκτὰ καὶ ςρογγύλα, διὰ τὸ ἐναπειλῆφθαι τὴν μήτραν. Ubi ex contraria cauſa contrarius quoque effectus, τοῦ ἀῤῥαγῆ ſupplendus eſt poſt vocem ςρογγύλα, ut ſit integra locutio, τὰ δὲ πλεκτὰ καὶ ςρογγύλα, ῥηκτὰ, ut ita dicam, ſeu εὔρηκτα. quam loquendi formam niſi quis obſervaverit, facilè decipi poterit. ſimilis ἔλλειψις eſt in locutionibus, σημεῖον δὲ, & τεκμήριον δὲ, & ἀπόδειξις δέ. nam in his quoque ſubaudiendum eſt præter verbum ſubſtantivum, pronominis quoque demoſtrativi caſus aliquis, τούτου, vel τούτων. Demoſth. οὐ γὰρ αἰσχίνης ὑπὲρ τῆς εἰρήνης κρίνεται, ἀλλ' εἰρήνη δι' αἰσχίνην διαβέβληται. σημεῖον δὲ, εἰ γὰρ ἡ μὲν εἰρήνη, & reliqua, *hujus autem rei argumentum eſt.* Quam loquendi formam pleniorem protulit Ariſtot. de morbis equorum loquens: λαμβάνει δὲ καὶ εἰλεὸς, σημεῖον δὲ τῆς ἀῤῥωςίας, & quæ ſequuntur.

Jungitur & aliis particulis, puta δὴ, quæ ſimul *tranſitionibus* ſerviunt. ut apud Demoſthenem: ἐὰν δὲ δὴ καὶ πρὸς ἃ τοῖς ἐχθροῖς συμφέρῃ, *quod ſi* &c. In qua ſignificatione Ciceronem *porro* adverbio uſum eſſe docet Budæus. cujus verba illa: *Neque enim perfacete dicta, neque porro hac ſeveritate digna:* οὐδὲ δὴ τῆς ἐνταῦθα σεμνότητος ἄξια. δὲ δὴ, *porro.*

Græce reddidit. Jungitur & cum γε Demoſth. πένης μὲν ἴσως ἐστὶν οὐ πονηρὸς δέ γε. Ubi tamen γε vim ſuam μειωτικὴν & παραγραφικὴν obtinet. τοι etiam παραπληρωματικῶς huic particulæ adjicitur. που autem non ſemper ἀργῶς ipſi jungitur. Nam in illo Iliad. β΄. αἱ δέ που ἡμέτεραί τ' ἄλοχοι καὶ νήπια τέκνα εἵαται ἐν μεγάροισι που, ςοχαςικῶς accipitur. & cum verbo εἵαται conſtruitur; cui etiam localiter adjici poteſt. Invenitur etiam δαὶ diphthongo ſcriptum ἢ conjunctionis loco, in repetitis interrogationibus. ut Iliad. κ΄. ποῦ νῦν δεῦρο κιὼν λίπες ἕκτορα ποιμένα λαῶν; ποῦ ἢ οἱ ἔντεα κεῖται ἀρήϊα. ποῦ ἢ οἱ ἵπποι; πῶς δαὶ τῶν ἄλλων τρώων φυλακαί τε καὶ εὐναί; In quibus δαὶ ultimo loco poſitum, *conjunctionem* eſſe ait Apollonius Grammaticus, negans articulum αἱ colliſo ἢ, ſubjectum eſſe hoc loco. Apud Ariſtophanem etiam ſæpe invenitur δαὶ pro ἢ, poſitum in interrogationibus. ut in Ranis. Διο. οὐκ ἂν βαδίσαιμι τὴν ὁδὸν ταύτην. ἡρ. τί δαί; & infra in eadem fabula: παν. τί δαὶ τὸ πολὺ τάειχος οὐκ εἴρηκά πω. & in Pluto, χρ: οὐκ αἶτ' ὕσιν ἀργύρεον οἱ χρηςοί. καρ. τί δαί; & infra in eadem fabula: Δικ. τί δαὶ τέχνην τίν' ἔμαθες. Συκ. οὐ μὰ τὸν δία. In quibus omnibus locis ex metro carminum patet δαὶ longam requiri ſyllabam.

δέ γε.

δέ τοι. δέ που.

δαὶ pro δὲ, in repetitis interrogationibus.

Δέ

Δὲ etiam ἐφολκὸν ἢ μόριον, id eſt, *adjectitia* particula, articuliſque præpoſitivis junctum, demonſtrativi pronominis ſignificationem compoſito tribuit. eſt enim, ὅδε, ἥδε, τόδε, pro οὗτος, αὕτη, τοῦτο. quæ voces ut compoſitæ ſub uno accentu ſuper primam poſito, proferuntur. in ipſiſque δὲ particula nihil commune habet cum δὲ conjunctione. cujus rei ſignum eſt quod cum prædictis vocibus δὲ conjunctio interdum conſtruitur. cum dicimus ὅδε δὲ, pro οὗτος δέ. Ubi δὲ fruſtra iteraretur, ſi δὲ ſyllaba conjunctio eſſet. Et hoc differunt propoſitæ voces ab ὁ δὲ, ἡ δὲ, τὸ δὲ, in quibus δὲ conjunctio eſt, & reſpondet τῷ μὲν, in partitionibus. cum dicimus, ὁ μὲν, ὁ δὲ, pro οὗτος μὲν, οὗτος δὲ. quæ potentia referunt ſubjectum aliquod. ſi enim actu adſit ſubjectum, non neceſſario reſpondet. τῷ ὁ μὲν, niſi illud quoque ſuo ſubjecto præponatur. ὁ μὲν Δημοσθένης ταῦτα εἶπεν. ὁ δὲ Νικίας ἔλεξε τοιάδε. Nominibus quoque τοῖος, & τόσος, & τηλίκος, jungitur τὸ δὲ μόριον. Unde fit, τοσός δε, τοιός δε, unico accentu ſuper ultimam nominis poſito prolata: τοιός δε, τοιά δε, τοιόν δε, τοσός δε, τοσήδε. τοσόνδε. Hæc eadē δὲ particula formalis terminatio eſt adverbiorum ad locū, οἶκον δε, οἴκαδε, μεγαράδε. Quæ particula ſi voci in σ terminatæ addatur, ex σ & δ fit littera, ζ, ut ἀθήνασδε, ἀθήναζε.

δὲ, præpoſitivis articulis juncta, nihil commune habet cum δὲ, conjunctione.

ὅδε, ἥδε, τόδε,

ὁ δὲ, ἡ δὲ, τὸ δὲ,

τοιός δε, τοσός δε,

οἶκον δε, οἴκαδε.

ἀθήναζε.

# CAPUT VIII.

## De Particula Δεῖνα, δὴ, & compoſitis δήποτε, & aliis ſimilibus.

δεῖνα, cum ὁ, ἡ, τὸ, *quidam, quædam, quoddam.*

Δεῖνα vox, quæ tribus generibus cum diverſis articulis convenit, ὁ δεῖνα, ἡ δεῖνα, τὸ δεῖνα. *quidam, quædam, quoddam.* vel *hic talis*, ut vulgus hominum nunc loquitur, Idem quod τις, & τι ἀόριστον ſignificant. Quare malè Lexicographus hac voce Græcos uti dicit, cum certum hominem ſignificare volunt, neque tamen nominare. Contra enim incertam & indeterminatam perſonam hac voce ſignificant. Demoſth. περὶ τῆς συντάξεως: καὶ πάρεστιν ὑμῖν ἐκ τῶν πραγμάτων ὁ δεῖνα, τοῦ δεῖνος, τὸν δεῖνα εἰσήγγελε. Male item tribus perſonis vocem hanc accommodari dicit, cum incertam perſonam ſignificet. quæ quidem qualitas non niſi tertiæ convenit, cum prima & ſecunda præſentes eſſe ponantur, & determinatæ. Dicitur & geminatum, ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, pro *hic, & ille.*

ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, *Hic & ille.*

Demoſth. τῷ φιλίππῳ δὲ οὔτε κατειπεῖν τούτων εἶχε καλῶς, οὔτ' εἰπεῖν ὅτι ἀλλ' ἔχουσιν ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα. ſic dici poteſt in fæminino

fæminino genere ἡ δεῖνα καὶ ἡ δεῖνα. & in neutro apud Philoſtratum de Empuſa, τὸ δεῖνα γινομένη, καὶ τὸ δεῖνα αὖ. Patet igitur ex ſupradictis exemplis vocem δεῖνα, tribus generibus, articulorum adjumento, nominativoque & accuſativo caſui, cum cujusque caſus proprio articulo tribui. Genitivo vero, & dativo voces δεῖνος, & δεῖνι, cum cujusque itidem proprio articulo deſtinari. Demoſth. τῷ δεῖνι μεμφόμενος, καὶ τὸν δεῖνα ἀνάξιον εἶναι φάσκων. Qui quidem obliqui ex monoſyllabo recto, cujus uſum non habemus, deduci videntur. gen. δεῖνος. dat. δεῖνι.

## Δή.

Δὴ particula διαβεβαιωτικὸν μόριον appellatur à Grammaticis, id eſt *affirmantis*, & *aſſeverantis*. Videtur autem primaria ejus ſignificatio eadem eſſe atque ἤδη adverbii temporis. Ut apud Ariſtoph. in Pluto, καὶ δὴ βαδίζω. & in Avibus, καὶ δὴ τοίνυν πρῶτα διδάσκω. In quibus exemplis, *mox*, & *jam*, ſignificat. Unde & præſentis temporis verbo jungitur, ad ſignificandum τὴν ἑτοιμότητα τοῦ πράγματος. Ponitur etiam per ſe in hac eadem ſignificatione ſine καί. ut apud Xenophontem, ὡς δὲ ἕκαστα τούτων βέλτιστα περαίνοι-

δὴ, affirmantis & aſſeverantis, idem quod ἤδη. *Mox. Jam.*

πειρῶνοιτο, τοῦτο δὴ πειρῶμαι λέγειν. Ubi etiam præſentis temporis verbo jungitur, pro τοῦτο ἤδη πειρῶμαι. In hoc ſenſu accipitur, ἐν τῷ φέρε δὴ, & δεῦρο δὴ, id eſt *age jam.* & in loquendi formis, quæ videntur obſecrantis eſſe, qualis eſt Iliad. ε. ἄξον δὴ ἔγχος Διομήδεος. Quam ſignificationem habet etiam in locutione κατάκελευε δὴ apud Ariſtophanem in Ranis. Sic dicitur ἐν ἱππεῦσιν: ἴθι δὴ κάλεσον τὸν προςάτην Κλέωνά μοι.

δὴ. idem quod δὲ, *etiam.*

Significat porro idem quod δὲ pro *etiam* accepto. Ariſtot. in 10. Ethicorum: τῷ μὲν γὰρ ἐλευθερίῳ δεήσει χρημάτων πρὸς τὸ πράττειν τὰ ἐλευθέρια. καὶ τῷ δικαίῳ δὴ ἐς τὰς ἀνταποδόσεις. *& juſto vero*, id eſt *juſto quoque.* ut rectè annotavit Budæus.

δὴ pro οὖν, collectivo.

Accipitur ſæpe & pro οὖν *collectivo.* Iſocr. ἐκ δὴ τούτων ῥᾴδιον κατιδεῖν ὅτι καὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἡ πόλις ἡμῶν ἡγεμονικῶς εἶχε. & ſimpliciter pro οὖν. Ut apud Platonem Sympoſio. εἶεν δὴ ὦ ξένοι τοιοῦτος ὢν ὁ ἔρως τίνα χρείαν ἔχει. Unde ἐκ παραλλήλου præponitur ipſi οὖν. ut apud eundem in Politico. τί δὴ οὖν ἔφη ὁ Σωκράτης οὐ πάντες ἐρᾶν φαμέν.

& pro οὖν ſimpliciter.

δὴ οὖν.

δὲ δὴ.

Subjungitur etiam τῷ δὲ in *tranſitionibus orationis*, ut dictum eſt ubi de Δέ conjunctione agitur. Plato in Timæo: τὸ μὲν οὖν προοίμιον θαυμασίως ἀπεδι-

ἀπεδεξάμεθά σου. τὸν δὲ δὴ νόμον ἡμῖν ἐφεξῆς πέραινε. Eundem uſum præſtat ἐν τῷ οὐδὲ δὴ, id eſt *nec vero.* Sic apud Platonem in Sympoſio. Εὐδαίμονας δὲ δὴ λέγεις, οὐ τοὺς τἀγαθὰ καὶ καλὰ κεκτημένους; Quæ locutio interrogative proferenda eſt: Nam & interrogative tranſitiones fieri nihil prohibet. Quæ cauſa fuit, cur Budæus interrogationibus δὴ particulam inſerendam cenſuerit, cum tamen potiſſimum tranſitioni ſerviat, cui accidit interrogatio. Accipitur etiam ſæpe παραπληρωματικῶς. οὐδὲ δὴ, nec verò. δὴ, expletiva partic.

Jungitur huic particulæ etiam adverbium, ποτε, ἀοριστολογικὸν ἐγκλινόμενον, & fit δήποτε. quod nunquam per ſe conſiſtere poteſt, ſed ſemper ſubjicitur articulo alicui relativo, vel nomini, aut adverbio itidem relativis: ὅς δήποτε, ὃ δήποτε, ὅς τις δήποτε, ὅτι δήποτε, οὗ δήποτε, ᾧ δήποτε, & ὅπου δήποτε, ὅτῳ δήποτε. ſimiliter in reliquis caſibus & numeris omnium generum. Exemplum uſus, ὃ δήποτε, eſt illud, ὅτε γὰρ διδάξειεν ὃ δήποτε, τιμῆσαι τὸν μαθόντα ἐκέλευεν. *cum quid vis doceret.* idem per ὁτιοῦν dici poteſt. ſic οἷος δήποτε, οἷον δήποτε, ὅσος δήποτε, ὅπως δήποτε. Poſtponitur & interrogativis tam pronominibus, quàm adverbiis δὴ ποτε.

 aggre-

aggregatum δήποτε, ut τί δήποτε, πῶς δήποτε.

## Δήπου.

δήπε, in affirmationibus. *Utique. Nimirum.*

ΔΗ'πυ, ἐκ τῦ, δὴ, βεβαιωτικοῦ, καὶ τῦ που ϛοχαστικοῦ, utriusque naturam refert. adhibetur enim in aſſertionibus, in quibus ϛοχασμὸς quodammodo ſubeſt. ut apud Demoſthenem, μέμνηθε γὰρ δήπυ τῦθ' ὅτι. *meminiſtis enim utique, vel nimirum.* Quæ tamen aſſeveratio in ϛοχασμὸν convertitur. eſt enim ac ſi diceres, *meminiſtis enim ut opinor.* ſic δήποθεν apud Galenum, τί γὰρ ἔϛαι νόσου αἴτιον; οὐδὲν δήπυ, id eſt, *nihil credo.* Interdum apertius apparet ὁ ϛοχασμὸς, ut in illis Plutarchi de Phocione. ἐπεὶ δὲ ἑώρα πάντας ἀποδεχομένους τὸν λόγον, ἐπιϛραφεὶς πρὸς τοὺς φίλους, εἶπεν: οὐ δήπυ κακόν τι λέγων ἐμαυτὸν λέληθα, id eſt, *enim vero haud credo malum quodpiam verbum imprudenti mihi excidiſſe.* Idem in Cicerone, οὐ δήπυ καὶ Βατίνιος δειπνῆσαι παρ' ἐμοὶ βέλεται. *Nempe haud opinor Vatinium quoque apud me cœnare velle.* quæ locutiones *interrogative* etiam proferri, & intelligi interdum poſſunt. Sicut etiam apud Ariſtophanem in Ranis. Διόνυς. ἐπίσχες οὗτος. ξανθ. τίδ' ἐϛὶν, οὐ δήπου μ' ἀφελέϛαι διὰ νοῦ ἃ δωκας αὐτός.

& ἐν

& ἐν Ἀχαρνεῦσιν: ὁ δὴ δέ τίς ποτ᾽ ἐϛὶν, οὐ δήπου ϛρατῶν. Sic in Pluto legi puto, οὔκουν δήπου τῆς πενίας πτωχείαν φαμὲν εἶ) ἀδελφήν; non οὐκοῦν. & eſt ſenſus: *non ne igitur* πενίαν πτωχείας, *ſororem eſſe dicimus.* & in Avibus ἔπειτα: νὴ δί᾽ ὄρνις δῆτα. οὐ δήπου ταώς. Nam & negationi juncta που particula, eundem ſenſum præ ſe fert. & tam ἐρωτηματικῶς, quam ϛοχαϛικῶς accipi poteſt. ut apud eundem in Ranis: διόν. ἐπίχες οὗτος, οὔτι που σπουδὴν ποιεῖς ὅτι μή σε παίζων ἡρακλέα γ᾽ ἐσκεύασα. Ubi etiam ϛοχαϛικῶς intelligi poteſt, *non equidem te ſerio agere puto.* quod tamen κατὰ βαρύτητος καὶ σχετλιασμοῦ proferri debet. ut Italice, *Non credo già* &c.

## Δῆθεν.

Δῆθεν, *quaſi vero*, adverbium quo utimur, cum veriſimilem ſive fictam cauſam deſignare volumus: cujus loco πρόφασιν, vocabulo uſus eſt Homerus, ἰλ. τ'. κλαῖον πάτροκλον πρόφασιν. σφῶν δ᾽ αὐτῶν κήδε᾽ ἑκάϛη. quod πάτροκλον δῆθεν dici poteſt. Sic apud Ariſtoph. ἐν ἱππεῦσιν: οὔκουν ἐν ἄργει οἷα πράττεις λανθάνει. πρόφασιν μὲν ἀργείους φίλους ἡμῖν ποιεῖ. ἰδίᾳ δ᾽ ἐκεῖ λακεδαιμονίοις ξυγγίνεται. quod etiam ἀργείους δῆθεν φίλους ἡμῖν ποιεῖ dici poteſt.

Δῆθεν, *quaſi verò.*

Δῆτα.

## Δῆτα.

δῆτα. confirmandi vim habet.

Δῆτα, particula *confirmandi* vim habet. Ariſtoph. ἐν ἱππεῦσιν. κλε. ὦ δῆμε, δεῦρ' ἔξελθε. νὴ δί' ὦ πάτερ. Αλ. ἔξελθε δῆτ' ὦ δημίδιον φίλτατον. quibus ὁ ἀλλαντοπώλης confirmat quod ὁ κλέων propoſuit. Sic in Avibus. Πεισθ. ὦ 'γαθὲ ἀλλ' οὑτοσί καὶ δῆτις ὄρνις ἔρχεται. Εὔελπ. νὴ δί' ὄρνις δῆτα. Ubi juri jurando vox δῆτα, additur ad cumulum affirmationis. quippe quæ modo συγκαταφατικὴν vim habeat cum affirmationes confirmat; modo συναποφατικὴν, quando negativis hoc præſtat, ut οὐ δῆτα. ſicut etiam ἐρωτηματικὴν, ut in τί δῆτα; & ἀπαγορευτικὴν, nec non ἀπευκτικὴν, ut in μὴ δῆτα. Porro Budæus vacare interdum particulam hanc putat; afferens exempla tum ex Demoſthene, καὶ δῆτα θαυμάζω πῶς οὐ λογίζῃ. tum ex Syneſio, καὶ δῆτα διαλέξομαι πρὸς σέ. & Xenophonte: πολλὴν δὲ λόγον ἐχόντων τινῶν περὶ αὐτοῦ ἤκουον, καὶ δῆτα ἠρόμην. Docetq; ſicut negatio ſæpe abundat, ſic etiam affirmationem redundare. Quod ut concedamus de δῆτα vere dici, non tamen de affirmativis in univerſum concedendum eſt. multoque minus de proprie dictis affirmativis. Sunt enim proprie affirmativæ,

tivæ, quibus in reſponſionibus utimur, quales ſunt, ναί, κομιδῆ, καὶ μάλα, πάνυ γε, πάνυ μὲν οὖν, & nonnullæ aliæ: quæ ab aſſertivis differunt, quod aſſertivæ affirmationem adjuvant, non autem efficiunt. Quæ vero notæ jurandi ſunt, & adjuvant & efficiunt. Porro ſicut affirmativas nunquam abundare, ſeu vacare aſſerere poſſumus, ita ut nullum uſum ſenſui aut locutioni præſtent, ſic & δῆτα in ſupradictis exemplis non penitus vacare comperiemus. Nam in illis Demoſthenis, καὶ δῆτα θαυμάζω, vox δῆτα, *equidem*, vel *& quidem* verti poteſt, & locutioni qualitatem quandam confert, quam θαυμάζω verbum per ſe præſtare non poteſt. In Syneſii quoque exemplo vox δῆτα *profecto* ſignificat, vel pro δὴ accipitur, ac ſi dixiſſet, καὶ δὴ διαλέξομαι πρὸς σὲ, id eſt *jamque tecum colloquar*. Sic apud Xenophontem, καὶ δῆτα ἠρώμην, *jamque interrogabam*, id eſt *interrogare cœpi*. Nam pro δὴ accipi particulam hanc, ipſe quoque Budæus teſtatur, citans Ariſtophanis verba illa in Pluto, τί δῆτα σοι τίμημ' ἐπιγράψω, id eſt, *quam tandem multam irrogabo tibi*, & apud Athenæum, τί δῆτ' ἔφη δεδοίκατε, *quid nam*, vel *quid tandem*. hoc idem ἐν εἰρήνῃ videtur ſonare.

*δῆτα. & quidem.*

*δῆτα, profecto.*

*δῆτα pro δὴ, jam.*

τρυγ.

re. τρυγ. | ἐγὼ τὰ δόρατα ταῦτ' ὠνήσομαι. Δορυξ. πόσον δίδως δῆτα; pro, πόσον δὴ δίδως;

## Διά.

διὰ, cum accuſativo, cauſam ſignificat.

ΔΙὰ, accuſativo juncta, *cauſam* ſignificat, ut apud Ariſtophanem in Pluto. τί λέγεις; δι' ἐμὲ θύουσιν αὐτῷ; ſic διὰ σὲ, δι' ἐκεῖνον, puta διὰ σωκράτην. Quæ locutiones ſic dicuntur, ut τὸ ἐμὸν μέρος, τὸ σὸν μέρος, τὸ ἐκείνου μέρος, id eſt, *quantum in me*, vel *in te*, vel *in illo eſt*. Demoſth. ἐπεὶ διά γε ὑμᾶς αὐτοὺς, πάλαι ἂν ἀπολώλειτε. *quantum in vobis fuit.* quod etiam, *& per vos*, dici poteſt. nam & Latine locutio hæc ad verbum dicitur, ut recte annotavit Budæus. ſic Ovidius dixit: *Ipſe quidem per me ſoſpes tutusque fuiſſes.* & Plautus *at tum ægrota, ſi vis per me quidem ætatem.* quod δι' ἐμέ γε Græce diceretur. Dicitur hoc idem & per adverbium ἕνεκα genitivo junctum. Ariſtoph. λάβε δ' ἐμοῦγ' ἕνεκα σκοτοδασυπυκνότειχα τὴν ἄϊδος κυνῆν. Idemque per χάριν, apud Herodotum, εὐγενείας χάριν πολὺ τῶν εὐπατριδῶν ἀπελείπετο. Quod ad generis nobilitatem attinet.

Δ'εῦγε

## Δ'οῦν.

Δ'Οῦν, pro ὅμως, ex δὲ, & οὖν: ita dicitur ut ἀλλ' οὖν, pro ἀλλ' ὅμως. apud Platonem in Apolog. ἀλλ' οὖν δαιμόνιά γε νομίζω. Ut dictum eſt ubi de ἀλλὰ agitur. Sic δ' οὖν. Plutarch. in Galba. χαλεπῶς μὲν καὶ μόλις, ἔπεισε δ' οὖν τοὺς στρατιώτας αὐτοκράτορα τὸν Γάλβαν ἀνειπεῖν. id eſt *vix quidem & ægrè; tandem tamen militibus perſuaſit ut Galbam pronuntiarent Imperatorem.* Unde patet non compoſitam vocem δοῦν, ſed δ' οὖν duas voces ſibi appoſitas eſſe, quarum δὲ, conjunctio præcedentem μὲν reſpicit. Vide vocem κυδοῦν Δοῦν, etiam pro γοῦν, ut in probationibus accipitur. Ariſtoph. in Avibus. βούλει τὸν μισθὸν λαβὼν μὴ πράγματ' ἔχειν ἀλλ' ἀπιέναι; ἐπισκ. νὴ τοὺς θεοὺς ἐκκλησιάσαι δ' οὖν ἐδεόμην οἴκοι μένων. Ubi per hæc verba ἐκκλησιάσαι δοῦν, probat ſe velle abire.

δ' οὖν, ex δὲ & οὖν pro ὅμως.

δοῦν, pro γοῦν.

# CAPUT IX.

## De Particulis Ἐάν, εἰ, & εἰς. cum compoſitis.

Ἐάν, διαστικὸς σύνδεσμος vocatur à Grammaticis. eſtque *conditionalis*,

ἐάν, conjunctio conditionalis.

lis, quomodo ab εἰ differt?

*lis*, eo ab εἰ differens, quod hic cum poſterum tempus reſpiciat, ſubjunctivo jungitur. Ut, ἐὰν χωλῷ παροικήσῃς, ὑποσκάζειν μαθήσῃ. εἰ vero, ponitur indifferenter, ſine reſpectu temporis alicujus. nam omnibus fere temporis partibus jungitur, ut de ipſo dicetur. Dicitur interdum ἐὰν cum verbo ἐξ ἀναλόγου ex ſupradictis petendo, ut apud Demoſthenem κατὰ Μειδίου. θάῤῥει νὴ διαφήσει ἔτις ἄν, οὐ γὰρ ἔτ' οὐδὲν ὑβρισθήσῃ. ἐὰν δὲ, τότε ὀργιεῖσθε, νῦν ἀφέντες. Ubi ἐὰν δὲ, principium eſt reſponſionis ad præcedentem objectionem: quæ cum negativa ſit, affirmativam reſponſionem requirit. quemadmodum ſi affirmativa eſſet, ἐὰν δὲ μὴ ſubſequeretur. ut ſi diceres alicui, πειθομένῳ σοι, πάντα τἀγαθὰ γενήσεται. ille vero reſponderet, ἐὰν δὲ μὴ γένηται. Dicitur & ἄν, & ἤν, pro ἐάν. Ariſtoph. in Pluto. ἢν γὰρ τὰ βέλτιστ' ὁ θεράπων λέξας τύχῃ. Ubi ἤν, ſubjunctivo jungitur pro ἐάν.

ἂν & ἢν, pro ἐάν.

## Eἰ.

εἰ, condicionalis conjunctio, voces omnes antecedentis præcedit.

EI, particula condicionalis in locutionibus ex antecedenti & conſequenti conſtantibus, voces omnes antecedentis præcedit, tametſi antecedens aliquando præpoſtero ordine conſequens

conſequens ſubſequatur. Ut apud Demoſthenem, ὅτι τῶν ἀδικημάτων ἂν ἐμέμνητο τῶν ἑαυτοῦ εἴτι περὶ ἐμοῦ γέγραφε. In hujusmodi itaque condicionibus, *omnibus temporibus indicativi modi jungitur*: puta cum *præſenti*, εἰ συνεφεῖ, εἰκὸς ὗσαι. cum *paratatico*, εἰ ἐν ἦν ὁ ἄνθρωπος οὐδέποτ' ἂν ἤλγει. cum *præterito perfecto*, ut in exemplo proximo Demoſthenis, ὅτι τῶν ἀδικημάτων ἂν ἐμέμνητο τῶν ἑαυτοῦ, εἴτι περὶ ἐμοῦ γέγραφε. Ubi ἐγεγράφει puto ſcribendum eſſe: & ſic eſſet *plusquam perfecti* exemplum. cum *Aoriſto* vero, ut εἰ ἐμοίχευσεν, ἐπὶ ἀκολασίαν γίνεται ἡ ἐπαναφορά, εἰ δὲ ἐπάταξεν, ἐπὶ ὀργήν. v. Ethic. præteriti perfecti exempla cum εἰ non deſunt apud auctores. puta ſi in exemplo Demoſthenis antecedens eſſet de re incerta, & conſequens pro certo poneretur, tunc dixiſſet, εἰ γέγραφέ τι περὶ ἐμοῦ, ἐλέγξω αὐτὸν ψευδόμενον.

jungitur omnibus temporibus Indicativi.

Jungitur etiam *futuro*. Thucyd. ὑμεῖς δὲ εἰ κτενεῖτε ἡμᾶς, καὶ χώραν τὴν πλαταίαν Θηβαΐδα ποιήσετε, ἐν πολεμίᾳ τοὺς ἡμετέρους πατέρας καταλείψετε. Non ſolum autem indicativo & *optativo*, ſed etiam *ſubjunctivo* jungitur. Ut clarè patet apud Galen. 2. de cauſis pulſuum: εἰ δέ που σφαλῇ περὶ τὴν ἐνέργειαν, διαφθείρει ταύτῃ τὴν ἰσότητα. Ubi vox σφαλῇ ſubjunctivi modi eſt niſi

jungitur etiam Optativo & Conjunctivo.

quis σφαλείη contendat ſcribendum eſſe. Non ſemper autem condicionalis eſt εἰ particula, eo modo quo in argumentis hypotheticis adhibetur: ita ut poſita condicione, ſequatur aliquid. Nonnunquam enim in narrationibus recipitur poſt verbum ἐρωτῶ, & ſua ſynonyma: & tunc *præſenti* jungitur. Ariſtoph. in Veſpis, ἤρετο εἰ τὴν ἱππεῖα καθίσαμαι τυραννίδα. Quæ obliqua narratio nonnunquam recta fit, mutata prima vel etiam tertia perſona in ſecundam. Ut Actorum cap. primo: Οἱ μὲν οὖν συνελθόντες, ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες, κύριε, εἰ ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν &c. &

εἰ. interrogativum. inde fit, ut εἰ *interrogativum* eſſe videatur propter formam locutionis.

quando Optativo jungatur? Jungitur etiam *Optativi* modi vocibus, cum de re futura inducitur quiſpiam voluntatem, vel ſententiam alicujus explorans, ἤρετο εἰ ἐπιχειρείη τῷ πράγματι, *utrum rem eſſet aggreſſurus*, vel *aggredi vellet.*

εἰ, geminatur interdum. Geminari etiam ſeu iterari particulam εἰ annotavit Budæus apud Xenophontem in Oeconomico. οἶμαι δ' ἂν εἰ καὶ ἐπὶ πῦρ ἐλθόντος σου, καὶ μὴ ὄντος παρ' ἐμοὶ, εἰ ἄλλο σε ἡγησάμην ὁπόθεν εἴη λαβεῖν, οὐκ ἂν ἐμέμφου μοι. cujus exemplum ſecutum eſſe Ciceronem ſecundo de Oratore docet Budæus. Quæ tamen

tamen repetitio in dicto Xenophontis loco jure ſuſpecta mendi haberi poteſt: cum in tam brevi periodo fiat, quæ alioquin in longiore admittenda eſſet. Apud Ariſtophanem in Veſpis particula εἰ, prorſus vacare videtur, cum dicit, πάντα πέφρακται, κ᾽ οὐκ ἔστιν ὀπῆς οὐδ᾽ εἰ σέρφῳ διαδῦναι. eſt enim, pro, οὐδὲ σέρφῳ. Vid infra vocem οὐδ᾽ εἰ.

Pro ὅτι etiam vel διότι accipi particulam hanc annotavit Budæus, afferens exempla ex Demoſthene: τί γὰρ δήποτε μυροκλέα μὲν ἔκρινας εἰ παρὰ τῶν τὰ μέταλλα ἐωνημένων εἴκοσιν ἐξέλεξε δραχμάς. καὶ Κηφισοφῶντα γραφὴν ἱερῶν χρημάτων, εἰ τρισὶν ὕστερον ἡμέραις ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἔθηκεν ἑπτὰ μνᾶς. & aliunde ex eodem, καὶ τοὺς ἀρκάδας ἀπήγγειλεν ὡς ἔχαιρον εἰ προσέχει τοῖς πράγμασιν ἤδη ἡ τῶν ἀθηναίων πόλις. & rurſus, οὐδ᾽ ἐδάκρυσεν ἐπὶ ταύταις αἰσχύνης τὴν ἑλλάδα εἰ παρὰ τοῖς συμμάχοις ὑπὸ τῶν πρέσβεων ὑβρίζονται. cujus particulæ uſus in hujusmodi ſenſu rebus dubiis proprius eſt, quas tametſi credimus, pro certis tamen affirmare non poſſumus. Ut in illo exemplo: καὶ τοὺς ἀρκάδας ἀπήγγειλεν ὡς ἔχαιρον εἰ προσέχει τοῖς πράγμασιν ἤδη ἡ τῶν ἀθηναίων πόλις. Cum vero res certæ ſub condicione proferuntur, tunc actus ad potentiam reducitur.

εἰ, pro, ὅτι, vel διότι.

εἰ, ex εἴθε. *Utinam.*

Pro *utinam* etiam accipi vocem, εἰ, annotavit Budæus. In quo ſenſu ab εἴθε adverbio per apocopen derivari videtur. Ut apud Platonem 4. de Repub. ὅρα ȣ̃ν ἐάν πως προὀτερον ἐμοῦ κατίδῃς, καὶ ἐμοὶ φράσῃς, εἰ γὰρ ὤφελον ἔτη pro εἴθε ὤφελον. ut, *ſi*, apud Latinos. Virgilius 6. Aen. *Si nunc ſe nobis ille aureus ilice ramus oſtendat*, pro, *utinam ſe oſtendat.*

## Eἰ βȣ́λει δέ.

εἰ βȣ́λει δὲ. *quod ſi mavis.*

EI' βȣ́λει δὲ, pro εἰ δὲ βούλει καθ' ὑπερβιβασμὸν, id eſt, *quod ſi mavis*, intenſivum ſenſum habet, ut, *imo vero.* exempla εἰ δὲ βούλει affert Budæus ex Juliano, ἀλλ' ἤδη καὶ μικρῷ γλύματι μεγάλης τέχνης ἔργον ἐγκλεῖσαι, οἷον καὶ τὸν τέττιγα, καὶ τὴν μέλιτταν, εἰ δὲ βούλει καὶ τὴν μυῖαν. & ex Ariſtide. καὶ μαρτύρειάν γε δυοῖν τῶν καλλίςοιν ἀνδρείας καὶ φιλανθρωπίας. εἰ δὲ βούλει λέγω δικαιοσύνης ἀντὶ φιλανθρωπίας. ex Gregorii autem ſermone exemplum, εἰ βούλει δὲ, τοὺς μὲν ἐν λόγῳ δεινοὺς τῇ πράξει, τοὺς πρακτικοὺς δὲ τῷ λόγῳ νικήσας. εἰ βούλει δὲ, λόγῳ μὲν, τοὺς ἐνδοκίμους ἐν λόγῳ, πράξει δὲ, τοὺς πρακτικωτάτους ὑπερβαλών. Hic autem δὲ conjunctionis καταβιβασμὸς à ſecundo loco ad tertium quæ fit in locutione, εἰ βούλει δὲ, alibi etiam ſæpe ſolet

let fieri. qualis eſt in proximo Gregorii exemplo. τοὺς πρακτικοὺς δὲ, pro τοὺς δὲ πρακτικοὺς. Quod autem dicit Budæus εἰ δὲ βούλει, vel εἰ βούλει δὲ, eodem fere modo ἐλλειπτικῶς dici quo, εἰδ' ἄγε, non video quo pacto conveniat. Nam in εἰδ' ἄγε. ſubauditur verbum βούλει, vel ut Budæus mavult, μὴ πιστεύεις locutio. ut Iliad. α'. εἰδ' ἄγε μὴν πείρησαι, id eſt, εἰ δὲ βούλει ἄγε δὴ πειράθητι. & infra in eodem libro, εἰ δ' ἄγε τοι κεφαλῇ κατανεύσομαι ὄφρα πεποίθῃς, id eſt, *age jam tibi capite annuam*. Et in θ'. εἰδ' ἄγε πειρήσασθε θεοί.

Invenitur etiam εἰ pro εἴθε, ab eodem κατὰ ἀποκοπὴν formatum, in εἰ ὤφελον, pro εἴθε ὤφελον. Apud Platonem libro 4. de Republica. εἰ, pro εἴθε.

## Eἰ δὲ μή.

Eἰ δὲ μή. vox ex εἰ δὲ condicionali, & μὴ negativa conſtans, reſpondet τῷ εἰ μὲν, cum repetitione verbi ſubjecti τῷ εἰ μὲν, & ſic juxta ſui ἐτυμολογίαν, *quod ſi non*, id eſt, *ſin minus*, ſignificat. & in hac ſignificatione ſæpe in deductionibus quas vocant ad impoſſibile, vel inconveniens, affirmativas propoſitiones confirmat. κατασκευαστικῶς autem negativas etiam probat in eadem deductione. ut apud Ariſtotelem. εἰ δὲ δὴ καθ' ἡράκλειτον ἐνδέχεται

εἰ δὲ μή. *quod ſi non*, vel *ſin minus*.

κατασκευαστικῶς in negationibus pro εἰ δέ.

χεται λέγοντα ἀληθεύειν, εἰ δὲ μὴ συμβήσεται τἀναντία τοῦ αὐτοῦ κατηγορεῖν. Ubi εἰ δὲ μὴ, pro, εἰ δὲ, vel εἰ γὰρ, uſurpatur, cum repetitione verbi præcedentis: ut ſit ſenſus: εἰ γὰρ ἐνδέχεται, id eſt, *quod ſi quis contingere affirmet, ſequetur* &c. & tunc εἰ δὲ μὴ, non ad verba, ſed ad ſenſum refertur. ut in proximo loco Ariſtotelis, non ad verba ἐνδέχεται ἀληθεύειν, referendum eſt, ſed ad ſenſum auctoris. *Quod niſi ita ſe habet ut ego dico, ſequetur* &c. Sic apud Demoſthenem περὶ τῆς παραπρεσβείας: ὁ μὲν τοίνυν ὑπὲρ ὑμῶν γράψας μὴ ἄγειν πρὸς Φίλιππον ὅπλα, εἰ δὲ μὴ, θανάτῳ ζημιοῦσθαι, &c. εἰ δὲ μὴ, pro, εἰ δὲ uſupatur: Apud Gregorium proprie τῷ εἰ μὲν reſpondet. κατὰ εὐνομίου. εἰ μὲν οἷόν τε πάσας ὁδευτέον τὰς ὁδοὺς, εἰ δὲ μὴ, ὅτι πλείστας. Sic Cicero: *Si hortos inſpexeris, dederis mihi quod ad te ſcribam: ſin minus, ſcribam tamen aliquid.*

εἰ δὲ μὴ, reſpondet τῷ εἰ μὲν, in contradictoriis partibus.

Reſpondet itaque vox εἰ δὲ μὴ voci εἰ μὲν in contradictoriis partitionibus. In ſimplicibus autem partitionibus in quibus non contradictoria, ſed diverſa opponuntur, τῷ εἰ μὲν, non εἰ δὲ μὴ, ſed εἰ δὲ reſpondet. Ut εἰ μὲν τόδε εἴποις, ἀποκρινοῦμαι τόδε. εἰ δὲ ἄλλοτι, οὐδὲν πρὸς ἐμέ. Porro εἰ δὲ, negativas poſitiones ſubſequitur cum repetitione verbi præcedentis. Additurque interdum

τῷ εἰ

τῷ εἰ δὲ, particula ἄρα ϛοχαϛικόν. ut apud Demoſthenem κατὰ μειδίου. ὅτι περιαιρεθεὶς οὗτος τὰ ὄντα, ἴσως μὲν οὐκ ἂν ὑβρίζοι. εἰ δ' ἄρα, ἐλάττονος ἄξιος ἔϛαι. Ubi poſt εἰδ' ἄρα, verbum ὑβρίζοι ſupplendum eſt, ex præcedentibus repetitum: ut ſit, εἰδ' ἄρα ὑβρίζοι, *quod ſi pergat injuriam facere.* quandoque loco εἰδ' ἄρα, ἐὰν δὲ ſubſequitur negativas poſitiones.

## Εἰ καί.

Εἴ καὶ, *Etſi*, formalis nota, quæ & καὶ εἰ, dicitur. id eſt, *Etſi, quamvis, quanquam*, ex εἰ ſimplici condicione fit condicio poſitiva. in qua voce, καὶ conjunctio ſuam deponit ſignificationem, & formali notæ cedit. Nonnunquam, εἰ καὶ *materialiter* accipitur, & tunc καὶ ſuam exercet ſignificationem. ut apud Chryſoloram de formatione dativi pluralis 5. declinationis, εἰ δὲ οὐ σύμφωνον ἔχει, πρὸ τοῦ, ι, καὶ τὸ, υ, προσλαβοῦσα, εἰ καὶ ἡ εὐθεῖα τοῦτ' ἔχει, ἐν διφθόγγῳ ποιεῖ τὴν δοτικὴν τῶν πληθυντικῶν. id eſt, *quod ſi nomen ante, ι, finalem dativi ſingularis nullam habet conſonantem, tunc pluralis numeri dativus, ante, οι, finalem ſyllabam amplius litteram υ aſſumit, modo hac nominativo quoque inſit.*

εἰ καί. & καὶ εἰ, *etſi, quamvis, quamquam.*

εἰ καί, materialiter acceptum *Etſi, ſed ſi, quod ſi.*

 Quo

Quo in loco, εἰ καὶ, duæ voces ſunt ſibi appoſitæ, nec, *&* *ſi*, ſed *ſi* *&*, vel *ſi etiam*, vel, *quod ſi*, ſignificant. in qua appoſitione τὸ, καὶ ſuperaddendi vim habet. Significat etiam, *ſi modo*, addita ἄρα particula conjecturali, & idem quod ἐὰν ἄρα, ſignificat. Sextus πρὸς ἀςρολόγον: μεθ' ἡμέραν οὐδὲν τῶν προειρημένων δυνατόν ἐστι παρασημειοῦσθαι, μόνα δὲ εἰ καὶ ἄρα τὰς τοῦ ἡλίου κινήσεις. Ubi, εἰ καὶ ἄρα, detrahit conceſſioni factæ, *ſolis videlicet tantum motus denotari poſſe: ſi modo ſignificatio aliqua ex ſtellis haberi poteſt.* de *obſervatione ſtellarum in genituris* loquens. Idem alibi. ἐξ ἀνάγκης ἠκολούθησε τὸ μὴ πᾶσαν φαντασίαν ἀληθείας εἶναι κριτήριον, ἀλλὰ μόνην, εἰ καὶ ἄρα, τὴν ἀληθῆ.

εἰ καὶ, *ſi modo*, ſequente ἄρα.

## Εἰ μὴ.

εἰ μὴ, *Niſi.*

Εἰ μὴ, *niſi*, condicio negativa eſt, in qua μὴ verbo ambitus clauſulæ tribuitur: poniturque in antecedente condicionalium ratiocinationum, nec non ſimplicium poſitionum. Ut in Eclogio illo, quod Alexandro tribuitur, εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἤμην, Διογένης ἂν ἤμην. id eſt, *niſi Alexander eſſem.* Plerumque autem quia præpoſtere efferuntur membra hujuſmodi locutionum, fit ut membrum, quod natura antecedit,

antecedit, ſecundum locum habeat. Demoſth. ἐκ ἐςὶ τȣ̃ πρὸς ἡμᾶς πολέμου πέρας, οὐδ' ἀπαλλαγὴ φιλίππῳ, εἰ μὴ Θηβαίȣς ἐχθροὺς ποιήσειε τῇ πόλει. Xenoph. ἐκ ἂν προέλεγεν, εἰ μὴ ἐπίςευεν ἀληθεύσειν. Idem, ἐδὲν ὄφελος εὔνους εἶναι, εἰ μὴ καὶ ὠφελεῖν δυνήσονται. Sic apud Ariſtophanem in Nebulis, περίειδε νυν̃ ἐμοὶ εἰ μὴ τετράμετρόν ἐςιν, ἡμιεκτέον. Ubi ſubintelligendum eſt verbum, φῄς, & ὅτι, conjunctio, ut ſit integra locutio εἰ μὴ φῄς ὅτι τετράμετρόν ἐςιν ἡμιεκτέον, περίειδε νυν̃ ἐμοὶ: *quod ſi negas.*

Εἰ μὴ etiam pro ὅτι μὴ, id eſt, *quod non, quia non*, & εἰ pro ὅτι ut dictum eſt. Aeſchin. εἰ μὴ δέδωκε δίκην ἐκ ἀγαπᾷ, pro, ὅτι μὴ δέδωκε. Quæ locutio clarius per infinitivum effertur, ἐκ ἀγαπᾷ μὴ δεδωκέναι δίκην. *non eſt contentus quod pœnas non dederit.* Sic reſolvitur dictum illud cap. 23. Eccleſiaſtic. καὶ θελήσεις εἰ μὴ ἐγεννήθης, pro, θελήσεις μὴ γεννηθῆναι. εἰ μὴ, pro, ὅτι μὴ, *quod non, quia non.*

Εἰ μὴ etiam *præterquam* ſignificat, in ſenſu exceptivo, & eſt formalis nota, in qua τὸ μὴ ſuam deponit ſignificationem. Ariſtoph. in Veſpis. καὶ τοῦτον ὀπτὸν οὐδὲν ἀλλ' εἰ μὴ ἔσθιε. pro πλὴν ἔσθιε. id eſt, *nihil aliud tibi agendum quàm comedendum.* In quo ſenſu εἰ μὴ τῷ πλὴν καὶ τῷ ἐκτὸς ſubjungitur, & fit εἰ μὴ, *præterquam.* in ſenſu exceptivo. πλὴν εἰ μὴ, ἐκτὸς εἰ μή.

fit πλὴν εἰ μή. De quo ſuo loco dicetur. Sic & ἐκτὸς εἰ μή. Lucian. περὶ πένθους. ἐκτὸς εἰ μὴ τὴν ἄποδον ἡμᾶς σπεῖσθαι πεπιστεύκατε. Ubi τὸ μὴ nihil negat: nam nec verbo tribuitur. ſicut enim in ſupra citato loco Ariſtophanis τὸ μὴ non tribuitur τῷ ἔσθιε: *non enim præcipit nec vetat quo minus comedat, imo ſuadet ut comedat;* ſic apud Lucianum, τὸ, μὴ, nulli verborum quæ in clauſula ſunt competere poteſt. neque enim μὴ σπεῖσθαι, nec μὴ πεπιστεύκατε dici poteſt. Quare ut, εἰ δὲ μὴ, ſæpe pro εἰ δὲ conditione affirmativa accipitur, ut de ipſo dictum eſt: ſic in ſenſu exceptivo τὸ, εἰ μὴ pro εἰ, affirmativa condicione ponitur. Nonnunquam etiam propter loquendi modum, exceptivum ſenſum videtur habere τὸ, εἰ μὴ, exercereque μὴ negativæ ſignificationem: quæ tamen verbo tribuitur in conſtructionis diſtributione. Unde colligitur, non exceptivum, ſed condicionale eſſe τὸ εἰ μή. ut ſi dicas, ποίησον τοῦτο εἰ μὴ θέλεις με ἀποθανεῖν. Quæ locutio ſic reſolvitur: ποίησον τοῦτο εἰ θέλεις με μὴ ἀποθανεῖν. Si vero dixeris, μὴ ποίησεις τοῦτο εἰ μὴ θέλεις με ἀποθανεῖν, tunc exceptivum ſenſum habebit τὸ εἰ μή, in quo τὸ μὴ otioſum erit: quia non infinitivo ἀποθανεῖν (quod potius affirmare intendit qui

*Margin:* εἰ μὴ, pro εἰ, in ſenſu exceptivo καταφατικῶς. εἰ μὴ, pro ſimplici μή.

qui loquitur) ſed verbo θέλεις, quod in clauſula principem locum habet, tribuitur.

## Εἴπερ.

Εἴπερ, & εἰ condicionali, & περ limitativo conſtans, *ſimplicis condicionis* plerunque *notam* habet. limitatione tantum ab εἰ differens. In qua ſignificatione duplicem ἔλλειψιν patitur, in diverſis loquendi formis. aut enim verbum ſubaudiendum deſiderat, ut apud Ariſtophanem in Nebulis, ἔπειτ' ἀπὸ τάῤῥου τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖν, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς εἴπερ. Ubi verbum βούλει ſubintelligitur; cum repetitione verbi ὑπερφρονεῖν. ut ſit integra locutio, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς, εἴπερ βούλει ὑπερφρονεῖν, *ſi modo, ſi tandem deſpicere vis*: Plena locutione uſus eſt idem Ariſtoph. in Ranis, εἶτ' οὐχὶ Σοφοκλέα πρότερον ὄντ' Ευριπίδου, μέλλεις ἀναγαγεῖν εἴπερ ἐκεῖθεν δεῖσ' ἄγειν. In hac eadem loquendi forma adjungitur ipſi particula ἄρα ϛοχαϛικὸν, & παραγραφικὸν ἐκ παραλλήλου τοῦ περ: quod easdem qualitates deſignat: Syneſ. τοῦτο μὲν οὐκ ἔϛιν ὅλως φιλίαν ἀπειπεῖν, ἀλλ' ἔχθραν ἀπειπεῖν. ἤρκει γὰρ εἴπερ ἄρα τὸ μὴ συνωνιᾶσθαι. τὸ δὲ προσανιάσαι πόῤῥω δεινῶν. Ubi εἴπερ ἄρα *ſi quidem* vel *ſi modo* ſignificat,

*εἴπερ, ſimplicis condicionis nota.*

*εἴπερ ἄρα. ſi quidem, ſi modo.*

gnificat, & ἐλλειπτικῶς dicitur. eſſet enim integra locutio, εἴπερ ἄρα τοῦτο ἔδει ποιεῖν, *ſi quidem id erat faciendum.* ſic apud Galen. primo, περὶ διαγνώσ. φανερὸν μὲν γὰρ ὡς οὐκ ἐνδέχεται κατὰ τὸν τοιοῦτον τρόπον τῆς ἐπαφῆς αἰσθέσθαι τῶν πρώτων τῆς διαστολῆς. λοιπὸν οὖν εἴπερ ἄρα ἐν ταῖς θλιβούσαις ἐπιβολαῖς αἰσθέσθαι. Ubi verbum ἐνδέχεται, ex ſuperioribus repetendum eſt. Et tertio ejuſdem tractatus. οὐκοῦν οἷόν τε φωρᾶσαι τῆς διαστάσεως ἁπάσης τὴν κίνησιν, ἀλλὰ μόνον τοῦ ἔξω πέρατος. ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς συστολῆς, εἴπερ ἄρα τὴν ἀρχὴν μόνην καὶ τὴν ἀποχώρησιν, ἄλλο δὲ οὐδέν. Ubi οἷόν τε φωρᾶσαι ex ſuperioribus repetendum eſt.

ἀλλ' εἴπερ ἄρα. conditionem poſitivam ſignificat.

Dicitur etiam cum ἀλλὰ præpoſito, propter negationem præcedentem, ut ejuſdem tractatus libro quarto. ὥστε οὐδ' αἰσθήσει διαγνωστὸς ὁ τόνος, ἀλλ' εἴπερ ἄρα διὰ σημείου τινός. Alteram ἔλλειψιν patitur particula εἴπερ, cum totum conſequens locutionis omittitur, in hypotheticis locutionibus. ut apud Homerum Iliad. α'. ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι ἀχαιοὶ ἄρσαντες κατὰ θυμὸν ὅπως ἀντάξιον ἔσται. Ubi deeſt conſequens κατ' ἀποσιώπησιν, ut Grammatici vocant. ſic infra eodem libro, εἴπερ γάρ κ' ἐθέλησιν ὀλύμπιος ἀστεροπητὴς ἐξ ἑδέων στυφελίξαι, ὁ γὰρ πολὺ φέρτερός ἐστι. Significat etiam condicionem poſitivam, cum

cum pro ἐπειδὴ accipitur. ut apud Ariſtot. ſexto: Politic. ἓν δὲ τὸ ζῆν ὡς βούλεταί τις. τοῦτο γὰρ τῆς ἐλευθερίας ἔργον εἶναι φασὶν, εἴπερ τοῦ δούλου ὄντος τὸ ζῆν μὴ ὡς βούλεται. ſic in communi hominum locutione ſæpe, *ſi*, pro *quoniam* uſurpatur. ἀλλ' εἴπερ ἄρα, pro ἐπειδὴ.

Εἴπερ, etiam ut, εἰ, ἄλλο nominis, omnibus caſibus in omnibus generibus præpoſitum, intenſionis notam habet. Gregor. χρέος δὲ, εἴπερ ἄλλο τι, τοῖς ἀγαθοῖς τά τε ἄλλα, &c. Demoſth. ἄξιον δὲ, εἴπερ περί του ἄλλου, καὶ περὶ τοῦδε διελθεῖν. εἴπερ ἄλλο. intenſionis nota.

## Εἰς.

Εἰς, præpoſitio, prout *compendioſis locutionibus* ſervit, in hoc Commentario locum habet. qualis eſt illa locutio apud Pauſaniam. καὶ τὰ μὲν εἰς Μέδουσαν οὕτως ἔχει. vel οὕτως εἰρήσθω. in cujuſmodi locutionibus adjectivum nomen vel participium articulo τὰ ſubjiciendum ſubauditur. ut ſit, καὶ τὰ μὲν εἰς Μέδουσαν ἀνήκοντα, vel προσήκοντα. id eſt, *ea, quæ ad Meduſam attinent.* εἰς, præpoſitio. compendioſis locutionibus ſerviens.

## Εἶτα, & Ἔπειτα.

εἶτα & ἔπειτα, interrogatione cum indignatione proferuntur.

Εἶτα, & ἔπειτα adverbia ſunt τάξεως. Quæ præter notam ſignificationem, interrogatione cum quadam indignatione & vehementia proferuntur. ut apud Ariſtophanem in Pluto. ὦ μιαρώτατε ἀνδρῶν ἁπάντων εἶτ' ἐσίγας Πλοῦτος ὤν; & infra, εἶτ' οὐ διαπέμπεις καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς φίλους; & in Nebulis- εἶτ' ἄνδρα τὸν αὐτὸν τί χρὴ προϊέναι; οὐδέποτέ γε. &c. In quo ſenſu accommodatur etiam ἔπειτα. Ut de ipſo dicetur.

Præ ſe fert autem indignationem & vehementiam, tum propter vim interrogationis, tum etiam quia illativum eſt, & ex quibusdam præmiſſis ſubſequitur. ex præmiſſis autem veris noſtro jure videmur aliquid inferre, ideoque illatum ſub interrogationis forma pro majori efficacitate proferimus. Alioquin ſi præmiſſæ, aut antecedens dubium, & invalidum eſſet, ridiculum eſſet interrogative inferre aliquid. Juxta igitur ſui etymologiam & præcipuam ſignificationem εἶτα particula (prout conſecutionem ſignificat) hunc quoque ſecundarium ſenſum habet. quippe cum illatio natura præmiſſis poſterior ſit. Porro interrogativam formam ſi detraxeris,

traxeris, particula εἶτα idem erit quod οὐκοῦν, & τοίνυν & reliquæ particulæ, quas συλλογιστικὰς Græci grammatici vocant. Iſocr. in Panegyrico, *cum multa crimina objeciſſet iis, qui Athenienſium Imperium incuſabant*, infert: εἶτα οὐκ αἰσχύνονται τὰς μὲν ἑαυτῶν πόλεις οὕτως ἀνόμως διαθέντες, τῆς δ' ἡμετέρας ἀδίκως κατηγοροῦντες. cujus locutionis ſenſus eſt, *cum igitur proprias ipſi patrias adeo male tractarint, ſequitur ut pudere ipſos conveniat civitati noſtræ maledicere*, atque ita Italorum illi formulæ reſpondet. *e poi non ſi vergognano trattando così iniquamente le loro città* &c. De quo particulæ hujus ſenſu nonnulla in ὅτι particula dicta ſunt.

εἶτα, ſine interrogatione, pro οὐκοῦν, & τοίνυν.

Abundare etiam videtur interdum particula εἶτα, ut apud Ariſtophanem in Ranis: οὐ γὰρ δὴ γελοῖον ἦν εἰ ξανθίας δοῦλος ὢν, ἐν στρώμασι μιλησίοις ἀνατετραμμένος κινῶν ὀρχηστρίδ' εἶτ' ᾔτησεν ἀμίδα. Ubi ſimpliciter conſequentiam ſignificat, cui fortaſſe reſponderet latina particula (*tamen.*) Alibi conſequentiam cum emphaſi abſurdi, quando videlicet aliquid ex non cauſa ſequitur. ut apud Ariſtophanem in Pluto: πῶς ἂν εἴης χρηστὸς ὦ τοιχωρύχε, εἴσοι προσῆκον μηδὲν εἶτ' ἀπεχθάνῃ. *tamen ſtomacharis.* Et rurſus, τὸν μισθὸν τῶν κωμικῶν, ῥήτωρ

εἶτα. abundat interdum.

ῥήτωρ ὢν, εἶτ᾽ ἀποτρώγῃ. neque enim ex eo quod nihil ad Sycophantam illum pertinebant negotiationes; ſequi deberet, ut ſibi inimicitias comparare velit. nec ex eo quod Rhetor eſſet alius quidam, ſequitur ut comicorum mercedem uſurpare debeat. Atque etiam tum Latinæ particulæ, *tamen*, reſpondebit. *cum ſit rhetor, comicorum tamen mercedem uſurpat ac devorat.*

*εἶτα. demum, denique, cæterum.*

Accipitur etiam, εἶτα, pro, *demum, denique, certum.* ut apud Ariſtophanem in Avibus: Sycophanta quidam interrogatus *quis nam eſſet, & quorſum veniſſet*, reſpondet, κλητὴρ εἰμὶ νησιωτικὸς καὶ συκοφάντης. εἶτα δέομαι πτερὰ λαβὼν κύκλῳ περιεσοβεῖν τὰς πόλεις καλούμενος. Ubi εἶτα, ἀντὶ τοῦ λοιπὸν, *ceterum, alas ut mihi commodes opus eſt, ut ſurſum deorſumque celeriter curſitem ad homines in jus vocandos.*

*εἶτα*, pro, *quare, quapropter.*

Et ſic εἶτα, cauſativum ſenſum habet pro, *quare*, & *quapropter.*

## Ἐμοὶ.

Ἐμοὶ dativus primæ perſonæ pronominum: quod & μοι ſine prima ſyllaba dicitur, ſi ſimpliciter primam perſonam ſine emphaſi aut oppoſitione deſignare opus ſit, poſtponitur ſemper

cuidam

cuidam orationis parti, cui proprium accentum transmittit. Contra ἐμοὶ, quod ſemper proprium accentum obtinet, ſemper itidem emphaſim aut oppoſitionem deſignat. Si enim dicas μέλει μοι, vel μελήσει μοι, ſimpliciter *curæ tibi eſſe aliquid, vel fore* aſſeris. Si vero, ἐμοὶ μελήσει, *tibi ſoli*, vel *tibi præ ceteris aliis curæ fore ſignificas*. Neque parum intereſt utrum μελήσει ἐμοὶ dicas an ἐμοὶ μελήσει. Nam hoc majorem emphaſim habet. Idem accidit σοι, ſecundæ perſonæ, quod ſemper μονοσύλλαβον eſt, ſoloq; accentu denotat ἔμφασιν aut oppoſitionem. Nam ſimpliciter acceptum, ſemper ἐγκλίνεται, id eſt præcedentis dictionis accentu nititur, vel certè ſuum præcedenti transmittit. Sin ἔμφασιν, aut oppoſitionem denotare opus ſit, proprium accentum retinet, verboque plerumque proxime præponitur. Ariſtoph. in Pluto, σοὶ λέγει τοῦτο οὐκ ἐμοί. Hac eadem ratione numero multitudinis utriusque pronominis voces in conſtructionem veniunt. & idcirco illud. Lucæ. 12. δὲ τοῦτο ὑμῖν λέγω, majorem emphaſim habet, quàm ſi, δὲ τοῦτο λέγω ὑμῖν dixiſſet.

ἐμοὶ, ſi emphaſin deſignat, accentum ſemper retinet, & vice verſa.

ita etiam σοι.

Ενεκα ἐμοῦ.

ENεκα ἐμοῦ: ſic dicitur, ut δι' ἐμὲ, de quo ſupra. id eſt, *quantum in me eſt*,

ἕνεκα ἐμοῦ *quantum in me eſt.*

*eſt*, vel *quod ad me attinet*. Ariſtoph. in Acharnenſibus. λάβε δ' ἐμοῦ γ' ἕνεκα τὴν ἀΐδος κυνῆν. Sic Xeoph. ἀλλ' ἐ[...]εσαι ἡμῖν ἐκείνου ἕνεκα πρὸς τὸ ἡμέτερον συμφέρον πάντα τίθεσθαι. & Demoſth. οὐδὲ γὰρ καὶ εἰ πάνυ χρηστός ἐστιν ὡς ἐμοῦ γ' ἕνεκα ἔστω, βελτίων ἐστὶ τῆς πόλεως. Vide in dictione διά.

## Επεὶ.

ἐπεὶ, παρασυναπτικὴ, & αἰτιολογικὴ particula.

EΠεὶ, particula in ordine orationis, παρασυναπτικὴ vocatur à grammaticis, ut quæ in condicionalibus locutionibus antecedenti ſerviens, ipſam connectit cum conſequente. Poteſtate autem eſt αἰτιολογική, ut quæ non ſolum conſequentiæ cauſa eſt in condicionalibus, ſed etiam eſſentiæ rei cauſam reddit in ſimplicibus locutionibus. ut apud Ariſtophanem in Pluto: καρ. καὶ τούς γε παῖδας φασὶ ταυτὸ τοῦτο δρᾷν. χρεμ. οὐ τούς γε χρηστοὺς, ἀλλὰ τοὺς πόρνους. ἐπεὶ αἰτοῦσιν οὐκ ἀργύριον οἱ χρηστοί. ac ſi dixiſſet, οὐ γὰρ αἰτοῦσιν ἀργύριον οἱ χρηστοί. & infra. καρ. κακόδαιμον ὀσφραίνῃ τι. δικ. τοῦ ψύχους γ' ἴσως. ἐπεὶ τοιοῦτον ἀμπέχεται τριβώνιον: *quoniam hujusmodi pallium induitur*.

ἐπεὶ, ut γὰρ, in probationibus.

Servit etiam probationibus in allegatione ſigni alicujus, eo modo, quo etiam γὰρ, ut de ipſo dictum eſt. Ariſtoph.

ſtoph. in Pluto: οἴμοι τάλας, μῶν καὶ σὺ μετέχων καταγελᾷς; ἐπεὶ πόθεν θοιμάτιον εἴληφας τοδί; ἐχθὲς δ᾽ ἔχοντ᾽ εἶδόν σ᾽ ἐγὼ τριβώνιον. Ubi Sycophanta *probare intendit id, quod interrogative propoſuit*, μῶν καὶ σὺ μετέχεις; probatio autem eſt, ἐπεὶ εἰ μὴ μετεῖχες, πόθεν ἂν ἔσχες τὸ ἱμάτιον τοδί; *nam niſi particeps eſſes* &c. ſic Iſocrates, excuſans ſe *non infenſo animo in Lacedæmonios invectum fuiſſe, increpationemque à calumnia differre docens*, in illis verbis, τὸν γὰρ αὐτὸν λόγον οὐχ ὁμοίως ὑπολαμβάνειν δεῖ μὴ μετὰ τῆς α. τῆς διανοίας λεγόμενον, ſubdit: ἐπεὶ καὶ τοῦτ᾽ ἔχομεν αὐτοῖς ἐπιτιμᾶν. Ubi ἐπεὶ confirmat quod dicit *ſe non ad detrahendum Lacedæmoniis dixiſſe ea, quæ dixerat, nam cum multa alia poſſet recenſere, tamen omittit.* In quo ſenſu acceptum ἐπεὶ, fit ut in probationibus affirmativarum propoſitionum idem fere ſignificet quod εἰ δὲ μή. Plato in Gorgia, οὐκ οἴῃ ἐξελήλεγχθαι ὦ σώκρατες ὅταν τοιαῦτα λέγῃς ἃ οὐδεὶς ἂν φήσειεν ἀνθρώπων; ἐπεὶ ἔρου τινὰ τούτων. *quod ſi mihi non credis, percontare horum aliquem.* Advertendum autem, ſi ad *affirmativam* poſitionem probandam adhibeatur ἐπεὶ particula, tunc pro εἰ δὲ μὴ accipi: ut proximo exemplo Platonis: in quo interrogatio affirmationem infert.

ἐπεὶ pro εἰ δὲ μή. in probanda affirmativa.

Valet enim ac ſi dixiſſet, ὅταν τοιαῦτα λέγῃς ὦ σώκρατες ἐξελέγχῃ δήπουθεν. Cum vero ad *negationem* probandam adhibetur, pro εἰ δὲ accipitur. Ariſtoph. in Nebul. ἀλλ' ὦ πόνηρε ταῦτά γ' ἔστ' ἐκ ἄῤῥενα, ἐπεὶ πῶς ἂν καλέσειας ἐντυχὼν ἀμυνίᾳ; *quod ſi negas hæc eſſe maſculina, dic quæſo quo nam modo vocares Amyniam?* & in Veſpis. νόσον γὰρ ὁ πατὴρ ἀλλόκοτον αὐτοῦ νοσεῖ. ἣν οὐδεὶς ἂν γνοίη πότ' οὐδ' ἂν ξυμβάλοι, εἰ μὴ πίθοιθ' ἡμῶν. ἐπεὶ τοπάζετε. eſt enim ἐπεὶ, pro, εἰ δὲ μή. vel potius, εἰ δὲ φατὲ ξυμβαλεῖν ἂν, τοπάζετε. *quod ſi conjicere vos poſſe arbitramini, facite periculum.* vel, *alioquin, facite periculum.* Sic apud Syneſium. de quodam ſervo vinoſo: πλείτω δεδεμένος ἐπὶ τοῦ καταστρώματος. μὴ γὰρ ἐς κοίλην ναῦν, ἐπεὶ θαυμάσῃς εἰ συχνὰ τῶν κεραμίων ὑμῖν ἐνδεῆ ποιήσει. Ubi ſi ad præceptum affirmativum referatur ἐπεὶ particula, pro, εἰ δὲ μὴ accipitur: ſin ad propinquius μὴ γὰρ ἐς κοίλην ναῦν, cum negatio præcedat, pro, εἰ δὲ, poſitum erit. repetitur enim tota propoſitio cum contraria qualitate, εἰ δὲ ἐς κοίλην ναῦν πλεύσεται. Dicitur & ἐπεί τοι. Lucian. in Epiſt. Saturnalibus. εἰ γοῦν ἐπίσταισθε τοὺς φόβους καὶ τὰς μερίμνας ἃς ἔχουσι, πάνυ ἂν ὑμῖν φευκτέον ὁ πλοῦτος ἔδοξεν. ἐπείτοι οἴει με αὐτὸν οὕτως ἄν ποτε κορυβαντιάσαι, & reliqua. Ubi pro

in probanda negatione, pro εἰ δέ.

ἐπεί τοι, pro εἰ δὲ μὴ, εἰ γὰρ μή.

pro εἰ δὲ μή, vel εἰ γὰρ μή ponitur. probat enim affirmativam poſitionem φευκτέον εἶναι τὸν πλοῦτον. cujus contrarium deſtruens infert, εἰ γὰρ μὴ ἦν φευκτέον. *quod niſi ita eſſet, cenſes me &c.* Habet autem κατὰ μετάληψιν ſenſum hunc particula ἐπεί, quatenus idem valet quod γὰρ, quod pro *alioquin* accipitur: ut de ipſo dictum eſt. Accipitur etiam τὸ ἐπεί, in ſenſu adverbii temporis, pro *quum*, & *poſteaquam.* Plutarch. ἐπεὶ δὲ ὤφθη ὁ ϛέλος. ſic, ἐπεὶ δὲ ἐδείπνησεν, ἀντὶ τοῦ, μετὰ δὲ τὸ δειπνῆσαι. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο πρὸς τῇ πύλῃ. *poſteaquam ad portam venit.* Jungitur etiam τῷ τάχιϛα adverbio in hac ſignificatione, ut τάχιϛα ἐπεί. quod etiam ἐπεὶ τάχιϛα, κατὰ μετάθεσιν, pro τάχιϛα ἐπεί. id eſt τάχιϛα μετὰ τό. quod etiam pro ἐπειδὴ dicitur. Demoſth. ἐπειδὴ τάχιϛα ἐξουσία ἐγένετο. *ſimul atque poteſtas facta eſt,* vel, *ſtatim ut poteſtas data eſt.* In qua ſignificatione interdum infinitivo jungitur. ut apud Platonem in Sympos. ἐπεὶ δὲ γενέσθαι ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ τοῦ Ἀγάθωνος ἀνεῳγμένην καταλαμβάνειν τὴν θύραν. Idem in X. de Repub. ἐπεὶ δὲ κατὰ χολὴν σκέψασθε κόπτεσθαί τε καὶ ὀδύρεσθε. In cujusmodi locutionibus verbum extrinſecus eſt ſubintelligendum.

ἐπεί, idem quod γὰρ, *alioquin*,

ἐπεί, *quum*, *poſteaquam.*

τάχιϛα ἐπεί, & ἐπεὶ τάχιϛα. ἐπειδὴ τάχιϛα. *ſimulatque*, *ſtatim ut.*

Ἐπειδή.

ἐπειδὴ, παρασυναπτικὸν μέρος.

Ἐπειδὴ, ex ἐπεὶ, & δὴ, particula conſtat. & prout conjunctio eſt, παρασυναπτικὸν μέρος à grammaticis appellatur, quo nomine poſitivas condiciones conſtituit, & in antecedenti parte primum locum obtinet, & conſequens aliquod promittit, ut, ἐπειδὴ τὸ εἰδέναι καὶ τὸ ἐπίςαϑαι συμβαίνει περὶ πάσας τὰς μεθόδους. poſt quæ conſequens pars clauſulæ expectanda eſt. nam ſi ſine ἐπειδὴ dixiſſet, τὸ εἰδέναι καὶ τὸ ἐπίςαϑαι συμβαίνει &c. clauſula ibi per ſe terminaretur, nec ipſi ſubſequens aliquod deberetur. Cum itaque particula hæc nexum afferat orationi, & ab ἐπεὶ, qui συναπτικὸς dicitur, derivetur, merito ut ἀπὸ τοῦ συνθέτυ παρασύνθετον, ſic ἀπὸ τῦ συναπτικῦ παρασυναπτικὸν appellatur, atque ita Latinæ particulæ, *quoniam*, reſpondet, & Italicæ cauſali, *poiche*. Nec conſequentiæ modo cauſativum eſt, ſed rei quoque modò cauſam deſignat, modo ſignum. Unde ſæpe pro γὰρ cauſali, vel διὰ τὸ, & ἕνεκα τῦ accipitur. Et tunc poſtponitur in ſerie orationis. Accipitur etiam pro adverbio temporis, ut de ἐπεὶ dictum eſt, à quo derivatur ἐπειδὴ. cui ſi addatur ἂν particula, fit ἐπειδὰν adverbium temporis quod

ἐπειδὴ, quoniam.

pro γὰρ, cauſali, vel διὰ τὸ, vel ἕνεκα τῦ.

Adverbium temporis.

quod propter, ἂν ἀοριστολογικὸν, ſemper futurum reſpicit, & idcirco ſubjunctivo jungitur. Lucian. εἴρητο δὲ αὐτοῖς ἐπειδὰν ἴδωσι παρεληλυθότας τοὺς πολεμίους ἐπανίστασθαι. *mandatum ipſis fuerat, ut ubi hoſtes viderint, inſurgerent.* quod per Optativum aptius diceretur, ἐπειδὰν ἴδοιεν, *ſimul atque hoſtes vidiſſent,* ſi rei præteritæ narrationem reſpiciamus; ſed reſpectu temporis, quo mandatum dabatur, rectè per ſubjunctivum dictum eſt, ἐπειδὰν ἴδωσιν, ac ſi ὁπόταν ἴδωσιν, diceres. ἐπειδὰν, adverbium temporis.

Ἔπειτα.

Ἔπειτα, etiam ejuſdem claſſis cum εἶτα, ipſum quoque interrogative cum quadam indignatione, & vehementia, quemadmodum εἶτα profertur. Ariſtoph. in Pluto: ἔπειτ᾽ ἀπολιπὼν τοὺς θεοὺς ἐνθάδε μένεις. & in Nebulis ἔπειτ᾽ ἀπὸ ταρροῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς, ἀλλ᾽ οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς, εἴπερ. ita Italice, *e poi tu diſpregi &c.* Ponitur etiam *præpoſtere* in ſua propria ſignificatione. quod ſiquis non animadverterit, putabit abundare adverbium hoc, aut certe hærebit circa ejus ſignificationem. ut apud Ariſtoph. in Pluto *inducitur quidam, qui adoleſcentem laudat, quod ſe à vetula cujuſdam conſuetudine ſubtraxerit,* ἔπειτα, interrogativè cum indignatione. ponitur nonnunquam præpoſterè.

*traxerit*, δῆλον ὅτι τοὺς τρόπους τις ἐ μοχθηρὸς ἦν. ἔπειτα πλουτῶν οὐκ ἔθ᾽ ἥδεται φακῇ. πρὸ τοῦδ᾽ ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντα κατήσθιεν. Eſt enim ordo. δῆλον ὅτι τοὺς τρόπους τις οὐ μοχθηρὸς ἦν, εἰ πρὸ τοῦ μὲν ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντα κατήσθιεν. ἔπειτα πλυτῶν οὐκ ἔθ᾽ ἥδεται φακῇ. Ubi τάξεως adverbium erit. Quæ ſignificatio in narrationum tranſitionibus quibusdam obſcuratur, propter præpoſterum & figuratum ordinem narrationis, ut in illis carminibus ὀδυσ. δ´. νῆσος ἔπειτά τις ἐστὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ αἰγύπτου προπάροιθε φάρον δὲ ἑκικλήσκυσιν. Ubi multis Pharon Inſulam deſcribens poëta, ſubdit ἔνθα με εἴκοσιν ἤματ᾽ ἔχον θεοί. & ὀδυσ. κ´. ſimilem narrationẽ auſpicatur. νῆσος ἔπειτα λάχεια πάρεκ λιμένος τετάνυσαι. Ubi etiam in deſcribenda Inſula illa, multis verſibus conſumptis, ſubdit. ἔνθα κατεπλέομεν, καί τις θεὸς ἠγεμόνευεν. quæ narrationes ut natura ſermonis requirit, ordinarentur, hoc modo. ἔπειτα ἐς νῆσον ἥτις ἐστὶν αἰγύπτου προπάροιθεν, ἣν φάρον καλοῦσιν εἴκοσιν ἤματα ἔχον με οἱ θεοί. In altero loco: ἔπειτα ἐς νῆσον λάχειαν κατεπλέομεν, ἣ πάρεκ τῦ λιμένος τετάνυσαι: & reliqua; ſi ſic ordinaretur narratio, manifeſtum eſſet, ἔπειτα adverbium, id quod ordine temporis prius, & poſterius eſt ſignificare, & pro, μετὰ ταῦτα accipi. Videtur etiam abundare

& ita, adverbium Ordinis.

in illo

carmine Iliad. ί. οὐ σύ γ' ἔπειτα Τυδέος ἔκγονός ἐστι, cum tamen illativum ſit, & pro *quare* & *qua propter* accipiatur. Inducitur enim ibi Minerva ad Diomedem dicens; σοὶ δ' ἤτοι μὲν ἐγὼ παρά θ' ἵσταμαι, ἠδὲ φυλάσσω, καί σε προφρονέως κέλομαι τρώεσσι μάχεσθαι. ἀλλά σευ ἢ κάματος πολυάϊξ γυῖα δέδυκεν, ἤ νύ σέ που δέος ἴσχει ἀκήριον, οὐ σύ γ' ἔπειτα Τυδέος ἔκγονός ἐστι. Quorum verborum ſenſus eſt, *Cum ego tibi ſemper aſſiſtam teque tuear, nimirum vel propter laſſitudinem à pugnando deſtiteris, vel propter timiditatem: quod ſi ita eſſet, ſequeretur ut minime è Tydeo procreatus eſſe dicerere.* Illativè item accipitur Iliad. κ. εἰ μὲν δὴ ἕταρόν γε κελεύετε αὐτὸν ἑλέσθαι, πῶς ἂν ἔπειτ' ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην, οὗ πέρι μὲν πρόφρων κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ, & reliqua. eſt enim conſequentia. *Cum poteſtatem detis mihi arbitratu meo ſocium deligendi, ſciamque Ulyſſem talem & talem eſſe, ſequitur ut hunc ipſum ceteris omnibus præponam.* ſic ὀδυσ. ά. πῶς ἂν ἔπειτ' ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην, ὃς πέρι μὲν νόον ἐστὶ βροτῶν, & reliqua. *cum Ulyſſes talis & talis ſit, ſequitur ut non obliviſcar cauſam ejus.* In eodem libro temporis conſequentiam ſignificat, in ſermone hypothetico. εἰ μὲν γὰρ δὴ τοῦτο φίλον μακάρεσσι θεοῖσι νοστῆσαι

ἔπειτα, quare, quapropter.

στῆσαι ὀδυσῆα, ἑρμείαν μὲν ἔπειτα νῆσον ἐς ὠγυγίην ὀτρύνομεν. id eſt, *ſi Ulyſſem ad ſua reducere ſtatuimus, ſequitur, id eſt, reliquum eſt, ut Mercurium ad inſulam, in qua commoratur Ulyſſes, mittamus.* ex quibus patet, duplicem eſſe conſequentiam & illationem, alteram quidem rationis, ut poſito aliquo ſequatur ex propoſitis: alteram temporis, ut poſt aliquod, ſequatur aliud faciendum.

## CAPUT X.

## De Particulis Εξ ὧν, ἀφ' ὧν, & ἔξω, aliisque nonnullis.

ἐξ ὧν, & ἀφ' ὧν, non formales & complexæ voces.

Εξ ὧν & ἀφ' ὧν: quaſi formales & complexæ voces deſcribuntur à Budæo. Quarum exempla affert ex Demoſth. καὶ περιεστήκε τοῖς βοηθείας δεήσεσθαι δοκοῦσιν ἀφ' ὧν ἔπραττον τότε, αὐτοῖς βοηθεῖν ἑτέροις ἐξ ὧν ἐπείσθη τέμοι. Et rurſus, δηλοῖς δ' ἐξ ὧν ζῇς. Quas voces per τμῆσιν etiam elegantius efferri docet. ut apud Demoſthenem, ἐκ μὲν ὧν αὐτοὶ συνεβούλευον, pro ἐξ ὧν μὲν αὐτοί. & alibi: ἐκ δὲ ὧν ἡμᾶς ἐρεῖν ἔφασαν, pro ἐξ ὧν δέ: ſic ἐκ γὰρ ὧν, apud Herodianum, pro ἐξ ὧν γάρ. Quæ quidem τμῆσις, nihil aliud

eſt,

eſt, niſi reductio prædictarum conjunctionum, μὲν videlicet, & δὲ, & γὰρ, ad locum ſibi congruentem: ut dictum eſt de vocibus εἰ δὲ βούλει, & εἰ βούλει δέ. Ceterum cum uniuscujusq; prædictarum vocum ſingulæ partes in conſtructionis diſtributione ad diverſa referantur, ſeorſumque ſingulæ ſuum officium præſtent, nihil eſt cur ipſas ut complexas & formales deſcribamus. Nam ſic & δι' ὧν, & καθ' ὧν, & περὶ ὧν, & alias hujusmodi deſcribere oporteret. nec enim ut de ἀνθ' ὧν, in qua ὧν genitivus nonnunquam nulli antecedenti reſpondet: ſic de his dici poteſt: in quibus ὧν genitivus præpoſitioni ſerviens adjuncti quoque verbi caſum introducit. puta ſupradicta exempla ἀφ' ὧν ἔπραττον οὗτοι, ſic reſolvimus, ἀπ' ἐκείνων ἃ ἔπραττον οὗτοι, & ἐξ ὧν ἐπίθητέ μοι, ἐξ ἐκείνων ἃ ἐπίθητέ μοι, vel ἃ ἐπράξατε πεισθέντες ἐμοί. Quare illud Iſocratis in Panegyrico, τῷ δὲ κοινῷ τῶν συμμάχων οὐδὲν τοιοῦτον κατασκευάζουσιν ἐξ ὧν αὐτοῖς ἔσται & reliqua, rectius ἐξ οὗ fortaſſe legeretur ἀντὶ τοῦ δι' ὅ, id eſt, *propter quod.*

## Ἔξω.

Ἔξω, adverbium locale, *extra* ſignificat, interdum pro *ultra*, vel *præter*, *ἔξω, extra, ultra, præter, Amplius.*

*præter*, interdum additamentum ſignificat, & idem quod *amplius* ſonat. ut apud Iſocratem in Panegyr. τί γδ' ἂν καὶ βȣληθεῖεν ἡμῖν προσγενέσθαι μέλλȣσι βασιλεῖ πολεμεῖν, ἔξω τῶν νυῦ ὑπαρχόντων; *ad ea, quæ nobis adſunt?* ac ſi dixiſſet πρὸς τοῖς νυῦ ὑπάρχȣσιν. Cujus ſignificationis ratio eſt, quod id, quod alicui quantitati additur, extrinſecus ipſi accedit.

## Ες.

ἐς & εἰς, terminum loci vel temporis ſignat.

*Ad, pro, usque.*

ἐς ἐμὲ. ἐς τὸ παραυτίκα. εἰς ἀεὶ, εἰσαῦθις ἐς δεῦρο. ἐς πότε.

Ες præpoſitio quæ εἰς plerumque dicitur, interdum *terminum loci vel temporis* ſignificat. ut apud Latinos, *ad, pro, usque.* Herod. ἐς τὸ ἐξεῖλε, *donec expugnavit.* ſic dicitur ἐς ἐμὲ *usque ad mea tempora.* Hunc ſenſum habet etiam in vocibus ἐς τὸ παραυτίκα, id eſt, *in præſens tempus.* & εἰς ἀεὶ, *in perpetuum.* & εἰσαῦθις, *in poſterum*, ἐς δεῦρο, *hucusque.* Sic apud Sophoclem: ἐς πότε; *quousque*, interrogative; pro μέχρι πότε, ἐς πότε λήξει πολυπλάγκτων ἐτέων ἀριθμὸς; exempla localis ſignificationis non deſunt apud Auctores.

## Εϛε.

ἔϛε, & ἔς ἄν. adverb.

Εϛε, ex ἐς prædictum ſenſum habente, & τε particula fit ἔς τε adverbium

verbium loci & temporis. cui adverbio additur ἂν, & fit ἕς' ἂν. Xenoph. 3. ἀπομνημον. ἕς' ἂν δὲ ἢ χειμῶνα ἢ πολεμίους δείσωσι, τὰ κελευόμϑμα ποιοῦσιν. id eſt, *donec* & *quamdiu tempeſtatem vel hoſtes verentur, imperata faciunt homines*. Differt ἕςε, ab ἕς' ἄν. quod ἕςε certum definitumque ſpatium ac terminum deſignat, & idcirco præterito jungitur, ἕςε ἦλθεν ἀνέμεινα, *expectavi donec venit*. ἕς' ἂν propter vim ἂν particulæ, futurum reſpicit, & interminatum ſpatium ſignificat. ut ſi dicamus, ἀνάμεινον ἕς' ἂν ἔλθῃ, *expecta dum vel quo ad veniat*. ut in illo carmine, ἕς' ἂν ὕδωρτε νάοι καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλοι.

loci & temporis. *Donec.*

ἕςε differt ab ἕς' ἄν.

## Ετι τοίνυν.

Ετι τοίνυν, duæ voces ſunt appoſitæ, neque formalem notam conſtituunt, ſed ſejunctim unaquæque ſuam vim indicat. nam ἔτι, *adhuc*, & *amplius*, vel *præterea*, τοίνυν, *igitur*, vel *itaque* ſignificat. ex quarum vocum appoſitione tranſitio continuationi juncta deſignatur. Demoſth. ἔτι τοίνυν ἴσως ἐροῦσιν. *atque illud etiam fortaſſe dicturi ſunt*. idem, ἔτι τοίνυν εἰ μηδένα μηδὲν ἔχοντα ἔχομϑμ δεῖξαι τῶν πρεσβέων. In quibus exemplis & ſimilibus, ſi τοίνυν particulam

ἔτι τοίνυν. tranſitionem cum continuatione deſignat *Jam amplius. Atq.*

ticulam demas, tranſitio quidem remanebit, continuatio peribit. ut ſi diceres, ἔτι εἰ μηδένα μηδὲν ἔχοντα εἴχομϑμ δεῖξαι &c.

Εφ' ὅσον.

ἐφ' ὅσον, *quatenus, in quantum.*

Εφ' ὅσον, id eſt, ἐπὶ ὅσον, *limitativa* vox eſt, quando nomen ὅσον nulli ſubſtantivo expreſſo, vel ſubaudito ſubjicitur, & ſignificat *quatenus*, & *in quantum*: ſicut & καθ' ὅσον, Theophr. περὶ ὧν λεκτέον ἴσως ἐφ' ὅσον ἔχομϑμ ἱςορίας. *quatenus, & in quantum hiſtoriam novimus.* Quum vero accuſativus, χρόνον ſubauditur, limitativa temporis eſt vox ἐφ' ὅσον. Quo modo intelligi poteſt apud Ariſt. in 8. Ethic. ἐπὶ τοσοῦτον γάρ εἰσιν ἡδεῖς, ἐφ' ὅσον ἐλπίδας ἔχουσιν ἀγαθοῦ: *eatenus, quatenus, vel tamdiu, quamdiu.* Et in hoc ſenſu accepit Latinus interpres Evangelii ſecundum Matthæum cap. 25. ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τῶν ἀδελφῶν μου, ἐμοὶ ἐποιήσατε. Ubi Latinus interpres, *quamdiu feciſtis uni de fratribus meis, mihi feciſtis.*

*eatenus quatenus, tamdiu. quamdiu.*

Εφ' ᾧ.

ἐφ' ᾧ, ſi ᾧ ad nullum nomen refertur, pa-

Εφ' ᾧ, pro ἐπὶ τῷ. ſi ad nomen aliquod referatur, tunc ᾧ articulus eſt, ut apud Ariſt. καὶ οἱ πέρδικες δύο ποιοῦ-

ποιοῦνται τῶν ᾠῶν σηκούς. καὶ ἐφ' ᾧ μὲν ἡ θήλεια, ἐπὶ θατέρῳ δὲ ὁ ἄῤῥην ἐπωάζει. & ſic illud ᾧ, ut articulus ſumitur. cum vero ad nullum nomen expreſſum refertur, *pactum* & *condicionem* deſignat. Quod etiam ἐφ' ᾧ τε dicitur πλεονασμῷ τοῦ τε, & varie conſtruitur. & minus quidem ab articuli natura recedit quando infiniti vocibus conjungitur. Ariſtoph. ἐφ' ᾧτ' ἐκεῖσε μηδέποτέ μ' ἐλθεῖν ἔτι, & ἐφ' ᾧτε μετέχειν, id eſt, ἐπὶ τῷ μετέχειν. Cum vero indicativi modi vocibus jungitur, tunc magis ab articuli natura recedit. præſertim ſi cum ſubjunctivo copuletur. ut apud Pauſaniam in Laconicis. τοῖς Ἀθηναίοις ἐπὶ μακρότατον ἀντισχοῦσιν ἐποιήσατο ὁ Ἀντίγονος εἰρήνην ἐφ' ᾧ τε σφίσιν ἐπαγάγῃ φρουρὰν ἐς τὸ μουσεῖον. Qui locus mendi ſuſpectus eſt. exempla conſtructionis hujus vocis cum indicativi vocibus ſexcenta ſunt apud auctores. Thucydides: οἱ μὴ ἀπάραντες εἰς τὴν Βοιωτίαν, ἀλλ' ἐμφιλοχωρήσαντες, παρέδωκαν ἑαυτοὺς τοῖς Θετταλοῖς δουλεύειν καθ' ὁμολογίας ἐφ' ᾧτε οὔτε ἐξάξουσιν αὐτοὺς ἐκ τῆς χώρας, οὔτε ἀποκτενοῦσι. Sic apud Pauſaniam. ἐφ' ᾧτε βοηθήσει. idem Pauſan. alibi cum præſenti indicativi, mendoſe (ut opinor) Μελάμπους ὁ Ἀμυθάονος ἔπαυσε σφᾶς τῆς νόσου, ἐφ' ᾧτε αὐτὸς καὶ ὁ ἀδελφὸς Βίας τῷ Ἀναξαγόρᾳ τὸ ἴσον ἔχουσιν. ἕξουσιν enim mihi legendum

ctum & conditionem deſignat.

quod etiam fit in ἐφ' ᾧτε.

legendum videtur in futuro Indicativi. quo modo etiam ἐφ' ᾧ conſtruitur apud Thucydidem, ἐφ' ᾧ τοὺς ἄνδρας κομιοῦνται. Quod aoriſto indicativi junxit Syneſius. καὶ τὸν ἥλιον εἶδεν ἐπὶ ῥητοῖς ἄνθρωπος ἐφ' ᾧ Γεννάδιον ἔγραψεν. ἀντὶ τοῦ ἐγράψατο. id eſt, *qui in tenebris carceris vinctus detinebatur, in lucem extractus eſt pactis conditionibus. quare Gennadium detulit.* quod planius de futuro diceretur, ut Gennadium deferret: quanquam aoriſtus ſæpe videtur habere vim futuri, præſertim ſi adſit vel intelligatur particula ἄν. Dicitur & ἐφ' ὅτῳ. nam ὅτου, & ὅτῳ, pro οὗ, & ᾧ, articuli vocibus accipiuntur. Lucian. ἐφ' ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις. Affert aliud exemplum Budæus, ἐμὲ δὲ μηδὲν ἔχεις ἐφ' ὅτῳ τοῦτο ποιήσεις. Ubi cum ὅτῳ articulus ad nomen μηδὲν referatur, ſuam nativam habet conſtructionem, nec inter voces extra propriam ſignificationem & conſtructionem acceptas, quales in hoc commentario recenſentur, collocandus eſt, ut in præfatione operis admonuimus.

ἐφ' ὅτῳ.

Εφ' οἷς, etiam in hoc ſenſu invenitur, ut apud Syneſium, καὶ ἐφ' οἷς γὰρ Σιμωνίδου εὖ ἐποίησας, ἡμᾶς ἐτίμησας. καὶ ἐφ' οἷς οὕτω γράφων τιμᾷς, ἐξηρτήσω σαυτοῦ καὶ ἐποίησας εἶναι σούς. id eſt, *in eo quod.*

ἐφ' οἷς, *in eo quod.*

Quo

Quo in loco particula hæc cum ad nullum nomen referatur, adverbialiter accipitur.

Ἐφ' ὅ, etiam legitur apud Syneſium, pro ἐφ' ᾧ, mendoſe ut opinor, οἶμαί που τὴν ἱερατείαν ψυχὴν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο καταπεμφθῆναι ἐφ' ὅ κοινὸν ἀγαθὸν ἀνθρώποις εἶναι. Ubi librarius ſecutus caſum præcedentis articuli, in eodem formavit ἐφ' ὅ. cum meo judicio ἐφ' ᾧ legi debeat. quod & ἐπὶ τῷ dici poteſt. id eſt, *ad hoc, ut*. ἐφ' ὅ, pro ἐφ' ᾧ ap. Syneſium.

## Ἕως τέως.

Ἕως: adverbium temporis, genitivo nominum conſtruitur, ἕως ἑσπέρας, *usque ad veſperam*. verbalibus vocibus junctum, reſpondet τῷ τέως. quod tamen plerumque ſupprimitur ſubintelligendum. Nam ſi præſenti indicativi modi jungatur, ut ſi dicas, ἕως εἰμὶ καὶ πνέω, ſupplendum eſt aliquid, quod futurum tempus reſpiciat, puta τέως ποιήσω, vel ἐποιήσω. & tunc ſignificat *donec*, & *quoad*. Sic dictum eſt illud, ἕως ἐμπνεῖ, καὶ δύναται. *quoad ſpirat, & poteſt*. ſin paratatico jungatur, tunc conſequens quod erit ſubintelligendum, præteritum tempus reſpiciet. ut ἕως ἔζη, τέως τοῦτ' ἐποίησε. *donec vivebat*, id eſt,

ἕως, adverbium temporis.

verbalibus junctum, reſpondet τῷ τέως, & tunc ſignificat *Donec*, *Quoad*.

quomodo conſtruatur.

*quamdiu vixit, tamdiu id egit.* Poteſt & aoriſti vocibus jungi, hoc modo, πολλὴν χάριν οἶδα τοῖς ἀνέμοις οἳ τέως, vel ὅτι τοσοῦτον ἔπνευσαν ἕως τὸν πλοῦν διήνυσα. quarum locutionum conſequens præteritum itidem requirit. ſic τέως παρέμεινεν ἕως ἐξέγραψα. Præterito perfecto, nec non plusquam perfecto non ſatis probe jungitur: cum futuro commode copulatur. μενῶ ἕως γράψω. Quod per aoriſtum conjunctivi addito ἂν commodius dicitur, ἕως ἂν γράψω, *donec ſcribam.* Jungitur & ſine ἂν conjunctivo modo, ut apud Syneſium, ἀλλ' ἡμῖν γε τοῖς ἀνθρώποις ὕπο καθαρὸς ἕως ἀναπολόγητος ᾖς. id eſt, *quamdiu.* Nam & conjunctivus modus ταῖς ἀοριστολογίαις convenit, & vim particulæ ἂν in ſe continet cum de futuro loquimur. ſecus ſi de præterito ut de præterito. nam & de re præterita ut de futura loquimur ad tempus, quod non dum advenerat in actu, reſpicientes. & ſic dictum eſt apud Syneſium: δύο ἐφεξῆς ἐπιμείναντες ἡμέρας, ἕως ἂν ἀνυβρίσῃ τὸ πέλαγος. *dum pelagus deſæviret.* Ubi ſi in forma rei præteritæ loqueretur, ἕως ἀφύβρισε dixiſſet. ſed poſito tempore quo manere ſtatuerat, recte per conjunctivum locutus eſt.

CAPUT

# CAPUT XI.

## De Particula Η in variis formis, & compoſitis ἥπου, & aliis quibusdam.

Η: in forma dativi ſingularis articuli relativi, feminini generis, ἀντὶ τοῦ ὡς ponitur. Plato: 2. de Repub. μηδαμῶς ἀποκάμῃς ᾗ σοι δοκεῖ διεξιών. *tuo arbitratu differens ſic ut tibi viſum fuerit.* In quo Platonis exemplo juxta articuli naturam dativum ὁδὸς nominis refert. ac ſi dixiſſet ᾗ σοι δοκεῖ ὁδῷ διεξιών. quod tamen verbum ab itinere ad ſermonem tranſlatum eſt. ſed ſæpe pro ὡς ſimpliciter accipitur. ſic Gaza ex Cicerone, ᾗ μάλιςα δυνατὸν, *quam maxime poſſumus*, vertit. Apud Ariſtotelem ſæpe limitativum eſt, & pro *qua*, hoc eſt, *ut*, & *quatenus*, poſitum eſt: δύναμις λέγεται ἡ μὲν ἀρχὴ κινήσεως ἢ μεταβολῆς ἐν ἑτέρῳ ᾗ ἕτερον *ut in alio, vel qua eſt aliud, & ea ratione, qua aliud eſt.* ſic in 8. Ethic. οἵτε διὰ τὸ χρήσιμον φιλοῦντες, διὰ τὸ αὐτοῖς ἀγαθὸν ςέργουσι καὶ οἱ δι' ἡδονὴν, διὰ τὸ αὐτοῖς ἡδύ. καὶ οὐχ ᾗ ὁ φιλούμενός ἐστιν, ἀλλ' ᾗ ὁ χρήσιμος. Quod etiam vox καθὸ præſtat. quæ vox ad nomen μέρος refertur.

ᾗ. in forma Dativi ſingul. pro ὡς.

ᾗ, pro, *qua, ut, quatenus.*

ᾗ, idem quod καθ' ὃ μέρος.

ſertur. & ſic, ἢ particula in ſenſu limitativo, καθ' ὃ μέρος ſignificat. Habet etiam vim illativam particula hæc, & ſignificat *quare*, & *quo circa*. ut apud Ariſtotelem in primo Politic. ἢ καὶ δῆλον ὅτι οὐκ ἔςι φύσει τῆς χρηματιςικῆς ἡ καπηλική. & in 3. ἢ καὶ φανερὸν ὅτι δεῖ περὶ ἀρετῆς ἐπιμελὲς εἶναι τῇ γ' ὡς ἀληθῶς ὀνομαζομένῃ πόλει. id eſt, *quare*, vel, *quapropter* perſpicuum eſt. Reſpondet etiam τῷ ταύτῃ particula hæc. Quæ voces ſimul poſitæ, *eatenus*, *quatenus*, vel *eo*, *quo*, ſignificant in ſenſu limitativo. Gaza in translatione libri de ſenectute, ταύτῃ μακαριώτερος, ἢ ἀξίωμα μὲν μεῖζον, πόνον δ' εἶχεν ἐλάσσω. Quod Cicero, *hoc beatior quo auctoritatis habebat plus, laboris minus*. Accipiuntur etiam voces hæ ſimul poſitæ, pro οὕτως ὡς. ut apud Ariſtot. ᾗπερ ἡ τοῦ ὑγροῦ, ταύτῃ καὶ ἡ τῆς γονῆς γίνεται ἀπόκρισις. Ubi præcedit vox ᾗ, quæ ἀντὶ τοῦ, ὡς, ὁμοιωματικοῦ ponitur. cui reſpondet τὸ ταύτῃ, ἀντὶ τοῦ οὕτως ἀνταποδοτικοῦ. Qui tamen ordo non eſt perpetuus. ſignificant etiam idem quod τόσον ὅσον. ut Gaza ex libro de ſenectute: τί γὰρ ἀτοπώτερον τοῦ, ταύτῃ, πλείω ζητεῖν ἐφόδια, ᾗ, ἐλάσσων ὁδὸς καταλείπεται. Quod Cicero dixit, *Quo vita reſtat minus, eo plus viatici quærere*. Ex quibus exemplis varia ratio voces has collocandi perſpicitur.

illativè, pro *quare* & *quo circa*.

reſpondet τῷ ταύτῃ & tunc ᾗ & ταύτῃ per *eatenus quatenus*, vel, *eo*, *quo* redduntur.

ᾗ & ταύτῃ, pro οὕτως ὡς.

item pro τόσον ὅσον.

## ἤ.

**H** disjunctiva conjunctio, κτ̃ ψιλῆς ἤ, cum ἤ, καὶ ὀξείας ſcribitur. quæ particula propter ſermonis defectum ſæpe εἰ δὲ μὴ vocis ſenſum refert; & tam affirmativarum, quam negativarum propoſitionum probationibus convenit. & affirmativas quidem probans ἢ negationem habet ſubſequentem. ut in Phæd. Platonis πᾶσα ἀνθρώπου ψυχὴ φύσει τεθέαται τὰ ὄντα, ἢ οὐκ ἂν ἦλθεν εἰς τόδε τὸ ζῶον. Ubi ἢ cum ſubſequente negativa, pro εἰ δὲ μὴ accipitur. *quod ſi non ita eſſet. ſequeretur* &c. Sic apud Ariſtoph. in Pluto: ἢν ταῦτ' ἀνύσῃ, τετταράκοντα βούλεται. ἢ φησὶν οὐκ εἶναι βιωτὸν αὐτῷ τὸν βίον. Cum autem negativam probamus, ἢ particula ſola ſine negatione utimur. ut in primo Ὑπομνημ: Xenoph. ἀλλὰ μὴν ἔργον γε οὐδαμῶς ληπτέον, ἢ εὐθὺς ἐξελεγχθήσεται γελοῖος. Ubi ἢ particula pro εἰ δὲ, & verbo repetendo accipitur. εἰ δὲ λάβοι ἔργον, id eſt, *quod ſi opus capeſſat.* Retinet autem quodam modo disjunctivam naturam in hac etiam ſignificatione. duo namque proponuntur, quorum alterum ſubticetur. ſic in Pluto Ariſtoph. ἀναγκάσαι δίκαιόν ἐστι τὸν εὖ παθόντα ὑπ' ἐμοῦ, πάλιν με ἀντευποιεῖν. ἢ μη‿ ὅτι οὐ δίκαιον

idem quod εἰ δὲ μὴ.

ἢ, ſine negatione, pro εἰ δὲ.

ἀγαθὸν ἐς ἔχειν. eſt enim ſenſus, *aut cogendus eſt mihi viciſſim bene facere, aut nullo beneficio afficiendus.* ſic ubique particulæ disjunctivus ſenſus in hac ſignificatione ſervari poteſt. Porro quod apud Ariſtoph. legitur: οὐκ ἂν φθάνοιτον τοῦτο πράττοντ᾽, ἢ τί γ᾽ ἄν τις ἔχοι τις ἂν δίκαιον ἀντειπεῖν ἔτι; Ibi particula ἢ, pro εἰ δὲ μὴ accipitur. Nam negatio præcedens in illis verbis οὐκ ἂν φθάνοιτον, affirmationi æquivalet. locutio enim οὐκ ἂν φθάνοις τοῦτο ποιῶν, *mox, & jam jam hoc facies, vel hoc tibi accidet*, ſignificat.

Eodem modo ἢ particula accipitur apud Platonem in Apolog. οὗτοι δὲ τάχα ἂν οὓς ἄρτι ἔλεγον, μείζω τινὰ ἢ κατ᾽ ἄνθρωπον σοφίαν σοφοὶ εἶεν, ἢ οὐκ ἔχω ὅ, τι λέγω.

ἢ ὀξύτονον in interrogatione.

Invenitur etiam ἢ ὀξύτονον in interrogatione, cujus pars quædam reticetur, vel implicite in quibusdam præcedentibus continetur. ut apud Xenoph. 2. ἀπομνημ: ἢ λανθάνουσί σε οἱ ἄλλων σπειράντων καὶ φυτευσάντων τόν τε σῖτον τέμνοντες καὶ δενδροκοποῦντες. Ubi pars interrogationis ſubticetur. ſubauditur enim οἶδα, vel tale quid oppoſitum verbo λανθάνειν. Et in hoc ſenſu quamvis quodammodo disjunctivam vim habeat, non tamen ad impoſſibile vel abſurdum aliquod deducit. Atque ita

ita patet hunc interrogandi modum non parum à ſuperiore illo differre. illo inquam apud Ariſtophanem. ἦ τίγ' ἂν ἔχο τις ἂν δίκαιον ἀντειπεῖν. qui in enunciationem convertendus eſt.

Disjunctivum etiam ἢ in priore membro diviſionis ſubticetur. ut apud Galenum in Epitome pulſuum. ἢ γὰρ ἔτι χρεία τῆς τῶν σφυγμῶν γενέσεως αὐξανομένη, μέχρι μὲν ἂν ἱκανὸν αὐτῇ τὸ μέγεθος τῆς διαστολῆς ᾖ, οὐδὲν ὅλως εἰς αἴσθησιν τάχος ἀλλοιοῖ τὴν κίνησιν, ἢ παντάπασιν εὔλογον. Ubi vel priori illi membro οὐδὲν ὅλως particula ἢ disjunctiva præponenda eſt, ut ſit, ἢ οὐδὲν ὅλως &c. vel certe illud poſterius ἢ, pro εἰ δὲ, vel ἀλλ' ἢ exceptivo accipitur. ἢ, disjunctivum, in priori membro ſubticetur.

Præ ſe fert autem particula hæc vim disjunctivam, in hujusmodi locutionibus, in quibus ſubticetur alterum ἢ antecedenti applicandum. Præponuntur enim duo quædam, quorum ſiquis alterum neget, alterum concedat neceſſe eſt. Quæ argumentandi ratio, deductioni ad abſurdum perſimilis eſt, & ad conditionalium argumentorum formam reducitur. Præponenda itaque eſt altera disjunctiva in antecedenti omnium ſupradictorum exemplorum. puta in Platonis illo, ἢ πᾶσα ἀνθρώπου ψυχὴ φύσει τεθέαται τὰ ὄντα, ἢ οὐκ ἂν ἦλθεν, id eſt, *aut concedendum*

*cedendum eſt animam humanam entia omnia perſpexiſſe, aut ipſam non veniſſe. Quod ſi detur ipſam veniſſe, perſpexiſſe quoque entia omnia concedendum eſt.* Xenophontis quoque illud: ἀλλὰ μὴν, ἤτοι ἔργον γε ὐδαμοῦ ληπτέον, ἢ εὐθὺς ἐξελεγχήσεται ψευδόμενος, & illud Ariſtoph. ἢ οὐκ ἂν φθάνοιτον τοῦτο πράττοντε, ἢ ὐδὲν ἂν ἔχοι τις δίκαιον ἀντειπεῖν ἔτι. convertendum enim eſt interrogativum conſequens in enunciativum. & rurſus Platonis alterum, ἢ μείζω τινὰ σοφίαν σοφοὶ εἶεν, ἢ ὐκ ἔχω τὶ λέγω.

## H.

ἦ. interrogandi vim habet.

Ἠ μετὰ ψιλῆς καὶ περισπωμένης, *interrogandi* vim habet. Plato 1. de Repub. ἦ ὀρθῶς σοι δοκῶ ἂν εἰπεῖν οὕτω λέγων, ἦ οὐ; ὀρθῶς ἔφη. Sic apud Euripidem in Hippolyto. Inducitur Hippolytus dicens: ὄλωλα. καὶ δὴ νερτέρων ὁρῶ πύλας. Ad quæ Theſeus, ἦ τὴν ἐμὴν ἄναγνον ἐκλιπὼν φρένα; id eſt, *nunquid pollutum me relinquis?* Ad quæ Hippolytus οὐ δῆτα. Huic particulæ adjungitur, που, ἀσειςολογικὸν, vel παραπληρωματικὸν: & fit ἦ που. Quod non ſolum *affirmativum*, ſed etiam *interrogativum* eſt; de quibus infra. Quod autem apud Ariſtophanem legitur, ἦ

ἦ που. affirmativum & interrogativum.

τῶν

τῶν πονηρῶν ἦθα, καὶ τοιχωρύχων, τὸ, ἦ, non tam interrogativum, quàm affirmativum videtur. Cum enim *queratur quidam ſe propter Pluti illuminationem perditum eſſe*, argumentatatur alter *illum improbum eſſe. quia enim Plutus non niſi improbos homines perdit. ille autem ſe perditum à Pluto profitetur: ſequitur ut improbus ſit.* Quæ concluſio non interrogatione petenda, ſed illatione aſtruenda eſt. Apud eundem in eadem fabula legitur. ἦ μὴν ὑμεῖς γ' ἔτι μ' ἐνταυθοῖ μεταπέμψεσθον. Ubi apparet ἦ. particulam affirmandi vim habere, ipſiq; μὴν particulá affirmative acceptá ἐκ παραλλήλου apponi. Apud Homerum etiam affirmativum eſt in illis carminibus, ἦ δὴ λοίγια ἔργα τάδ' ἔσσεται. & alibi: ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός. In hac etiam ſignificatione που particula τῷ ἦ apponitur, & fit ἦ πυ aſſeverandi nota. De qua mox dicendum.

## Ἦ πυ.

EX accentu vocis ἦ πυ patet ipſam non eſſe vocem compoſitam, ſed που ἀορισολογικῶς, vel etiam σοχαστικῶς, vel aliter acceptum, ἦ, affirmativo per appoſitionem ſociari. Cum autem, ἦ, particulæ duplex ſit ſignificatio, ut proxime dictum eſt, ἦ που itidem vo- ἦ που, aſſeverationis & interrogationis nota.

cis, quæ ex ipſa conſtat, vis duplex erit. Aut enim *interrogationis* erit, aut *aſſeverationis* nota. Exemplum interrogationis eſt apud Ariſtoph. in Pluto: τί δ' ἐστιν; ἦ που καὶ σὺ συκοφάντρια ἐν ταῖς γυναιξὶν ἦσθα; ad quæ reſpondet ἡ γραῦς, μὰ Δί' ἐγὼ μὲν οὔ. In quibus, verba τί δ' ἐστιν; quæ interrogativum ſenſum habent, interrogative etiam ἦ που particulam accipi manifeſte declarant. ſimiliter in Nebulis ἦ που legitur interrogative, interruptum τί nominis interpoſitione. τίς οὗτοσί ποτ' ἔσθ' ὁ θρηνῶν; ἦ τί που τῶν Καρκίνου τὶς δαιμόνων ἐφθέγξατο; *quis nam eſt hic, qui luget? nunquid Carcini Poetæ dæmonum quiſpiam locutus eſt?* Quam quidem interrogandi ſignificationem cum Budæus quoque tribuat ἦ που particulæ: exempla tamen, quæ ad hoc indicandum affert, aptius aliter quam ut ipſe interpretatur, ſonare videntur: ut infra declarabitur. ea tamen ſunt tum ex libro 10. Platonis de Repub. μίμησιν ὅλως ἔχοις ἄν μοι, εἰπεῖν ὅτι ποτ' ἐστίν; οὐδὲ γάρ τοι αὐτὸς πάνυ ξυννοῶ τί βούλεται εἶναι. ἦ που ἄρ' ἔφην ἐγὼ ξυννοήσω. id eſt, ut idem Budæus interpretatur, *utrum igitur ego intelligam, cum tu non percipias?* Aliud exemplum affert ex Antiphonte, ad probandam vim interrogativam ἦ που particulæ, ὅπου δὲ

καὶ

καὶ τοῦ λόγου ἀξίουν τιμωρείαν λαμβάνειν, ἤπου τὸν ἔργῳ προδιδόντα τὴν πόλιν ὑποχείριον τοῖς πολεμίοις, οὐ μεγάλαις ἂν ζημίαις ἐκόλασαν; In quo exemplo docet ἤπου οὔ voces, *utrum ne*, ſignificare. Porro affirmativam quoque ſignificationem vocis ἤ πȣ agnoſcit Budæus. qui ἤπου pro *nimirum*, *utique* & *profecto* accipi docet. afferens aliud exemplum ex Demoſth. κατ' Αριςοκράτους. εἰ περὶ τῶν ἀνδροφόνων τῶν ἤδη κεκριμένων τοσαύτη σπουδὴ γίνεται, ἤπου περί γε τοῦ μήτε ἑαλωκότος μήτε ἐγνωσμένου πάνδεινον γράφειν, ὡς ἐκδότεός ἐστιν, &c. id eſt, ut ipſe interpretatur, *longe utique graviſſimum eſt de homine nec damnato nec convicto hujuscemodi legem ferre.* Poſt quę quaſi ex alio principio docet ἤπȣ & ἤπουγε *multo magis*, ſignificare, ad hancque ſignificationem accedere proxime citatum exemplum. Docet præterea *multo minus* ἤ πȣ particulam ſignificare, & τὸ ὅπȣ ſubjungi, afferens exempla ex Plutarcho & Athenæo. Quaſi vero in exemplis, quæ ſupra adduxerat ad probandum ἤ πȣ particulæ interrogativam & affirmativam ſignificationem, non ad eundem hunc ſenſum reducantur. Nam in eo, quod ex decimo Platonis de Repub. affert, τὸ ἤ πȣ, non interrogative, ſed affirmative *in ſenſu ironico* pro *multo minus*

*ἤ πȣ. nimirum, utique, profecto.*

*ἤ πȣ. multo magis.*

*ἤ πȣ. multo minus.*

*nus* accipitur. Semper enim particula hæc cum pro *multo minus*, aut *multo magis* accipitur, affirmative non interrogative uſurpatur. Nam cum interrogatio ex dubitatione proveniat, non poteſt idem in affirmationem convenire. *Notandum* autem; quando pro *multo magis* accipitur, directe & ſimpliciter affirmativam vim obtinere: *multo minus* autem, non niſi ironice ſignificare poſſe. ut in propoſito Platonis loco libri X. de Republica: Inducitur Socrates interrogans eum, qui ſecum diſputat, *quid nam ſit imitatio, ſe enim non ſatis percipere quid nam ſit.* ad quæ ille. ἦπου ἄρ᾽ ἔφη ἐγὼ ξυννοήσω: id eſt, *nempe ergo inquit ego percipiam.* Ex quibus verbis colligit *ſe multo id minus percipere poſſe.* eſt enim integrum argumentum: *Si tu o Socrates non percipis, vel cum tu non percipias, multo minus ego percipiam quid nam imitatio ſit.* non igitur interrogative, ſed affirmative accipitur ἦ πȣ particula, in ironico tamen ſenſu; ut, *multo minus* ſignificet. Nam *directè* & ſimpliciter pro *multo magis* ſemper accipitur: ut in exemplo Demoſth. εἰ περὶ τῶν ἀνδροφόνων τῶν ἤδη κεκειμένων τοσαύτη σπουδὴ γίνεται ὅπως λόγου καὶ κείσσως τεύξωνται, ἦπου περί γε τοῦ μήτε ἑαλωκότος

ἦπȣ, *multo magis*, directe affirmat, *multo minus* autem, non niſi ironicè.

κότος μήτε ἐγνωσμένον πότερον δέδρακεν ἢ οὔ, πάνδεινον γράφειν ὡς ἔκδοτέος ἐστὶν, id eſt, *ſi enim de homicidis jam damnatis tantum ſtudii adhibitum fuit, ut cauſæ dicendæ poteſtas illis data ſit; utique graviſſimum eſſet de homine non dum convicto hujusmodi legem ferre.* Cujus conſequentis ſenſus eſt, *multo majus adhibendum ſtudium, ut qui non dum convictus eſt, dicendi cauſam impetret poteſtatem.* Apertius apparet particulam hanc pro *multo magis* accipi in loco illo Iſocratis. ὅπου γὰρ Ἀθηνόδωρος καὶ Καλλίστρατος ὁ μὲν ἰδιώτης, ὁ δὲ φυγὰς, οἰκίσαι πόλεις οἷοί τε γεγόνασιν, ἦπου βουληθέντες ἡμεῖς πολλοὺς ἂν τοιούτους τόπους δυνηθείημεν κατασχεῖν. id eſt, *ſi enim Athenodorus & Calliſtratus, hic privatus ille exul urbes condere potuerunt; multò magis nos hujusmodi loca obtinere poſſemus.* Cum igitur in conſequentiis, quas vocant, ἦπου particula adhibetur, ſemper ſecundum affirmativam ſui ſignificationem accipitur. Quæ ſi *à minori ad majus* fiant, ἦπου directe & pure *multo magis* ſignificat. Contra ſi à *majori ad minus* fiant conſequentiæ, tunc ἦπου pro *multo minus* accipitur: *ironice* tamen ſemper ut ſupra dictum eſt. Affirmativæ enim locutiones evadunt ſi ironice proferantur, negativæ: & hinc fit,

ſit ut ἧπȣ particulæ, propter modum pronuntiandi, negativum ſenſum tribuamus, & pro *multo minus* accipiamus, ut dictum eſt: Contra, negativæ locutiones ironice prolatæ, affirmativè accipiuntur. & inde quoque fit ut ἧπȣ particula, cum negatio ipſi ſubjicitur, affirmativum ſenſum retineat, & ſimul cum negatione pro *multo magis* accipiatur. ut in exemplo Antiphontis. ὅπȣ δὲ καὶ τȣ̃ λόγȣ ἠξίȣν τιμωρίαν λαμβάνειν, ἧπȣ τὸν ἔργῳ παραδόντα τὴν πόλιν ὑποχείριον τοῖς πολεμίοις ȣ̓ μεγάλαις ἂν ζημίαις ἐκόλασαν. In quo exemplo ſi deeſſet ȣ̓ negatio, ἧπȣ in ſua directa ſignificatione pro *multo magis* acciperetur; ſi autem negationem recte adeſſe non mendoſe aſcribi fateamur; cogemur utique totum conſequens prædicti exempli ironice pronuntiare, hoc modo. *Enimvero non magnis ſuppliciis affeciſſent eum qui re ipſa civitatem hoſtibus prodidiſſet.* Præterea cum in antecedenti conſequentiarum plerumque præcedat εἰ conditionalis, vel ὅπȣ adverbium loci, pro ὁπηνίκα temporis adverbio acceptum, ut apud Latinos *Quando*; hinc fit ut interdum cum hujusmodi ſigna deſint, antecedensque conſequentiæ ſupprimatur, vel ſub alia forma loquendi impli-

plicitè contineatur, lateat vis argumentationis, ἤ πȣ, quæ particula in ſua pura ſignificatione affirmativa remanere videatur. ut in loco Platonis X. de Repub. Ubi Socrates, μίμησιν ὅλως ἔχοις ἄν μοι εἰπεῖν ὅ, τί ποτ᾽ ἐστὶν, ȣ̓ δὲ γάρ τοι αὐτὸς πάνυ ξυννοῶ. ad quæ qui cum eo diſputat, ἤπου ἄρ᾽ ἔφη ἐγώ. Continetur enim in extremis his verbis hujusmodi conſequentia: *ſi tu o Socrates non intelligis quid nam ſit imitatio, multo minus ego intelligam.* Sic etiam in exemplo, quod affert Budæus ex Plutarcho in politicis præceptis, cum antecedens in alia forma loquendi ſine conditionali proferatur, ſupprimitur argumentationis modus. Ubi cum auctor *de quibusdam agendis homini politico diſſeruiſſet*, adjungit: ȣ̓ τοίνυν ȣ̓ δὲ τούτων ἐπιμελητέον ἐστὶ παρέργως, ἤπȣ τῶν περὶ τὸ βίον καὶ τὸ ἦθος ἀμελητέον. Quorum verborum ſenſus eſt: *ſi hæc ſupradicta videlicet non negligenter curanda ſunt, certe multo minus negligenda ſunt, quæ ad vitam pertinent.* In quibusdam etiam locutionibus ἤπου particula *ne dum* ſignificare videtur. quod tamen in *multo minus* reducitur; ut recte ſenſit Budæus. Ut apud Atheneum libro X. ἀδύνατον δὲ καὶ Φαῖδρον ἤπȣ. *Ne dum.*

κατ

κτ̀ Σωκράτην εἶναι, ἤπȣ γε καὶ ἐρώμενον αὐτȣ̃ γεγονέναι, id eſt, *fieri non poteſt ut Phædrus ætate Socratis natus fuerit nedum ut amaſius ejus fuerit.* Quæ ſententia in argumenti formam reducitur hoc modo, *ſi Phædrum ne ætate quidem Socratis natum eſſe dici poteſt, multo minus ipſius amaſium fuiſſe dicendum eſt.* negato enim toto, negantur ſingulæ partes. In epiſtola etiam Juliani ad Jamblichum, ἤπȣ pro *nedum* accipitur, ut idem ſenſit Budæus, exemplum eſt, ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς μὴ τολμᾷν ἀνδρὸς ἀκοαῖς τȣτȣ καταθαρσεῖν, ᾧ καὶ ὀφθέντι μόνον ἀντιβλέψαι δυσχερὲς, ἤπȣ τὴν πάνσοφον ἁρμονίαν κινȣ̃ντι πρὸς ἴσον ἐλθεῖν. id eſt *nedum moventi concentum doctiſſimum.* Cujus argumenti vis ſi explicetur, ἤπȣ *multo magis* ſignificare apparebit, eſt enim ſenſus, *ſi verba facere coram tali viro difficile eſt, cujus vel ſolus aſpectus reverentiam affert, multo magis difficile erit ſeſe eidem opponere loquenti.* Ubi ἤπȣ *multo minus* etiam ſignificabit, ſi convertatur antecedens ex affirmativo in negativum, hoc modo, *ſi coram tali viro verba facere, non facile eſt, multo minus illi ſeſe opponere facile erit.* Ea enim eſt natura argumentationum hujusmodi, ut ſi prior pars affirmetur, affirmetur etiam

poſterior;

poſterior; ſi negetur prior, negetur etiam poſterior. Atque ita ἤπου particula in hiſce argumentationibus recepta, modo *multo magis*, modo *multo minus* ſignificabit: non ſolum juxta realem argumentandi rationem (in qua ſi id quod minus videtur, ineſſe ponatur, id etiam ponitur quod magis videtur, & contra, ſi id quod magis videtur ineſſe negetur, id quoque negatur, quod minus videtur) ſed etiam juxta converſionem locutionum ex affirmativis in negativas, & contra; ἤπου particulæ ſenſus mutatur, ut proximè oſtenſum eſt in Juliani ſupradicto exemplo. Accipitur etiam pro *ſimplici aſſertione* ἤπου vox. ἤπου pro ſimplici aſſertione.
& tunc particula πού, aut ἀσεϊϛολογικὴ erit, aut παραπληρωματικὴ. παραπληρωματικὴ, vel certe τοπικὴ ἀσεϊϛολογικῶς accipitur in carminibus illis Juliani:

*ἀλλοίην ὁρόω δονάκων φύσιν. ἤπου ἀπ' ἄλλης χαλκείης τάχα μᾶλλον ἀνεβλάστησαν ἀρούρης.*

& ſic ἤ erit aſſertivum. Quod ſi ἤ interrogativum ſit, ἤπου vox, *nunquid*, ἤπου *Numquid?* interrogat.
ſignificabit: & πού particula παραπληρωματικὴ erit. Nec obſtat quod omnia quæ ſequuntur aſſertive proferuntur,

*ἀγειοι, ὐδ' ἀνέμοισιν ὑφ' ὑμετέροις δονέονται, ἀλλ' ὑπὸ ταυρείης προθορῶν σπίλιγγος ἀήτης νέρθεν ἐϋτρήτων καλάμων ὑπὸ ῥίζαν ὀδεύει.*

uſu venit enim ut ex interrogatione

in narrationem tranſeatur, & contra. Adverbium etiam τάχα ϛοχαϛικὸν adverſatur aſſertivo ſenſui. Nec enim ſimul aſſerere & dubitare poſſumus. hoc modo: *Enim vero fortaſſe ab alia quapiam terra ortum illa arundines habuere.*

## ἦ γὰρ.

ἦ γὰρ, *non ne?* interrogat.

Η γὰρ vox, *interrogative* accipitur, & ex ἦ & γὰρ particulis, quarum utraque interrogationibus ſervit, conſtituitur. Collocatur autem vox ἦ γὰρ, in extrema parte non ſolum interrogationis, ſed etiam propoſitionis & illationis: quæ non poteſt per ſe ſumi, ſed indiget adverſarii conſenſu ad extorquendum ipſius adverſarii aſſenſum, vel certe reſponſionem aliquam. Ut apud Lucian. ἐνδέχεται μοί τι καὶ κατὰ τύχην ἀληθεῦσαι. ἦ γὰρ, *non ne?* pro quo alibi ἢ τί φὴς; dixit. Interrogamus autem dupliciter particulæ hujus adminiculo: aut enim alteram partem contradictionis determinatè extorquere nitimur ab adverſario, ut Plato Gorg. οὐκοῦν ἄν τις ἀποκτείνῃ τινὰ, οὗτος δή οὐ ποιεῖ ἃ δοκεῖ αὐτῷ. ἦ γὰρ; πῶ. ναί. aut utramlibet. ut apud eundem ibidem, Socrates quæſitis rebus quibusdam, ſubjicit: ἦ γὰρ ἀληθῆ σοι δοκῶ λέγειν ὦ Πῶλε, ἢ οὔ;

## ἦ γὰρ ἂν.

Ἦ γὰρ ἂν: ex ἦ & γὰρ, & ἂν conſtat, non ex, ἢ γὰρ, & ἂν. nam, ἢ γὰρ, ut dictum eſt, *interrogandi* vox eſt. in hoc vero aggregato non *interrogandi*, ſed *aſſeverandi* ſignum eſt. Accipitur enim ἦ γὰρ ἂν, pro *alioqui*, quam ſignificationem huic voci tribuit γὰρ particula; quæ per ſe quoque hoc idem præſtat, ut loco ſuo dictum eſt. & ſic ἦ particula affirmat tantum. ἂν vero verbo in ſingulis clauſulis poſito, tribuitur. ut in illo primo Iliad. ἦ γὰρ ἂν Ἀτρείδη νῦν ὕστατα λωβήσαιο. λωβήσαιο ἂν dicimus in diſtributione vocum. & ſic ἦ pro *nempe*, & *utique* accipietur. ſic apud Chryſoſtomum: ἦ γὰρ ἂν ὑποπτεύσαντες ἔφυγον. Ubi etiam particula ἂν verbo ἔφυγον applicatur: eſtque ἦ γὰρ ἔφυγον ἂν, pro ἔφυγον γὰρ ἄν. id eſt *alioqui fugiſſent*. In quo exemplo particula ἂν tollit actum verbi ἔφυγον, & ad potentiam reducit: Ut fuſius dictum eſt ſupra cap. 3, ubi de ἂν particula agitur.

ἦ γὰρ ἂν, aſſeverandi ſignum. & *Alioqui*, ſignificat.

## Ἤδη.

Ἤδη: id eſt *jam*, & *mox*, adverbium temporis. Ariſtoph. in Ranis, οὐ τάχ' ἀλλ' ἤδη ποιῶ. Eſt autem *termini* ſignum, à quo incipit quid

ἤδη. *jam*, *mox*.

 eſſe.

eſſe. ut apud Ariſtot. in 3. Politic. ἕνα μὲν γὰρ διαφέρειν κατ' ἀρετὴν ἢ ὀλίγους ἐνδέχεται. πλείους δ' ἤδη χαλεπόν. Ubi pro ἤδη adverbium includuntur ὁ εἷς καὶ οἱ ὀλίγοι. cum vero ὀλίγοι eſſe deſierint, & πολλοὶ eſſe cœperint, excluduntur ab eo, ut poſſint virtute præſtare. Profertur etiam *interrogativè* adverbium hoc; tum per ſe, ut apud Ariſtoph. in Avibus: πειθ. λέξον δέ μοι, ἤδη σ' ὁ πατὴρ ἐσήγαγ' εἰς τοὺς φράτορας; Ηρακλ. οὐ δῆτ' ἐμέ γε. tum etiam ποτὲ adverbio junctum ἐκ παραλλήλου, ut in Ranis, ἤδη ποτ' ἐπεθύμησας ἐξαίφνης ἔθνους.

ἤδη, & ἤδη ποτὲ, interrogativè.

ἦ μάλα δή.

ἦ μάλα δή. affirmandi, admirandi & indignandi vim habet.

Ἠ μάλα δή, vox *affirmandi*, ex tribus particulis aggregata, qua ſæpe Homerus utitur ἐν τοῖς στοχασμοῖς, ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός. & alibi, ἦ μάλα δή τινα Κύπρις ἀχαιϊάδων ἀνιεῖσα τρωσὶν ἅμ' ἕσπεσθαι, πρὸς χρυσῇ περόνῃ καταμύξατο χεῖρα. Utitur hac eadem voce in affectibus *admirationis*, vel *indignationis*, præcedente voce, ὢ πόποι: ut ὀδυσ. δ'. ὢ πόποι, ἦ μάλα δὴ φίλου ἀνέρος υἱὸς ἐμὸν δῶ ἵκετο. & infra in eodem libro: ὢ πόποι, ἦ μάλα δὴ κρατερόφρονος ἀνδρὸς ἐν εὐνῇ ἤθελον εὐνηθῆναι ἀνάλκιδες. & ὀδυσ. λ'. ὢ πόποι ἦ μάλα δὴ γόνον ἀτρέος εὐρύοπα Ζεὺς ἐκπάγλως ἤχθηρε.

## ἦ μὴν.

Ἦ μὴν, aggregatum ex ἦ affirmativæ ſignificationis, & μὴν particula, quæ itidem affirmandi adminiculum eſt. Qua ratione τῷ καὶ, etiam affirmandi adverbio apponitur in καὶ μὴν, ut dicetur ubi de μὴν particula agetur. Porro ἦ μὴν, *affirmandi ſignum eſt*. Ariſtoph. in Pluto. ἦ μὴν ὑμεῖς γ' ἔτι μ' ἐνταυθοῖ μεταπέμψεσθον. ſic Plato in Euthydemo. ὦ Ζεῦ ἔφην ἐγὼ ἦ μὴν καὶ πρότερόν γε ἡμῖν ἐφάνη καλὸν τὸ ἐρώτημα. Unde jurijurando apponitur. Demoſth. κατὰ παίδων ὤμνυες ἦ μὴν ἀπολωλέναι φίλιππον ἂν βούλεσθαι. Hac eadem ratione *ſponſionibus* etiam convenit. Demoſth. ἐγγυητὰς καταστῆσαι τοῦ ὀφλήματος ἦ μὴν ἐκτίσειν. quod & ſine ἦ μὴν, quod ad ſenſum attinet, dici poterat, ἐγγυητὰς καταστῆσαι τοῦ ἐκτίσειν τὸ ὄφλημα. ſic illud ſupra ex Demoſth. κατὰ παίδων ὤμνυες ἀπολωλέναι Φίλιππον ἂν βούλεσθαι. Unde patet *ornamenti* locum obtinere vocem hanc cum ſponſioni aut jurejurando adhibetur. ſecus in ſimplicibus affirmationibus, in quibus neceſſario adhibetur. Nam ſi Ariſtoph. illud, ἦ μὴν ὑμεῖς γε &c. ſine hac voce diceretur, ὑμεῖς γ' ἔτι μ' ἐνταυθοῖ μεταπέμψεσθον, qualitate quidem affirmativâ eſſet propoſitio, careret autem

ἦ μὴν, affirmandi particula.

in ſponſionibus, aut jure jurando, ornamendi locum obtinet.

autem non ſolum ornamento, ſed etiam affectu & efficacitate, & ſimplex narratio videretur.

## ἦπου.

Ἦπου, duæ voces ſunt, ut patet ex accentu circumflexo quo prima profertur. de qua voce quia ex ἦ particula manat, ſtatim poſt illam dictum eſt.

που, in ἤπου, modo ϛοχαςικῶς, modo βεβαιωτικῶς. vel παραπληρωματικῶς.

Ἤ που, itidem tametſi ſub prioris particulæ acuto accentu profertur, non tamen ut unica vox παροξύτονος dicenda eſt; nam duæ voces ſunt. quarum poſterior που videlicet ἐγκλιτικὸν, cum accentu careat, præcedentis gravem in acutum convertit. in qua voce τὸ ἢ modo *disjunctivum* eſt, modo *ſelectivum*. itidemque που, modo ϛοχαςικῶς accipitur, modo βεβαιωτικῶς, vel certe παραπληρωματικῶς. Plato in Phædro, δῆλον δὲ ὅτι τινῶν ἀκήκοα ἤπου Σαπφοῦς τῆς καλῆς, ἢ Ανακρέοντος τοῦ σοφοῦ, ἢ καὶ συγγραφέων τινός. In quo exemplo quamvis loco, ἤτοι, *disjunctive* ponatur, tamen που, non βεβαιωτικῶς, vel παραπληρωματικῶς ut τοι, in ἤτοι, ſed ϛοχαςικῶς meo judicio accipitur. Cum autem ἤπου *ſelective* accipitur, tunc που particula vacare videtur, quemadmodum περ, in ἤπερ: ut apud

Platonem

Platonem in 4. de legibus: ὁ δὴ θεὸς ἡμῖν πάντων χρημάτων μέτρον ἂν εἴη μάλιστα. καὶ πολὺ μᾶλλον ἤπου τις ἀνθρώπων. id eſt, *ac multo magis quàm quisquam hominum.*

### ἢ οὔ.

Ἢ οὔ, duæ particulæ ſunt, videlicet ἢ *disjunctiva* conjunctio; & οὐ *negandi* adverbium, ἔδει ὁμολογεῖν ταῦτα ἢ οὔ: Ubi negatio repetit verbum præcedens, *oporteret hæc concedere vel non concedere.* Quæ diſtinctio *interrogative* etiam profertur. ut ſæpe apud Platonem: ἢ γὰρ ἀληθῆ σοι δοκῶ λέγειν ὦ Πῶλε ἢ οὔ; & alibi, ἐρρήθη ταῦτα ἢ οὔ; *dicta ne hæc fuerunt an non?* ſuntque hujusmodi interrogationes problematicæ. Unde factum eſt, ut ἢ οὐ, *formalis nota* videatur, pro *non ne*, vel *an non*, accipi, ut ſæpe apud Platonem, ἢ οὐ δοκεῖ σοι, *non ne tibi videtur.* Ad quam interrogationem reſpondet alter ἔμοιγε. Advertendum tamen in hac etiam loquendi forma, ἢ *disjunctivum* eſſe, ſi ad pleniorem loquendi formam oratio reducatur. eſt enim plenus ſermo, δοκεῖ σοι ταῦτα ἢ οὐ δοκεῖ σοι. & ſic, ἢ juxta ſui naturam problematicam interrogationem efficiet.

ἢ οὔ, *Non-ne. An non.*

ἤ τοι.

## ἤτοι.

ἤτοι. disjunctiva conjunctio præcedit τὸ ἤ.

Ἤτοι *disjunctiva* conjunctio: idem quod ἢ ſignificat. hoc tantum ab illo differt, quod ἤτοι ſemper præcedit, ἢ ſubſequitur, ἤτοι ἀγαθὸν ἢ φαῦλον. eſt etiam ἤτοι ἐπιλογικὸν καὶ καταστατικὸν ἐννοίας, loco μέν. cui reſpondet particula δὲ ut ſæpe apud Hom. Iliad. α΄. ἤτοι ὅγ' ὡς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο. τοῖσι δ' ἀνέστη &c. ac ſi dixiſſet, καὶ ὁ μὲν οὕτως εἰπών. in quo ſenſu ſubjungitur τῷ ἀλλὰ, ipſique μὲν apponitur ἐκ παραλλήλου, ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα μεταφρασόμεσθα καὶ αὖθις. Jungitur & ſimpliciter τῷ μὲν, ἐκ παραλλήλου. ut Iliad. γ΄. ἀλλ' ὅτε δὴ μύθους καὶ μήδεα πᾶσιν ὕφαινον ἤτοι μὲν Μενέλαος ἐπιτροχάδην ἀγόρευε. quibus reſpondet ὁ ἀλλὰ loco δὲ. ἀλλ' ὅτε δὴ, & reliqua. ſic. Iliad. ε΄. σοὶ δ' ἤτοι μὲν ἐγὼ παρά θ' ἵσταμαι ἠδὲ φυλάσσω. ἀλλά σευ ἢ κάματος &c. Valet etiam per ſe idem quod μέν. Differt, quod μὲν ſemper alicui voci poſtponitur; ἤτοι omnes ambitus voces præcedit. Interdum adverbium eſt διασαφητικὸν, vel ἐπεξηγητικὸν, ut ἤγουν. Ariſtot. ς. Ethic. τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ παρανομία, ἤτοι ἡ ἀνισότης. in qua ſignificatione frequentiſſime accipitur apud expoſitores.

## ἵνα.

Ἵνα, *cauſalis* conjunctio deſignat cauſam finalem, quæ ſemper futurum reſpicit, ſive rei nondum factæ cauſam aſſignemus, ſive rei præteritæ cauſam narremus, qua adductus aliquis aliquid fecit. & ſic plerumque cum *ſubjunctivi modi aoriſtis*, qui futuri vim habent, ἵνα particula cohærebit, ut ποίησον, vel ἐποίησα τόδε ἵνα τόδε γένηται, vel etiam γένοιτο, ſi δυνητικῶς loqui volumus, id eſt, *ut poſſit hoc evadere.* ſic Ariſtoph. in Avibus. ἐπεὶ τί γὰρ μ' ἐκεῖθεν ἦγες; πεισθ. ἵν' ἀκολουθοίης ἐμοί. Qui modus narrationibus rei præteritæ convenit, ut ἐποίησε τόδε ἵνα φοβηθείην ἐγώ. Ita cum negativè cauſam aſſignamus, μὴ negativam ἵνα particulæ jungimus, ἵνα μὴ γένηται, vel, ἵνα μὴ γένοιτο, id quod à Latinis quoque ſcriptoribus ſervari videmus, ut cum cauſam finalem afferunt negative, particulis *ut ne*, ſimul junctis eleganter utantur. Jungitur & *præteritis indicativi* particula hæc cum rem non factam, factam vellemus. ut apud Dinarchrum, ἵνα ἀπηλλάγμεθα. quod in forma optandi dixit: *utinam hoc & hoc fuiſſet, ut hoc vel hoc liberati eſſemus.* ſic ἴδῃ

ἵνα, cauſam finalem deſignat.

L 5 ποιῆσ-

παραδοῦναι τὸν οἰκέτην εἰς βάσανον ἵνα ἐξῆν αὐτοῖς μαρτυρίας παρέχεσθαι τῶν γεγονότων. Dicitur & ἵνατί, pro ἐς τί, vel ἐπὶ τί, *ad quid.* hoc eſt, *quorſum*, *quare*, *quamobrem?*

ἱνατί, pro ἐς τί, *ad quid*, *quorſum*, *quare*, *quamobrem*.

Accipitur etiam pro *loci adverbio* vox ἵνα, frequenter apud Poëtas: & omnibus fere temporibus, Indicativi modi, nec non aliorum modorum jungitur. Ariſtoph. in Nebul. ἐγὼ γὰρ οἶδ' ἵν' εἰσὶ μεγάλοι, id eſt

ἵνα, *quo in loco.*

ὅπου, id eſt *quo in loco.* & ἵναπερ ὥρμητο apud Lucianum. & ἵνα ἂν cum ſubjunctivo ἀοριστολογικῶς, ut πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ. In quo ſenſu genitivis nominum jungitur. Sophocl. in Aiace, οὐχ ὁρᾷς ἵν' εἶ κακοῦ. Quæ conſtructio omnibus localibus adverbiis convenit. ἐνταῦθα τῆς ὁδοῦ, ἐκεῖ τοῦ σταδίου &c. Accipitur item pro

pro ὅπως, adverbio modi, ſ. qualitatis.

ὅπως, *modi* ſeu *qualitatis* adverbio apud Ariſtophanem, τοῦθ' ἐθελήσεις ἀπομόσαι μοι τοὺς θεοὺς ἵν' ἂν κελεύσω 'γώ σε, ἀντὶ τοῦ ὅπως, *eo modo, quo ego te jurare juſſero.* Deſignat præterea *cauſam efficientem*, & accipitur pro διὰ τὸ. in Epigrammate, ἀλλ' ἵν' ἀφαρπάξῃ

pro διὰ τὸ &c.

Βρισηΐδα πρὶν Ἀγαμέμνων τὴν δ' Ἑλένην ὁ Πάρις πτωχὸς ἐγὼ γενόμην. ἀντὶ τοῦ διὰ τὸ ἀφαρπάξαι τὸν Ἀγαμέμνονα. *propterea quod Agamemnon Briſeidem rapuit.*

pro διὰ τὸ, cauſam efficientem deſignans.

Καθὸ, & Καθ'ὅτι.

KAθὸ, *ſecundum quod* ſignificat, ut quod ex κατὰ præpoſitione, & ὁ articulo conſtat, quemadmodum ex διὰ, & παρὰ, & eodem articulo, fit διὸ & παρὸ. Quæ voces omnes ſi articulus ad nullum nomen referatur, pro *cauſalibus adverbiis* adhibentur. Nam & καθὸ, & παρὸ, idem quod διὸ ſignificant, & compoſite ſub uno accentu proferuntur. Porro καθὸ *limitativum* eſt, & ad nomen μέρος refertur, ut dictum eſt ubi de ὅ, limitativo agitur. & ſignificat *quatenus*, & *in quantum*. Dicitur & καθ'ὅτι. quod propter τι ἀόριστον *limitationem interminatam* deſignat. & ἂν particulam habet ſubſequentem, καθ'ὅ, τι ἄν σοι δοκῇ, *ut tibi videtur*, vel *videbitur*, vel *viſum fuerit*. cujus vocis ultima, in proximo exemplo, naturam articuli præſefert; & ad nomen μέρος refertur. ſic etiam in illo, καθ'ὅτι τοῦ ᾠοῦ ἐγκοίληνε; *qua parte ovum exinanivit*. Plerumque autem loco *adverbii qualitatis* uſurpatur, ut καθ'ὅ, τι πόλις ἄριστα οἰκήσεται, pro ὅπως, id eſt *qua ratione civitas optime gubernetur*. ſic καθ'ὅ, τι Ιπποκράτης παραινεῖ. pro *quemadmodum Hippocrates præcipit*.

καθὸ, *ſecundum quod*. adverbium caſuale.

limitativè, *quatenus*, *in quantum*.

καθ'ὅτι, limitationem interminatam, & habet ſubſequens ἂν.

pro ὅπως, Adverb. qualitatis.

## Καθ' ὅσον.

καθ' ὅσον, limitativum, reſpondet τῷ καθ' ὅτι.

Καθ' ὅσον, *limitativum*, in quantitate reſpondet τῷ καθ' ὅτι, pro qualitatis adverbio accepto. καθ' ὅσον οἷός τ' εἰμὶ, *quantum poſſum*. καθ' ὅσον ἀνθρώπῳ οἷόν τε. *quantum ab homine præſtari poteſt.* In qua etiam voce nomen ὅσον, ad nomen μέρος refertur.

*Eatenus, quatenus, in quantum.*

καθ' ὅσον πρὸς τὴν πόλιν ἑώρα. *ea parte, qua urbem aſpiciebat.* ſimpliciter autem limitativum ſenſum habet. & *eatenus, quatenus*, & *in quantum* ſignificat.

# CAPUT XII.

## De Particula καὶ, & compoſitis & μά.

καὶ, copulativa conjunctio.

Καὶ copulativa conjunctio, nomen nomini connectit, & verbum verbo: & alias partes eodem modo. in medioque eorum quæ per ipſam copulantur locata, unica, ſimplexque adhibetur, nec aliam ſibi ſimilem requirit. ut Σωκράτης καὶ πλάτων περιπατεῖ, vel περιπατοῦσι: ſic in verbis, Σωκράτης περιπατεῖ καὶ διαλέγεται. & in participiis, ποιῶν καὶ λέγων. Quod ſi in principio unius præceſſerit, in alterius quoque principio

principio repetatur neceſſe eſt. ut ſi καὶ περιπατεῖ dixeris καὶ διαλέγεται, vel aliud hujusmodi ſubdas neceſſe eſt. & ſic geminari particulam καὶ in eadem clauſula contingit. Nam quod gemi- καί τοι καὶ. nari apud Atticos particulam hanc dicit Budæus, ut apud Plutarchum, καί τι καὶ λόγον τινὰ διέσπειραν. & apud Iſocratem in Buſiride, καὶ μὲν δὴ καὶ τῆς περὶ τὴν φρουρὰν ἐπιμελείας; & in καὶ μὴν καὶ: neſcio an ſupradictis, & hujusmodi exemplis conveniat. certè nec vacare ſecundo loco poſita καὶ particula dici poteſt, non plus quàm in vocibus præcedentibus, nec ſanè idem officium præſtare. Quare *ſuperaddendi* vim in hujusmodi dicendum eſt habere particulam καί. Nam & ſuperaddendi facultatem habet, & pro *etiam* ſæpe ponitur. ut apud Iſocratem in Panegyr. Κόνωνα μὲν ὃς ὑπὲρ τῆς Ἀσίας στρατηγήσας τὴν λακεδαιμονίων ἀρχὴν κατέλυσεν, ἐπὶ θανάτῳ συλλαβεῖν ἐτόλμησαν. Θεμιστοκλέα δὲ ὃς ὑπὲρ τῆς ἑλλάδος αὐτοὺς κατεναυμάχησε, καὶ μεγίστων δωρεῶν ἠξίωσαν. In quibus καὶ, pro ἀλλὰ καὶ accipitur. & præſupponit repetitionem ſuperiorum cum negatione. ergo ſuperior Iſocratis locutio ad integritatem reducenda eſt hoc modo. Θεμιστοκλέα δὲ οὐ μόνον οὐ συνέλαβον ἐπὶ θανάτῳ, ἀλλὰ καὶ μεγίστων

habet vim ſuperaddendi. & ſignificat; *Etiam*,

μεγίστων δωρεῶν ἠξίωσαν. Ita quod apud Platonem dictum eſt, ἄριστοι μὲν γδ' καὶ γυναιξὶ, ſi convertatur, planius fiet hoc modo, ἄριστοι μὲν γδ' μὴ ὅτι ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ γυναιξὶ. Additur etiam hæc particula nominibus ex parte prædicati ſeu conſequentis poſitis, quod interdum fallere lectorem poteſt, cum ea nomina, quibus præponitur, ex parte ſubjecti recipi videantur. Eadem ambiguitas verbis accidit propter καὶ particulæ appoſitionem, Ariſtot. ἔτι δ' εἰ φύσει κινεῖται, κἂν βίᾳ κινηθείη, κἂν εἰ βίᾳ, καὶ φύσει. id eſt *jam ſi natura movetur, & vi quoque movebitur. quod ſi vi, etiam natura.* exemplum in nominibus eſt illud Ariſtot. de Araneis, εἰσὶ δὲ τῶν ἀραχνῶν οἱ γλαφυρώτατοι καὶ λαγαρώτατοι, καὶ τεχνικώτατοι. *Araneorum autem ii qui elegantiſſimi ſunt, & corpore ſtrigoſiſſimo etiam artificio præſtantiſſimi.* Ubi ſi verbum ſubſtantivum adeſſet, ambiguitatem utique tolleret. puta ſi, καὶ γλαφυρώτατοι εἰσὶ dictum fuiſſet. Quare alterum exemplum eorum, quæ ex Quintiliano affert Budæus ad oſtendendum Latinos hanc quoque Græci ſermonis formam imitatos eſſe, non plane convenit: cùm in illo, verbum ſubſtantivum prædicato adhæreat, exemplum eſt, *ſed non qui maxime*

*xime imitandus eſt, & ſolus imitandus eſt.* Alterum magis accedit ad Græcam formam propoſitam, *ſi portorium Rhodiis locare honeſtum eſt, & Hermocreonti conducere.* In quo repetendæ ſunt voces *honeſtum eſt.* Quam repetitionem apud Latinos *Quoque* particulæ deberi patet per aliud exemplum quod idem Budæus affert: *corrumpi mores in ſcholis putant, nam & corrumpuntur interim ſed domi quoque.* Ubi repetendum eſt verbum *corrumpuntur.* Vacat etiam apud Atticos interdum particula hæc, Gregor. ὅτι μὲν φανερῶς οὗτος ὁ λόγος ἐκβάλλει τὸν υἱὸν τῆς θεότητος, τί χρὴ καὶ λέγειν Synes. ἵν' εἰδῶμεν ὅτι καὶ λέγει. & alibi. καὶ γὰρ εἴτι καὶ λέγοιεν ἀληθές.

καὶ, interdum vacat.

Καὶ, etiam idem per ſe valet quod καί περ, vel κἂν, apud Ariſtophanem in Pluto, ἐὰν δὲ σύζυγον λάβω τινὰ καὶ σύκινον, τὸν ἰσχυρὸν τοῦτον θεὸν ἐγὼ ποιήσω τήμερον δοῦναι δίκην. Ubi καὶ σύκινον, pro κἂν σύκινον, id eſt *quamvis debilem & imbecillum & fragilem ſicut ficulneæ lignum.*

καὶ, idem quod καί περ, vel κἂν. quamvis.

Ponitur etiam ὁ καὶ in poſteriori parte τῶν παραβολῶν ἐλλιπῶς τοῦ οὕτως, ut dicetur ubi de adverbio οὕτως agetur. & ſimpliciter in poſteriori parte proportionum qualitatis vel quantitatis.

necnon

necnon in collationibus ſimilium & diſſimilium, refert nomen ſeu adverbium prioris partis prædictarum collationum. Ariſtot. in 4. τῶν μετὰ τὰ φυσ. ὅλως δὲ τὸ καθ' ὃ ἰσαχῶς καὶ τὸ αἴτιον λέγεται. Ubi ὁ καὶ refert adverbium ἰσαχῶς, & pro ὁσαχῶς, vel pro ὡς, vel certe ἐλλειπτικῶς τοῦ ὡς ponitur. ut ſit ἰσαχῶς ὡς καὶ τὸ αἴτιον. Ita καὶ *æque ac* & *perinde ut* ſignificat: quemadmodum apud Latinos *atque* particula. Pauſ. in Atticis, ἣν δὲ τύχῃ βαλών τις ψηφίδι κατὰ ταῦτα, οὕτως τε ἤχησε καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα. ἀντὶ τοῦ, ὡς κιθάρα. *perinde ut cithara pulſata reſonat.* Gregor. ἶσα καὶ παίδων ὁ τιμιώτατος, *æque atque liberum chariſſimus.* Ariſtot. εἰκός τε τοὺς πρώτους ἕλληνας ὁμοίους εἶναι, καὶ τοὺς τυχόντας καὶ τοὺς ἀνοήτους. *perinde ut ſtultos fuiſſe.* Theophr. τοῦτο δὲ ὅμοιον τῇ ὄψει καὶ τὸ βούκερας, *ſimile eſt aſpectu fœno Græco.* In cujuſmodi locutionibus ſi voces ad grammaticum ordinem redigantur, καὶ ſuam nativam ſignificationem obtinebit. ut ſi illud Ariſtotelis ſic dicatur, εἰκὸς τοὺς πρώτους ἕλληνας καὶ τοὺς ἀνοήτους ὁμοίους εἶναι. Pariter illud Theophraſti ſic ordinandum eſt: τοῦτο δὲ καὶ βούκερας ὅμοια τῇ ὄψει. ſic in diſſimilitudine ὁ καὶ, ἀντὶ τῶν διαφορετικῶν ὀνομάτων καὶ ἐπιρρημάτων adhibetur. Ariſtot. ἔστι γὰρ ἑτέρα ἡ χρηματιστικὴ καὶ ὁ πλοῦτος ὁ κατὰ

καὶ, i. e. *æque ac, perinde ut. Atque.*

φύσιν

φύσιν. *Alia eſt atque naturales divitiæ.* Quæ locutio ſic reducenda eſt. ἡ χρηματιστικὴ καὶ ὁ πλοῦτος ὁ κατὰ φύσιν εἰσὶν ἕτερα, ἤγουν διάφορα. ſic alibi apud eundem, οὗ τὸ εἶναι ἕτερον καὶ τῶν κατηγορειῶν. quod ſic reducitur, οὗ τὸ εἶναι καὶ τὸ τῶν κατηγορειῶν ἐστὶν ἕτερον. quod commodius diceretur, οὗ τὸ εἶναι ἕτερόν ἐστι τοῦ τῶν κατηγορειῶν; Unde fit ut ὁ καὶ in diſſimilium collatione pro ἢ id eſt *quam* accipi videatur. ſic Ciceronem 2. de Oratore, *ac*, particula uſum eſſe docet Budæus. *Ingenioſi enim eſt vim verbi in aliud ac ceteri accipiant poſſe dicere*, Ubi *ac* copulativa pro *quam* ſelectiva uſus eſt.

καὶ, pro ἢ, i. e. *quam*, *ac*,

Accipitur etiam ſæpe ἐξηγητικῶς, ut apud Ariſtoph. in Pluto: κακῶς ἔπραττον καὶ πένης ἦν, interpretatur enim quid intelligat per hæc verba κακῶς ἔπραττον. quæ nihil aliud ſibi volunt quàm, πένης ἦν.

καὶ, ἐξηγητικῶς accipitur.

Καὶ μὴν, Καὶ μέν τοι, Καὶ μὲν δὴ &c.

Ceterum voces, in quibus καὶ geminari & ſupervacanea eſſe videtur, re vera autem *ſuperaddendi facultatem* habet, ſunt καὶ μὴν, & καὶ μέν τοι, & καὶ μὲν δὴ. Quibus appoſita καὶ particula, καὶ μὲν δὴ καὶ, & καὶ μέν τοι καὶ, & καὶ μὴν καὶ, voces non ut formales notas, ſed ſejunctim appoſitas efficit. exemplum καὶ μέν τοι καὶ, eſt apud Galenum 1. de cauſ. pulſuum, καὶ μέν τοι καὶ βραδὺς σα-

καὶ μὴν, καὶ μέν τοι, καὶ δὴ, ſuperaddendi facultatem habent.

φῶς μὲν ἐπὶ ταῖς ἀξιολόγοις τῆς χρείας ὑπαλλαγαῖς: οὐ σαφῶς δὲ ἐπὶ ταῖς ἐλάττοσι. Exemplum vocum, καὶ μὲν δὴ ., eſt illud Iſocr. in Panegyr. καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν τεχνῶν τάς τε πρὸς τὰ ἀναγκαῖα τοῦ βίου χρησίμας, καὶ τὰς πρὸς ἡδονὴν, τὰς μὲν εὑροῦσα, τὰς δὲ δοκιμάσασα, χρῆσθαι τοῖς ἄλλοις ἔλησι παρέδωκε. Ubi prædictis vocibus in principio comprehenſionis tranſitivè uſus eſt. in quibus καὶ ſuperaddit iis, quæ ab auctore ſupra dicta fuerant, ea quæ in proxima comprehenſione de artium inventione ſubjecit.

### Καὶ μὴ.

*καὶ μὴ, & non, non autem.*

KAὶ μὴ, *& non*, vel *non autem*, duæ, voces ſunt, quæ in conſtructione ad diverſa referuntur. Quare in formalium numero ut unica vox non ſunt recipiendæ, ut dicetur, ubi de μὴ particula agetur.

### Καὶ ταῦτα.

*καὶ ταῦτα. idque, præſertim.*

KAὶ ταῦτα, *idque*, vel *præſertim*, auget *condicionem*. Ut apud Ariſtoph. in Pluto. Ubi Jovis ſacerdos inducitur dicens, ἀπόλωλ' ὑπὸ λιμοῦ, καὶ ταῦτα τοῦ σωτῆρος ἱερεὺς ὢν διός. *idque cum Jovis* &c. Ubi καὶ ταῦτα, auget condicionem: ac ſi dixiſſet, *& ſi minime conveniret Jovis ſacerdotem fame peri-*

*perire tamen* &c. In eadem: οἱ γὰρ βλέποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα, οὗτος δ' ἀκολουθεῖ, κἂν μὴ προσβιάζεται, καὶ ταῦτα ἀποκεινομένου τὸ παράπαν οὐδὲ γρῦ. *idque cum* &c. *quanquam minus conveniret ſequi cæcum non reſpondentem, quàm ſi reſponderet, tamen* &c. Idem ἐν εἰρήνῃ, οὐδ' οἴδε γ' εἷλκον οὐδὲν ἀργεῖοι πάλαι, ἀλλ' ἢ κατεγέλων τῶν ταλαιπωρουμένων, καὶ ταῦτα διχόθεν μισθοφοροῦντες ἄλφιτα. *tametſi magis conveniret ipſos* ἕλκειν *& minus* καταγελᾶν τῶν ταλαιπωρουμένων, quid ita? *quod* μισθοφοροῦσι διχόθεν. Apud Ciceronem & alios claſſicos ſcriptores Latinos ſæpe reperietur particula compoſita; *Idque*, eadem ſignificatione, qua apud Græcos καὶ ταῦτα. ut in 1. de off. apud M. Tul. *Quamquam te Marce fili annum jam audientem Cratippum, idque Athenis &c.* Interdum quoque pro καίπερ, hoc eſt *quamquam*, vel *tametſi* uſurpatur hæc particula. ut apud S. Baſil. initio homiliæ nonæ in Hexaemeron. οὐδὲ γὰρ Ἐλισσαῖον ὡς φαῦλον ἑστιάτορα παρῃτοῦντο οἱ τότε, καὶ ταῦτα λαχάνοις ἀγρίοις ἑστιῶντα τοὺς φίλους. *Nam ne Eliſaeum quidem ut malum convivatorem repudiarunt qui eo tempore fuerunt, tametſi oleribus agreſtibus amicos exciperet.*

pro καίπερ, quamquam, *tametſi.*

## Καί τοι.

καί τοι. *Atqui.*

KAί τοι. *Atqui*, etſi formalis nota, ex καὶ & τοι conſtans, ut καί περ ex καὶ & περ; hoc ab illa differens, quod καί περ participio ſemper jungitur, hæc tam verbo quàm participio. Exempla καί τοι, ſunt apud Ariſtophanem, οὔτοι μὰ τὴν δήμητρα δύναμαι μὴ γελᾶν. καί τοι δάκνω γ' ἐμαυτὸν ἀλλ' ὅμως γελῶ. & alibi apud eundem, πῶς δῆτ' οὐχὶ Σίμων' ἐνέπρησεν, οὐδὲ Κλεώνυμον, καί τοι σφόδρα γ' εἰσ' ἐπίορκοι. Cum participio etiam invenitur in principio periodi, ut apud expoſitorem Gregorii, καί τοι δὲ γλυκεῖαν οὖσαν τὴν γεῦσιν, ὅμως πικρὰν ὠνόμασεν.

καί τοι, περιοδικῶς adhibetur, & fit ſermo bimembris.

Notandum autem vocem hanc modo περιοδικῶς adhiberi, quando ὅμως adverſativa ſubſequitur, & *fit ſermo bimembris* inſtar hypothetici, ut in illo exemplo, καί τοι δάκνω γ' ἐμαυτὸν, ἀλλ' ὅμως γελῶ: modo ἀποστατικῶς ſeu ἐπιλογικῶς, ut in altero: καί τοι σφόδρα γ' εἰσ' ἐπίορκοι. & ſic ſermo reducitur ad formam Categorici, ut apud eundem in Pluto. πῶς ἀνακηρύττει τοὺς νικῶντας κοτίνου στεφάνῳ, καί τοι χρυσῷ μᾶλλον ἐχρῆν εἴπερ ἐπλούτει. argumentatur enim *nequaquam eſſe divitem eum, qui in adeo celebri ludo oleaſtri corona donat*

*nat Athletas.* Sic apud Ariſtot. 2. Politic. φανερὸν τοίνυν ἐκ τούτων ὡς οὔτε πέφυκε μίαν οὕτως εἶναι τὴν πόλιν ὥσπερ λέγουσι τινές. καὶ τὸ λεχθὲν ὡς μέγιστον ἀγαθὸν ἐν ταῖς πόλεσιν, ὅτι τὰς πόλεις ἀναιρεῖ. καί τοι τόγε ἑκάστου ἀγαθὸν σώζει ἕκαστον. In quibus καί τοι continet ſententiam, ex qua propoſitio argumentationis deducitur, τὸ τῆς πόλεως ἀγαθὸν σώζει τὴν πόλιν. deinde ſubjicienda eſt aſſumptio, τὸ λίαν ἑνοῦν τὴν πόλιν οὐ σώζει ἀλλ' ἀναιρεῖ. Unde ſequitur, ὅτι τὸ λίαν ἑνοῦν τὴν πόλιν οὐκ ἀγαθὸν, quod ibi intendit probare. Differt præterea à καί περ, quod illud *adverſativum* ſolummodo eſt; hoc etiam *illativum* ſeu *collectivum.* Quarum ſignificationum modo alterutram, modo utramque præ ſe fert. Porro vis adverſativa nonnunquam manifeſta eſt, ut in proximo Ariſtoph. exemplo. Plerumque vero quia ad remotiora refertur, non adeo perſpicuè apparet. ut apud Xenophontem lib. 2. ἀπομνημ. Cum Socrates *invectus eſſet in eos, qui amicos contemnunt*, ſubjungit, καί τοι πρὸς ποῖον κτῆμα παραβαλλόμενος φίλος ἀγαθὸς, οὐκ ἂν πολλῷ κρείττων φανείη; id eſt, *Atqui cui nam poſſeſſioni comparatus probus amicus non multo melior appareat?* Quibus intendit Socrates damnare quod homines illi faciunt, & ſimul rationem

differt à καί περ.

reddere quare minimè facere debeant. Nam propter vim adverſativam, deſtruit præcedens quippiam, ejusque oppoſitum ponit una cum probatione deſtructionis: ut in proxime dicto Xenophontis loco. Ubi cum ἐπιφωνηματικῶς propoſuerit *male nonnullos homines parvi amicos facere*, ſubjungit quod dictum eſt. καί τοι πρὸς ποῖον κτῆμα &c. quibus infert *minime convenire amicos parvi facere*, quo refellitur id quod propoſuerat, ac ſimul affertur ratio, *quamborem amici magnifaciendi ſint*. Si interrogatio πρὸς ποῖον κτῆμα &c. in enunciationem convertatur, hoc modo, φίλος γάρ τοι ἀγαθὸς πρὸς πᾶν ἄλλο κτῆμα παραβαλλόμενος, κρείττων φανείη. Apud Ariſtophanem etiam vox καί τοι *collectiva* eſt, *concluſionisque illativa* in Pluto: Ubi cum ἡ πενία expoſuiſſet *incommoda vitæ hominum affutura ſi divites omnes fiant*, dixiſſetque, ἔτι δ' οὐχ ἕξεις οὔτ' ἐν κλίνῃ καταδαρθεῖν &c. ſubjicit, καίτοι τί πλέον πλουτεῖν ἐστι πάντων τούτων ἀποροῦντας. ac ſi diceret, τί οὖν πλέον, vel ὥστε τί πλέον, id eſt *quare nihil juvat divitem eſſe, ſi bonis illis vitæ careat*. In cujusmodi ſitu poſita καί τοι particula ἐπιλογικῶς, & ἀποστατικῶς adhibetur ut dictum eſt. Ponitur etiam poſt longas narrationes interdum ad ſimpli-

Καί τοι, collectivum, & concluſionis illativum.

καί τοι, poſt longas nar-

ſimpliciter *exponendam ſententiam aliquam ſeu judicium & cenſuram de ſupradictis faciendam.* ut multis in locis apud Iſocratem in Panegyr. quorum & ille eſt, in quo cum multis in Lacedæmonios invectus eſſet, ſubjungit; καί τοι πῶς οὐκ ἄτοπον τοὺς προεστῶτας τῶν ἑλλήνων, ἕνα μὲν ἄνδρα (Regem Perſarum intelligit) τοσούτων ἀνθρώπων καθιστάναι δεσπότην, τὰς δ' ἑλληνίδας πόλεις μηδὲ αὐτὰς ἑαυτῶν ἐᾶν εἶναι κυρίας. & ſubinde cum quædam alia contra eosdem attuliſſet, moxque ſuaſiſſet *quid ipſis agendum eſſet ad Græcorum animos ſibi conciliandos, & priora maledicta delenda*, infert: καί τοι χρὴ τοὺς φύσει καὶ μὴ διὰ τύχην μέγα φρονοῦντας τοιούτοις ἔργοις ἐπιχειρεῖν. &c. In quibus omnibus locis & ſimilibus τὸ καί τοι, *adverſativam* aliqua ex parte vim retinet Quandoque etiam ἐπιλογικῶς poſitum, præter vim adverſativam, *argumentandi* quoque *ſignum* eſt. Ut ſæpe apud eundem Iſocratem in eadem oratione. Ubi cum de Athenienſium nobilitate & antiquitate diſſeruiſſet, ut probaret Imperium Græcorum illis convenire, ſubjicit: καὶ τοι χρὴ τοὺς εὐλόγως μέγα φρονοῦντας καὶ περὶ τῆς ἡγεμονίας δικαίως ἀμφισβητοῦντας, τοιαύτην ἀρχὴν τοῦ γένους ἔχοντας φαίνεσθαι. In quibus implicitè continetur concluſio annexa ma-

rationes, ad exponendam ſententiam.

καί τοι, argumentandi ſignum.

jori propoſitioni in ſupradictis verbis contentæ, *Græcorum videlicet Imperium ad eos pertinere, qui talem originem habuerint.* cui propoſitioni addenda eſt aſſumptio, ſive minor ex ſupradictis, *Athenienſes* videlicet *hujusmodi originem habuiſſe.* ex quibus infertur, *ad Athenienſes pertinere Græcorum Imperium.* Et infra: antiquam nobilitatem Athenienſium probans, *καί ὅτι περὶ τίνων χρὴ μάλιστα πιστεύειν ἢ περὶ ὧν ὅ τε θεὸς ἀναιρεῖ καὶ πολλοῖς τῶν ἑλλήνων συνδοκεῖ* &c. ex quibus conficitur major, ſeu propoſitio argumenti, hoc modo: *quæ Deorum reſponſis affirmantur, & Græcorum decreto ſancita ſunt, his maxima fides habenda eſt.* deinde ſubjungenda eſt aſſumptio ex ſuperioribus colligenda: *Quæ ego dico de Athenienſium nobilitate, Apollinis oraculo & Græcorum decreto ſancita ſunt.* Quod quidem asſumptum non exprimitur, ſed ea tantum, ex quibus id probatur, recenſentur. Unde ſequitur: *his, quæ de Athenienſium nobilitate dicta ſunt, maximam fidem habendam eſſe.* ſic plurimis aliis in locis, quæ longum eſſet recenſere.

καί τοι, ut εἶτα & ἔπειτα, cum indignatione.

Accipitur etiam ut εἶτα, & ἔπειτα ἐπιλογικῶς, cum quadam indignatione. Iſocr. in eadem oratione: Ubi cum *Perſa-*

*Perſarum Regi omnia ex ſententia ſuccedere* dicat *propter Græcorum diſcordias, & incuriam*, nonnullaque exponat, *quæ eandem ob cauſam Regi acceſſerant*, ſubjicit, καί· τοι τινὲς θαυμάζουσι τὸ μέγεθος τῆς βασιλέως πραγμάτων. poteſt tamen hoc *adverſative* etiam accipi, ac ſi dixiſſet, καί περ οὖν διὰ τὰς ἡμετέρας στάσεις καὶ ἀπεχθείας οὕτως ἠυξημένων τῆς τοῦ βασιλέως πραγμάτων, ὅμως τινὲς θαυμάζουσι τὸ μέγεθος. & cetera.

Ex Budæó nihil aliud de hac particula habemus niſi *atqui*, & *verum*, & *ſed*, ſignificare. & per *at* particulam interdum eamdem expreſſam eſſe à M. Tullio. tum pro *quamquam* accipi adverſativa. quæ quidem vox non ut adverſativa, ſed ut figurata aliquando accipi videtur apud Virgilium, cum dicat, *Quamquam o, ſi ſolitæ quicquam virtutis ineſſet*. & apud Ciceronem in Dialogo de ſenectute, *Quanquam o Dii boni*, quod καί τοι ὦ θεοὶ πανάγαθοι, Gaza tranſtulit. Præterea pro, *& quidem*, hanc vocem Budæus nonnunquam Latinè dici teſtatur. ut apud Ciceronem. *Et quidem cujus temperantiæ fuit de M. Antonio dicentem, maledictò abſtinere?* καί τοι ποίας ἐγκρατείας &c. Item *collectivam* eſſe particulam, ut τοίνυν & τοιγαροῦν,

καί τοι, *atqui*, *verum*, *ſed*, *at*, *quamquam*,

καί τοι, *&* *quidem*.

καί τοι, *proinde*, *itaq;*

γαροῦν, id eſt *proinde* vel *itaque*. Quibus omnibus ſignificatis exempla autorum applicat. Quæ quidem ſignificata omnia ad ea, quæ ſupra ſunt à nobis expoſita, facile revocari poſſunt. Interdum etiam *tacitæ & ſubintelligendæ objectioni* ſatisfacit: ut apud Ariſtophanem in Pluto: Inducitur ἱερεὺς, dicens, θύειν ἔτ᾽ οὐδεὶς ἀξιοῖ. Ad quæ Καρ. τίνος οὕνεκα, reſpondet ἱερεὺς, ὅτι πάντες εἰσὶ πλούσιοι. καί τοι τότε ὅτ᾽ εἶχον οὐδὲν, ὁ μὲν ἂν ἥκων ἔμπορος ἔθυσεν ἱερεῖον τι σωθείς. In quibus vox καί τοι adverſativa ut καὶ μὴν occurrit ad id quod objicere poſſet aliquis, *homines* videlicet *non ſolere ſacrificia offerre*. ad quod ſacerdos *atqui*, inquit, *cum eſſent pauperes hoc agebant.*

καί τοι, tacitæ objectioni ſatisfacit.

## Καὶ μὴν.

καί μὴν, ut καί τοι, adverſativa particula. *Atqui.*

Καὶ μὴν. aggregatum ex καὶ & μὴν *adverſativa* particula adverſandi ſignum eſt; ut καί τοι. Ariſtoph. in Pluto: cum Plutus cœcus de Jove dixiſſet, οὕτως ἐκεῖνος τοῖσι χρηστοῖσι φθονεῖ: reſpondet Chremylus, καὶ μὴν διὰ τοὺς χρηστούς γε τιμᾶται μόνους. id eſt, *atqui propter probos ab hominibus honoratur*. Sic alibi in eadem fabula; Vetula quædam inducitur *querens ſe deſtitutam ab adoleſcente, eo quod dives factus*,

*factus, ejus desereret conſuetudinem.* verba vetulę ſunt: καὶ μὴν πρὸ τοῦ γ' ὁσημέραι ἐπὶ τὴν θύραν ἐβάδιζ' ἀεὶ τὴν ἐμήν. pro quo καί τοι dici poterat, καί τοι πρὸ τοῦ γε &c. Ubi καὶ μὴν, non ad ea quæ proxime dixit is qui cum ea loquitur, ſed continuantur cum his, quæ ipſa ſupra dixerat: καὶ πρὸς, ἐπὶ τούτοις εἶπεν ἀποπέμπων ὅτι πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. id eſt *& præterea dixit hæc & hæc. Atqui ante hac quotidie ad fores adventabat meas.* Ubi cum ad remotiora referatur hæc particula, fit ut vis adverſativa ſupprimatur. Sic alibi niſi ſuppleatur aliquid in ſenſu, fieri non poteſt, ut adverſativam vim retineat. ut apud eundem in eadem fabula, inducitur quidam ad *ſycophantam* dicens, κατάθου ταχέως θοιμάτιον. ἔπειθ' ὑπόλυσαι. Ad quæ ſycophanta, καὶ μὴν προσελθέτω πρὸς ἔμ' ὑμῶν ἀδὶ ὁ βουλόμενος. *atqui accedat ad me veſtrum aliquis.* in quibus ſubintelligendum eſt ad ſenſus integritatem, *quamvis adeo audacter mihi imperetis ut veſtem deponam & calceamenta; accedere tamen ad me, & manus mihi injicere nemo veſtrum audebit.* ſic paulo infra cum ſycophanta dixiſſet, ἄπειμι, τὴν δ' ἰσχυρὸν τοῦτον θεὸν ἐγὼ ποιήσω σήμερον δοῦναι δίκην. Ad quæ alter. καὶ μὴν ἐπειδὴ τὴν πανοπλίαν τὴν

τλὼ ἐμλὼ ἔχων βαδίζεις, ἐς τὸ βαλανεῖον τρέχε. id eſt, *ut ſint hæc quæ dicis, tamen ad balneum te velociter confer.* Quorum verborum ſenſus eſt, *Quanquam adeo nobis minaris, nihil tamen proficies: quare ad balneum te confer.* Et infra in eadem fabula inducitur ἡ γραῦς dicens, ἐγὼ δὲ τί ποιῶ, Ad quæ Καρίων, τὰς χύτρας αἷς τὸν θεὸν ἱδρυσόμεθα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρε. poſt quæ cum ἡ γραῦς nonnulla interpoſuiſſet, ad eaque reſpondiſſet ὁ Καρίων, demum, ὁ Καρίων, καὶ μλὼ πολὺ τῶν ἄλλων χυτρῶν τἀναντία αὗται ποιοῦσι. in quibus καὶ μλὼ cum ſuperioribus illis verbis continuatur, τὰς χύτρας αἷς τὸν θεὸν ἱδρυσόμεθα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρε. id eſt, *ollas quibus Plutum Deum ſtatuemus, ſuper caput geſtabis.* quamquam ollis iſtis contra quam reliquis accidit.

καὶ μὴν, pro ἀλλὰ μὴν. Videtur etiam accipi pro ἀλλὰ μλὼ, in eadem fabula: Ubi inducitur ſycophanta, qui dicit de ſe, ὅτι χρηςὸς ὢν καὶ φιλόπολις πάσχω κακῶς. quibus obſtans alter interlocutorum, dicit: σὺ φιλόπολις, καὶ χρηςός; poſt quam interrogationem urget Sycophanta, ὡς οὐδεὶς ἀνήρ. quæ Sycophantæ verba evertere intendens qui cum eo diſputat, ſubjicit, καὶ μλὼ ἐπερωτηθεὶς ἀπόκριναί μοι, γεωργὸς εἶ, ἢ ἔμπορος, ἢ τέχνλω τινὰ ἔμαθες; quorum ſingula cum negaſſet Syçophanta, & confeſſus

confeſſus eſſet *ſe ex curioſis negotiationibus victum quærere*, infert ille, πῶς οὖν ἂν εἴης χρηστὸς εἰ τοιχωρύχεις; Quorum verborum ſenſus eſt, *ſi tu probus vir eſſes, exerceres utique aut agriculturam, aut mercaturam aut artem quampiam aliam, ſed nullam harum exerces, ergo fieri non poteſt, ut vir probus ſis.* Antecedens & everſio ejus continetur implicitè in interrogationibus γεωργὸς εἶ, ἢ ἔμπορος &c. quibus extorquet ab adverſario confeſſionem antecedentis. everſionis autem ſignum eſt vox καὶ μὴν quæ pro ἀλλὰ μὴν accipitur, ut dictum eſt. conſequentis autem illatio cum interrogatione fit in illis verbis, πῶς οὖν ἂν εἴης χρηστὸς ὢ τοιχωρύχει; Poteſt tamen καὶ μὴν *adverſative* etiam accipi, ut καί τοι, pro deſtructione ejus quod dixerat Sycophanta *ſe probum virum eſſe*: ut dicat qui contradicit, καὶ μὴν οὔτε γεωργὸς εἶ, οὔτε ἔμπορος &c. *atqui neque agricola es, neque mercator.* qui tamen ſenſus ad ſupradictam argumentationem revocatur. Unde patet particulam hanc modo ſimpliciter *adverſativam* eſſe, modo *cum argumentatione*, ut dictum eſt de καί τοι particula.

Jam enim alibi quoque adnotavimus, particulis fere omnibus præter

nativam

nativam vim & ſignificationem, qualitates etiam alias quasdam accidere quæ non mutare, ſed augere cujusque ſignificationem dicendæ ſunt: ut de propoſita particula dicimus: quæ cum adverſativa ſit, tamen præter vim adverſandi, fit ut interdum etiam ratiocinativæ locutioni ſerviat. Ponitur etiam ἀποςατικῶς particula hæc cum rem inſperato & de improviſo accidentem ſignificare volumus. tunc vero adverſativa vis ſupprimitur propter defectum cujusdam vocis ſubintelligendæ: ut apud Ariſtoph. in Pluto *Anus* illa ſuperius dicta inducitur dicens. καὶ μὴν τὸ μειράκιον τοδὶ προσέρχεται. cujus locutionis ſenſus eſt: *Quamquam ego minimè ſperabam adoleſcentem ad me amplius rediturum, attamen ipſe nunc advenit.* In quibus omnibus hujusmodi locutionibus ſi ſuppleatur aliquid, facile adverſativa vis hujus particulæ ſemper apparebit.

*καὶ μὴν, ratiocinativæ locutioni ſervit; ἀποςατικῶς etiam ponitur.*

Adhibetur etiam in principio clauſulæ pro ἀλλὰ μὴν. ut apud Iſocratem in paneg. Ubi cum probaſſet *Athenienſes auctores hominibus fuiſſe bonarum artium & agriculturæ*, poſtea, quia poſſet aliquis dicere, quid hoc tanti refert? ſubjungit Iſocr. καὶ μὴν ὅσης προσήκει τιμῆς τυγχάνειν τοὺς τηλικούτων.

*καὶ μὴν, pro ἀλλὰ μὴν, in principio clauſulæ.*

τῶν ἀγαθῶν αἰτίους, πάρεργον διδάσκειν. Qui ſenſus magis competit ἀλλὰ μὴν particulæ, propter ἀλλὰ derivationem ab ἄλλο nomine, ut ſuo loco dictum eſt. quo fit, ut in hoc hæ particulæ conveniant, quod *ſuperaddendi ſenſum* habent, propter καὶ & ἀλλὰ notionem, quibus primo hæc vis & notio ineſt.

## Καὶ δή.

Καὶ δὴ, vox, ex καὶ & δὴ conſtat. in qua δὴ tametſi ſubjungitur, eo quod natura nunquam præponitur, tamen in hoc aggregato potior eſt. quippe cum tota vis aggregati in eo conſiſtat: ſignificetque idem quod ἤδη, id eſt *jam* & *mox*. Ariſtoph. in Pluto, καὶ δὴ βαδίζω, id eſt *mox* & *jam jam pergam*. & in Avibus καὶ δὴ τοίνυν πρῶτα διδάσκω. Ubi δὴ per ſe idem quod καὶ δὴ præſtare poſſet hoc modo. πρῶτα δὴ τοίνυν διδάσκω &c. ac ſi dixiſſet, ἤδη τοίνυν πρῶτα διδάσκω. Demoſth. περὶ τῆς εἰρήνης: τρίτον δὲ ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι καὶ μόνον ἓν τοῦτ' εἰπὼν, καὶ δὴ καὶ περὶ ὧν παρελήλυθα ἐρῶ. Apud Platonem etiam καὶ δὴ λέγω, pro *jamjam dicam* invenitur. Eodem fere modo accipitur vox καὶ δὴ in illo Demoſthenis, ὡς ἐὰν πρότερός τις εἴποι τὰ προσόνθ' ἑαυτῷ περὶ

καὶ δὴ, idem quod ἤδη. *Jam, mox.*

ἄλλως,

ἄλλυ, καὶ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα. Id eſt (ut Budæus interpretatur) *Quaſi vero ſiquis de altero dicere occupaſſet quæ ſibi ineſſe vitia noſſet, continuo ita futurum eſſet ut alteri ineſſent ipſa.* Cujus Græcæ locutionis poſteriorem illam partem, καὶ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα, recte idem Budæus pro, καὶ δὴ τούτων οὕτως ἐχόντων, accipienda ſenſit. quippe cum in diſtributione conſtructionis particula ὡς ad verbum aliquod referatur, & εἰ particulam ſubintelligendam reſpiciat. ut ſit ordo ambitus, ὡς εἰ καὶ δὴ ταῦτα οὕτως εἶχε. Quam particulam ex accuſativo participii non poſſumus elicere, ſicut ex genitivo plagiasmi, ὡς δὴ τούτων οὕτως ἐχόντων. qui plagiasmus ſuapte natura in verbum & εἰ conditionalem reſolvitur. Alibi etiam in eodem ſenſu utitur καὶ δὴ voce Demoſthenes, τὰς μὲν συμφορὰς πάντα τὸν χρόνον κυρίας αὐτοῖς γεγενημένας, τὰς δὲ δωρεὰς ἃς ἀντὶ τούτων ἔλαβον, καὶ δὴ λελυμένας, id eſt *protinus ſolutas & revocatas, ſeu abrogatas.* Sic Greg. εἰς Βασίλειον, ἓν δὲ ἢ δύο εἰπών, ἐπ' αὐτὸν καὶ δὴ τρέψομαι. id eſt *continuo ad eum me convertam.* Significat itaque vox καὶ δὴ, *continuo*, & *protinus.* tametſi in Demoſthenis verbis illis, καὶ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα, particula δὴ βεβαιωτικῶς etiam intelligi poſſet, ut dicat,

*καὶ δὴ, continuo, protinus.*

cat, *quaſi vero ſiquis alteri quæ ſibi inſunt vitia objecerit, re vera ita eſſe cenſeretur.* in reliquis vero expoſitis exemplis ſenſus hic δὴ, particulæ non congruit.

## Κἂν.

Κἂν vox, ex καὶ & ἂν conſtat. eſtque formalis nota, in qua ἂν modo in ſua ſignificatione manet, modo pro ἐὰν *conditionali* accipitur. Quando itaque in ſua ſignificatione manet, tunc vox κἂν vehementiore ſpiritu profertur, conſtruiturque omnibus verbalibus modis, quibus ἂν particulam conſtrui dictum eſt. *Indicativo* videlicet: ut apud Sophocl. in Ajace, κἂν ἐξέπραξεν εἰ κατημέλησ' ἐγώ. & apud Demoſth. ἐπεὶ δικαίαν εἰρήνην καὶ μηδὲν πεπρακότας ἀνθρώπους κἂν ἐπῄνουν καὶ ἐστεφάνουν ἐκέλευον. *Optativi* vocibus junctum eſt, in illo Ariſtoph. in Nebulis: κἂν προσκαταθείην γ' ὥς ὀμόσαι τριώβολον. in quibus locutionibus κἂν ſic diſtribuitur: καὶ ἐξέπραξεν ἂν, καὶ ἐπῄνουν ἄν. καὶ προσκαταθείην ἄν. Ubi ἂν actum tollit, & potentiam ſupponit. Cum vero ἂν pro ἐὰν accipitur, remiſſo ſpiritu profertur. conſtruiturque vox κἂν tum *optandi* vocibus, ut apud Iſæum, ἀλλ' ὁμοίως ὑπάρχῃ τὴν αὐτὴν εἶναι μητέρα

κἄν ἐν τῷ πατρῴῳ μὲν οἱ τίς οἴκῳ κἄν ἐκποιηθείη. tum *ſubjunctivo*, pro *etſi*, id eſt *an ſi*. Ut apud Demoſt. κἄν ἀναγκασθῇ που συντυχεῖν, ἀπενήνοχεν εὐθέως. Sic alibi πότερ' ἂν μηδὲν ἀδικῶν φαίνηται ἢ κἂν ἀδικῶν σκοπεῖτε, id eſt *utrum ſi innocens ſit, an etiam ſi nocens & pœnæ obnoxius*. Jungitur item huic voci conditionalis εἰ, & fit κἂν εἰ. in qua voce particula κἂν, pro ſimplici καὶ accipitur, & idcirco *Indicativi* & *Optandi* vocibus adhæreſcit: quibus εἰ conditionalis convenit. Demoſth. κἂν εἰ πάντα ταῦτα ὑπῆρχεν, ἐκεῖνο δὲ μὴ προσῆν. *& ſi omnia hæc adeſſent*. *Optandi* voci junxit Ariſtot. κἂν εἰ βίᾳ κινηθείη, καὶ φύσει. *quod ſi vi moveri poteſt, etiam natura moveri poterit*. ſic Demoſth. νῦν δέ μοι δοκεῖ κἂν ἀσέβεια εἰ καταγινώσκοι τις τὰ προσήκοντα ποιήσειν. In quo exemplo voce κἂν εἰ, interrupta κατὰ τμῆσιν uſus eſt. Præponitur & *negativæ conditioni* εἰ μὴ, particula κἂν, & fit κἂν εἰ μὴ. in qua voce particula κἂν, itidem pro ſimplici καὶ accipitur. Ariſtot. κἂν εἰ μὴ δι' ἄλλην αἰτίαν ἀλλὰ διὰ ταύτην. id eſt, καὶ εἰ μὴ. *ſi minus ob aliam cauſam, certe ob hanc*. Sic Gregor. κἂν εἰ μὴ παύησθε κωμῳδοῦντες. id eſt, καὶ εἰ μὴ, *etſi non deſinitis*, vel *quanquam & quamvis non deſinatis*.

κἂν, pro etſi, An ſi.

κἂν εἰ.

κἂν εἰμὴ.

## Κοὐδ' οὐν.

Κοὐδ' οὐν, quatuor particulæ ſunt, καὶ, οὐ, δὲ, οὐν: apud Ariſtoph. in Avibus: κοὐδ' οὐν εἴπερ ταῦτα δοκεῖ δρᾶν, ὀπτησάμενοι παρέθενθ' ὑμᾶς, ἀλλὰ, & reliqua. Quarum particularum priores duæ verbo παρέθεντο tribuuntur, καὶ οὐ παρέθεντο. reliquæ duæ εἴπερ conditionem ſubſequuntur, εἴπερ δ' οὐν ταῦτα δοκεῖ δρᾶν. & erit ordo verborum, καὶ οὐ παρέθεντο ὑμᾶς ὀπτησάμενοι εἴπερ δ' οὐν δοκεῖ ταῦτα δρᾶν. In quibus vox δ' οὐν, pro γοῦν, quod eſt μειωτικῶς audiendum, & verbo tribuendum, καὶ οὐ παρέθεντο γοῦν ὑμᾶς ὀπτησάμενοι, ἀλλὰ &c. vel potius pro ὅμως, ut ſit, εἴπερ ὅμως. Vide vocem δ' οὐν. κοὐδ' οὖν, pro καὶ οὐ γοῦν, vel potius pro ὅμως.

## Μά.

Μὰ, *jurandi* particula, quam per ſe poſitam *negare* docet Budæus; afferens exemplum ex Pluto Ariſtoph. in quo introducitur quidam *Sycophanta* objiciens, ἢ τῶν πονηρῶν ἢ ..α καὶ τοιχωρύχων? Ad quæ reſpondet Sycophanta, μὰ Δί' οὐ ἔγωγε. Quod alibi quoque confirmat, vocem νὴ Δία interpretando, aſſerens ſic dici ἐν τῇ καταφάσει τὸ, νὴ Δία, ut ἐν τῇ ἀποφάσει τὸ, μὰ Δία. Ut autem concedamus particulam hanc per ſe negare; ex ſupra- Μὰ, jurandi particula, & per ſe poſita, negat.

 dicto

dicto tamen Ariſtophanis exemplo nequaquam id elicere poſſumus, quippe cum ibi vox μὰ δία non per ſe negativam locutionem efficiat, ſed auxilio negationis ſubſequentis in οὐκ ἔγωγε. Eſt autem jurandi hæc particula tam *affirmationi* quàm *negationi* communis: & ut voces quæ μέσαι apud Græcos appellantur, ſi aliquid addatur, bonum vel malum ſenſum habent: ſic particula hæc affirmationis vel negationis appoſitione, aut affirmativam, aut negativam locutionem efficit. *Negativam* quidem, ut apud Homerum, οὐ μὰ γδ' Απόλλωνα. *Affirmativam* vero, ut apud Ariſtophanem in Pluto: ἐκ τῶν ἐμῶν γδ' ναὶ μὰ δία δειπνήσετον. & apud Homerum: ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον. Iliad α'. Quod exemplum afferens Budæus, & Xenophontis item aliud, in quibus ναὶ μὰ δία, pro νὴ δία accipitur; tamen in his omnibus μὰ particulam ſupervacaneam eſſet docet: in qua tamen vis jurandi conſiſtit. ναὶ enim & οὐ non *jurandi*, ſed *affirmandi* & *negandi* ſunt notæ. Affirmationi itaque ſociata μὰ particula, *affirmativum jusjurandum* efficit; negationi autem, *negativum*. Verum quia ut plurimum negationem annexam habet, idcirco negativæ nomen obtinuit, cum tamen per ſe

affirmationi & negationi communis.

μὰ, per ſe, affirmativa particula.

ſe *affirmativa* ſit, ut apud Ariſtoph. in Pluto, interrogat quidam ſervum: σὺ δὲ πῶς ἑώρας ὦ κάκις' ἀπολούμενε; Ad quæ reſpondet ſervus, διὰ τοῦ τριβωνίου. ὀπὰς γὰρ εἶχεν οὐκ ὀλίγας μὰ τὸν δία. Ubi μὰ τὸν δία, plane pro νὴ τὸν δία accipitur; cum jusjurandum affirmativum ſit; negatioque in οὐκ ὀλίγας, illud non faciat negativum, ſed nomen ὀλίγας in ſuum oppoſitum convertat: Idem namque valet οὐκ ὀλίγας, quod πολλάς. Porro quando negationi jungitur, tunc negatio interdum quidem *præcedit*. ut in præcedenti Homeri exemplo: οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα. Et apud Ariſtoph. in Pluto. οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρα χαιρήσεις ἔτι: & multis aliis in locis. plerumque tamen *ſubſequitur*. ut in exemplo Xenophontis, quod affert Budæus, ubi agit de μή τοι particula: διπλῆν ἡμῖν δίκαιον καὶ τὴν εὐωχίαν παρέχειν, μὰ δί' ἔφη μή τοιγε ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Ubi tametſi μή τοι, pro οὔτοι interpretatur Budæus, non tamen animadvertit negationem hanc cauſam eſſe cur μὰ δία negativum ſenſum habeat. & idcirco docet μὰ δία per ſe negare, μή τοι γε ornatus cauſa negationem conduplicare. Negatio autem refertur ad id quod ſupra dixit, δίκαιον διπλῆν τὴν εὐωχίαν παρέχειν, quod intendit negare. Subſequentis autem negationis exempla

non pauca invenies apud auctores. Ariſtoph. μὰ τὸν Ἀπόλλω· ἐγὼ μὲν οὔ. Idem in Nebulis, μὰ τὴν ἀναπνοὴν, μὰ τὸ χάος, μὰ τὸν ἀέρα, οὐκ εἶδον οὕτως ἄνδρ' ἄγροικον οὐδένα. & in Avibus, μὰ γῆν, μὰ νεφέλας, μὰ παγίδας, μὰ δίκτυα. μὴ ἐγὼ νόημα κομψότερον ἤκουσά πω. & plurimis aliis in locis. Præcedit etiam negatio apud Demoſth. ἀλλ' οὐκ ἔς' ὅπως ἡμάρτετε, οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας. Ubi negationem οὐ, abundare ait Budæus, & μὰ per ſe negare: applicans huic exemplo regulam, Quod negationes interdum redundent apud Atticos. Quæ regula nihil ad rem facit. Quippe cum hoc loco negatio minimè ſuperflua ſit, ſed ex præcedentibus repetatur, & orationi integritatem tribuat. Quæ ſi deeſſet, ex præcedentibus utique ſupplenda & ſubintelligenda eſſet. Nonnunquam negatio *& præcedit & ſubſequitur*. ut in Pluto Ariſtoph. Ubi cum dicat Sycophanta, οὐκ ἔνι ἀγαθὸν γὰρ ἐνθάδ' ἐςὶν οὐδενί. reſpondet alter, μὰ τὸν Δία οὔκουν τό γε σὸν σάφ' ἴσθ' ὅτι. Interdum negatio *neque ſubſequitur neque de proximo particulæ* μὰ *apponitur*. ſed remotius petenda eſt, & huic applicanda. ut apud Ariſtoph. in Pluto: Ubi inducitur ſervus cum hero colloquens, οὐ γάρ με τυπτήσεις ςέφανον ἔχοντά

γε,

γι, ad quæ herus, μὰ δί' ἀλλ' ἀφελὼν τὸν ςέφανον ἵνα μᾶλλον ἀλγῇς. repetenda enim eſt tota negativa locutio, μὰ δία οὐ τυπτήσω σε ἔχοντα τὸν ςέφανον, ἀλλ' ἀφελὼν τὸν ςέφανον τυπτήσω σε. *minime te coronatum cædam, ſed corona privatum cædam.* Quia igitur negatio non apponitur expreſſè, idcirco videtur μὰ per ſe negativa eſſe. Aliud exemplum ſupradicto ſimile, habemus in eadem fabula. Ubi cum ad Pluti cœci petitionem in illis verbis contentam, ἄφιτόν με νῦν, reſpondeat Chremylus, μὰ δί' ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἑξόμεθά σου, ex ἀλλὰ conjunctione monemur, verbum ſupra adhibitum, cum negatione repetendum eſſe. μὰ Δία οὐκ ἀφήσομεν, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἑξόμεθα. *nequaquam te dimittemus, immo magis quam antehac detinebimus.* Ejusmodi autem ſuppreſſio negationis, negativum nomen μὰ particulæ tribuit. Sic infra in eadem fabula, interrogatus Chremylus *cur Plutum cum amicis non communicaret*, reſpondet, οὐκ ἔςι πω τὰ πράγματ' ἐν τούτῳ. poſt quæ interponit, qui cum illo loquitur: τί φῄς οὐ πω μεταδοῦναι; at ille pergit, μὰ δία, δεῖ γὰρ πρῶτα. connectens μὰ δία, tam cum præcedenti illa negatione, οὐκ ἔςι πω τὰ πράγματ' ἐν τούτῳ, quam cum poſteriore hac, οὐ πω μεταδοῦναι. ut ſit

totus ſenſus, *non dum eo loci res eſt, ut cum amicis Plutum communicare poſſim.* cujus cauſam ſubjungit, δεῖ γὰρ πρᾶξαι &c. Paulo infra in eadem fabula, eadem particula præcedentem negationem reſpicit. Ubi cum inducantur interlocutores, *medicum quærentes ad curandam Pluti cæcitatem*, negat Chremylus *inveniri poſſe medicum idoneum, qui hoc præſtare poſſit:* ἀλλ' οὐκ ἔστι ſupple ἰατρός. idem negat qui cum eo loquitur, οὐ δ' ἐμοὶ δοκεῖ. poſt quæ ſubdit Chremylus. μὰ Δί' ἀλλ' ὅπερ πάλαι παρεσκευαζόμην κράτιστόν ἐστιν. negans enim *quemquam eſſe medicum, qui hoc præſtare poſſit, quod pridem ipſi in mentem venerat agendum eſſe affirmat.* Sic in Ranis cum quidam dicat, οὐδὲν ποιεῖς γὰρ, ἀλλὰ τὰς λαγόνας ἀπόδει, reſpondet alter, μὰ τὸν Δία: ἀλλ' ἤδη πάρεχε τὴν γαστέρα. in quibus repetenda eſt tota ſuperior locutio, μὰ τὸν Δία οὐδὲν ποιῶ, *Nihil me hercule proficio, quare ventrem præbe.* Quandoque etiam *negativè accipitur* vox μὰ Δία, propter cauſam negativam, quæ ſubſequitur: ut apud Plutarch. περὶ ἀδολεσχ. de Ariſtotele philoſopho: ἑτέρῳ δέ τινι βιοῦντι μετὰ πολλοὺς λόγους εἰπόντι κατηδολέσχησά σου φιλόσοφε, μὰ Δία εἶπεν, οὐ γὰρ προσεῖχον.

μὰ, quandoque negativè accipitur.

Adver-

Advertendum præterea in illo Ariſtophanis μὰ δί' ἀλλ' ἀφελὼν τὸν ςέφανον, μὰ δί' ἀλλὰ non eſſe formam aggregatam, ſed μὰ δία præcedens, aliquid negare. ἀλλὰ verò adverſari his, quæ per μὰ δία negantur. quod fit etiam in νὴ δί' ἀλλὰ: Ut ſuo loco dicetur.

## CAPUT XIII.

## De Particula Μὲν, & compoſitis.

Μὲν, per ſe ſine δὲ ſubſequente; περιγραφικὸν eſt, ut γε. Demoſth. περὶ τ̃ ἐν χεῤῥον. καὶ ἔγωγε αὐτὸς μὲν τεθνάναι μᾶλλον ἂν ἢ ταῦτ' εἰρηκέναι βυλοίμην. Ubi ἔγωγε, & αὐτὸς μὲν ἐκ παραλλήλου poſita, augent τὸν περιορισμὸν, εἴγουν τὴν περιγραφήν. in eo autem quod ſequitur, οὐ μὴν ἀλλ' εἴτις ἄλλος λέγῃ καὶ ὑμᾶς πείθει, quamvis τὸ οὐ μὴν ἀλλὰ, pro δὲ accipiatur, non tamen huic μὲν reſpondet, ſed alii μὲν ſupra poſito in illis verbis, αἰσχρὸν μὲν νὴ τὸν δία καὶ ἀνάξιον ὑμῶν. cui μὲν poſt multa interpoſita, reſpondet prædictum οὐ μὴν ἀλλὰ, quod pro δὲ accipitur. περιγραφικὴν itaque & περιοριστικὴν δύναμιν habet μὲν particula per ſe poſita. cujus uſus

μὲν, ſine δὲ, ſubſequente, περιγραφικὸν, ut γε.

exempla non deſunt apud auctores. Ariſtoph. in Pluto. ἐγὼ μὲν οἰμώζειν λέγω σοι. quod μὲν ad nullum δὲ refertur. Idem ἐν εἰρήνῃ: οὕτω μὲν ἐκκαλύψομαι. οὕτω μὲν, pro οὕτω δὴ dixit. Cum autem reſpondet τὸ, δὲ, vel τὸ ἀλλὰ, vel τὸ οὐμὴν ἀλλὰ, vel alii hujusmodi voci, quæ pro δὲ accipiatur, tunc *concedendi*, ſeu *aliquid ponendi* vim habet. quod tamen oppoſiti vel diverſi cujusdam affirmatione ſub δὲ particulæ ductu deſtruitur. Ut apud Demoſth. in exordio τοῦ περὶ τῶν ἐν χεῤῥονήσῳ. ἔδει μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τοὺς λέγοντας ἅπαντας μήτε πρὸς ἔχθραν ποιεῖσθαι λόγον μηδένα, μήτε πρὸς χάριν. ἐπειδὴ δὲ ἔνιοι, & quæ ſequuntur. & in exordio τοῦ περὶ τῆς εἰρήνης. Δημοσθένους ὁρῶ μὲν τὰ παρόντα πράγματα δυσκολίαν ἔχοντα. & poſt multa, οὐ μὴν ἀλλὰ &c. Habet etiam vim *concedendi*, etiam ſi *non* removeatur id quod ſub δὲ particula ſubditur. Interdum enim *univerſale* aliquod proponentes ſub μὲν particula, poſtea ſub δὲ *ſtrictius* aliquod ſubjicimus, ut in illo Iſocratis. ἐν πολλοῖς μὲν διεσώσας εὑρήσομεν τὰς τῶν σπουδαίων γνώμας. πολὺ δὲ μεγίστην διαφορὰν εἰλήφασιν. ſic Demoſth. ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄντις ἰδεῖν δοκεῖ μοι τὴν περὶ τῶν θεῶν εὔνοιαν, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τοῖς παροῦσι. Plerumque autem prædictæ particulæ ſibi reſpondentes διαφορητικῶς intelligun-

μὲν, concedendi vim habet, ſi poſtea ſub δὲ, ſtrictius aliquid ſubjicitur.

μὲν & δὲ, ſibi reſpon-

liguntur : ut quæ differentia ſeu diverſa vel oppoſita ſejungunt. Demoſth. κατ̀ φιλίπ. ἀλλὰ διηρημένω λέγων ἐξ ὧν ἐγὼ μὲν πολλὸν ἔλαττον εἰμι. ὑμεῖς δὲ εἰ πείθοισθέ μοι μείζους ἂν εἴητε. & paulo infra, ἐξ ὧν ἐγὼ μὲν πρῶτος ὑμῶν ἔσομαι, ὑμεῖς δὲ τῶν ἄλλων ὕϛατοι. & rurſus, ἐπ' ἐκεῖνα μὲν ἡ φύσις αὐτὴ βαδιεῖται, ἐπὶ τοῦτο δὲ τῷ λόγῳ δεῖ προάγειν. & alibi, ὡς ἐγὼ μὲν ὕδωρ πίνων, εἰκότως δύσκολος καὶ δύϛροπος εἰμὶ, φίλιππος δὲ &c. cujus uſus exempla ferè innumerabilia ſunt apud auctores. Fiunt autem hujusmodi oppoſitiones interdum per ſolam δὲ, ſine præcedente μὲν. Demoſth. ἐδίδασκες γράμματα, ἐγὼ δὲ ἐφοίτων. ἐτέλεις, ἐγὼ δὲ ἐτελόμην. ſic Hippocr. ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, Ut dictum eſt ubi de δὲ agitur. Non minus frequens eſt uſus harum particularum ἐν τοῖς μερισμοῖς, præcedentibus articulis, ut in illis Iliad. χ'. ἡ μὲν γὰρ ὕδατι λιαρῷ ῥέει. ἡ δ' ἑτέρη θέρεϊ προρέει εἰκυῖα χαλάζῃ. & millies alibi apud auctores. Cujus ſenſus ſunt illa quoque vocum paria, τὸ μὲν, τὸ δὲ, & τὰ μὲν, τὰ δὲ, & τοῦτο μὲν, τοῦτο δὲ. quæ adverbialiter pro *partim* & *partim*, vel *cum* & *tum*, accipiuntur, vel *primum*, *deinde*. Quorum exempla vide apud Budæum. Eo autem modo ſibi inter ſe reſpondent ſupradictæ particulæ, ut ſemper μὲν *præcedat*,

dentes, διαφορικῶς intelliguntur.

uſus harum particularum ἐν τοῖς μερισμοῖς.

*dat*, δὲ *ſubſequatur*. tametſi per ſe quoque δὲ ſtare poſſit non ſolum μεταβατικῶς, ſed etiam διαφορικῶς. ut paulo ante dictum eſt. Nonnunquam autem poſt *duo* μὲν, *duo* δὲ inveniuntur in duplici diviſione ſeu oppoſitione, ut in exordio τοῦ κατὰ φιλίππου. α΄. εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος προὐτίθετο λέγειν, ἐπισχὼν ἂν ἕως οἱ πλεῖστοι γνώμην ἀπεφήναντο εἰ μὲν ἤρεσκε τίμοι, ἡσυχίαν ἦγον. εἰ δὲ μὴ, τότ᾽ ἂν αὐτὸς ἐπειρώμην ἃ γινώσκω λέγειν. ἐπειδὴ δὲ &c. Ubi prius μὲν poſteriori δὲ, poſterius priori reſpondet. In partitionibus etiam, duobus quibusdam præpoſitis τὸ μὲν, ad prius poſitum; δὲ autem ad poſterius refertur. Ariſtot. in 4. Ethic. ἴδοι δ᾽ ἄντις καὶ ἐκ τῶν κωμῳδιῶν τῶν παλαιῶν καὶ τῶν καινῶν. τοῖς μὲν γὰρ ἦν γελοῖον ἡ αἰσχρολογία, τοῖς δὲ ἡ ὑπόνοια. Ubi τοῖς μὲν refert τῶν παλαιῶν, quod prius poſitum eſt: τοῖς δὲ, ad καινῶν refertur, quod poſterius eſt. Quod Ciceronem quoque feciſſe Budæus affirmat.

*Margin:* poſt duo μὲν, duo δὲ.

## Μέν τοι.

Μέν τοι, vox ex μὲν & τοι utroque affirmantis ſigno, *aſſeverandi* vim habet. Xenoph. οὐδενὸς γὰρ ὁρκίζοντος ὀμνύοντες, καλόν με φατὲ εἶναι κἀγὼ μὲν τοι πιστεύω. pro κἀγὼ δήπου. Dicitur ſæpe *cum quodam vehementi affectu*.

*Margin:* μέν τοι aſſeverandi vim habet. pro δήπου, ut κἀγὼ δήπου. Ego vero.

qui

qui ex eo quod repetentes id quod aliquis propoſuit, hac voce utimur, deprehenditur, Xenoph. ἦ καὶ ἐμὲ ἔφη δεήσει τοῦτο ποιεῖν; δεήσει μέν τοι ἔφην ἐγώ. Ariſt. vocem hanc cum νὴ δία ſociavit. ἐν εἰρήνῃ, ad augendam aſſeverationem, τρυγαῖος, κάκιστ' ἀπόλοιο παιδάριον, τοῦ καί ποτ' εἶ. παῖς. ἐγώ; τρυγ. σὺ μέν τοι νὴ δία. Quam vocem Budæus per *vero* Ciceronem expreſſiſſe docet: illudque Xenophontis, δεήσει μέν τοι, *te vero inquam* interpretatur. Dicitur etiam cum affectu, licet *nihil* quod dictum fuerit repetatur. Xenoph. καὶ ἀνάσχου μέν τοι ὦ σοφιστὰ ἐλεγχόμενος. Ubi neſcio an rectè Budæus ſenſerit ornatus vel explendæ orationis gratia eſſe hanc vocem uſurpatam; præſertim cum illam eodem modo, quo ſupra interpretetur. quod enim mox ſequitur apud Xenoph. νὴ δί' ἔφη ὁ Σωκράτης ἀνεχέσθω μέν τοι, & *patere tu quidem o ſophiſta te convinci. patiatur vero inquit Socrates*; latine reddidit. in quo exemplo repetitio verbi ἀνέχεσθαι, ſuperioribus exemplis ſuffragatur.

Μέν τοι, etiam pro ἀλλὰ, & δὲ, *ad verſativa* accipitur, quando plerumque μὲν particulæ reſpondet. Ariſtot. λέγουσι δὲ τοὺς κηφῆνας κηρία μὲν πλάττειν, μελιτουργεῖν μέν τοι οὐδὲν, pro ἀλλ' οὐδὲν μελιτουργεῖν, vel μελιτουργεῖν δὲ οὐδέν. μέν τοι, pro ἀλλὰ & δὲ.

quod

*μέν τοι, i. e. verùm, cæterùm. rurſus, viceverſa, etiam.*

quod & *verum*, & *ceterum* latine dici Budæus docet. Dicitur & ſine præcedente μέν, Ariſtoph. παραγίνεσθαι δ' αὐτῷ μηδὲν, μὴ μέν τοι μηδ' ἐπιλείπειν. Ubi pro αὖθις, id eſt *rurſus*, & *vice verſa* poſitum eſſe docet Budæus, nec non pro *etiam* accipi, quemadmodum vocem *vero* apud Ciceronem. Quamquam mihi quidem pro ἀλλὰ hic quoque accipi videtur; ut ſit μὴ μέν τοι μηδ' ἐπιλείπειν, pro ἀλλ' οὐδ' ἐπιλείπειν.

*μέντ' ἄν.*

Subſequitur quandoque vocem hanc particula ἂν, quæ tametſi ad verbum aliquod refertur, tamen eo quod immediate apponitur τῷ μέν τοι, componi cum illo videtur: quod & Budæus tradidit, quanquam vel ἐκ τῶν προσῳδιῶν, quibus hoc aggregatum μέντ' ἂν ſcribi recepimus, non compoſitam vocem μέντ' ἄν, ſed voces appoſitas eſſe conſtat, quarum μέν τοι aſſeverandi, ἂν (ut de ipſo dictum eſt) actum tollendi, facultatem habet. Uſus harum vocum frequens eſt. Demoſth. δικαίως μέντ' ἂν ἀπέθανον. Idem, μαίνοιτο μέντ' ἄν. Ubi τὸ ἂν, verbo ἀπέθανον tribuendum, ἀπέθανον ἄν; id eſt *morte affectus fuiſſem.* ſic μαίνοιτο ἄν, id eſt *furore agitaretur.* Quare non ut formalis nota deſcribendum eſt τὸ μέντ' ἄν, cum partes ejus ad diverſa referantur.

Μὲν

## Μὲν οὖν.

Μὲν οὖν: duæ voces ſunt plerumque *tranſitioni* ſerviunt, quæ à M. Tullio, ut Perionius rectè monet, verti ſolent illis latinis particulis, *Etquidem*, interpoſita fere aliqua voce, alias *Atque ita*, alias *Itaque*: quaſi illud μὲν redundet. Interdum vero idem auctor has voces unica illa interpretatur: *Igitur*, nulla habita ratione particulæ prioris μὲν. Ut illud in lib. de Vniv. quem ex Platonis Timæo convertit, νὺξ μὲν οὖν ἡμέρα τε γέγονεν οὕτω. *Nox igitur & dies ad hunc modum & ob has generata cauſas* &c. Tranſitiones autem aut continuative fiunt, aut inchoative, ἀποστατικῶς ſeu ἐπιλογικῶς. qualis eſt apud Ariſtoph. in Pluto: Ubi ſervus cum multa *de Domini ſui dementia, qui Plutum cæcum ſequeretur, conqueſtus eſſet*, ſubjicit ἀποστατικῶς; ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως σιγήσομαι, & reliqua, *atque equidem tacere nullo modo poſſum.* Demoſth. poſt procœmium, quo attentionem captaverat, ſubjungit itidem ἀποστατικῶς. ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιεὶς, ὅτι &c. cui reſpondet δὲ eodem in loco. ἡμεῖς δὲ οὐκ οἶδ᾽ ὅντινά μοι δοκοῦμεν ἔχειν τρόπον πρὸς αὐτά. Xenoph. continuative uſus

μὲν οὖν. tranſitioni, ſervit & redditur per *Etquidem, Atque ita, Itaque. Igitur.*

uſus eſt, χαλεπὸν μὲν οὖν ἐστι τοὺς οἰκείους περιορᾷν ἀπολλυμένους. ἀδύνατον δὲ τοσούτους τρέφειν. *Ac difficile quidem eſt* &c. Signum autem inchoationis, vel continuationis eſt ſubjecti identitas, vel diverſitas. Nam ſi de eodem ſubjecto fiat ſermonis tranſitio, continuata eſſe dicetur: ſin de alio, aut diverſo; inchoata κατὰ ἀπόστασιν. Significat etiam *immo*, & *immo vero* quam ſæpiſſime, & poſtponitur ferè ſemper aliis partibus Orationis. ſicut etiam τῷ πάνυ, adverbio. ut cum dicimus, πάνυ μὲν οὖν: aſſentientes aliquid. id eſt, *prorſus quidem, immo vero.* Rariſſimè autem ipſum præponitur τῷ γὲ, & fit μενοῦνγε, id eſt *quin etiam, quin immo.* Additur etiam μὴ particulæ: & habet ſenſum limitativum, ut γέ. Ariſtoph. in Pluto: ὡς ἐγὼ τὰ πράγματα ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλὴν σοι πάντ' ἐρῶ. γυ. μὴ δῆτ' ἔμοιγ' εἰς τὴν κεφαλήν. καρ. μὴ τἀγαθὰ ἃ νῦν γεγένηται. γυ. μὴ μὲν οὖν τὰ πράγματα. Ubi τὸ μενοῦν, pro γὲ περιγραφικῶς accipitur. ſicut viciſſim τὸ γε pro μενοῦν interdum, ut de γε dictum eſt. Apponitur etiam τῷ, οὐ, ἀποφατικῶς, in proxime dicta ſignificatione, id eſt περιγραφικῶς, & fit, οὔ μενοῦν, quod Budæus προπαροξυτόνως proferendum cenſet: qui Demoſthenis verba illa οὐ μενοῦν ἦν εἰπεῖν ἑτέρῳ, *tum nulli*

*μὲν οὖν, Immò, Immò verò.*

*πάνυ μὲν οὖν.*

*μενοῦνγε, quin etiam, quin immò.*

*μὴ μὲν οὖν.*

*οὐ μενοῦν.*

*alii*

*alii dicendi locus erat*, vel *nulli certe*, latine reddidit. Apud Lucianum etiam οὐ Θρασυκλῆς οὗτός ἐστιν; οὐ μὲν οὖν ἄλλος. id eſt, ut placet Budæo, *profecto ipſe eſt, non alius*. In quibus tamen exemplis *immo*, & *immo vero* ſignificat τὸ μὲν οὖν. negatio autem verbo tribuitur in conſtructionis diſtributione. ut in ſupradicto Demoſthenis loco, οὐκ ἦν μὲν οὖν εἰπεῖν ἑτέρῳ. *immo nemini dabatur dicendi locus*. & apud Lucianum, οὐ μὲν οὖν ἄλλος ἐστίν. οὐκ ἄλλος μὲν οὖν ἐστίν. id eſt *immo nullus* alius eſt. Unde patet non ut unicam vocem προπαροξυτόνως οὐμενοῦν eſſe pronuntiandum, cum diviſim conſtruatur, atque adeò neque ut formale ſignum deſcribendum eſt in ordine οὐ, particulæ: ſicut nec μὴ μὲν οὖν. Pro οὐκ οὖν etiam & οὐ μὲν οὖν γε uſurpatur interdum.

# CAPUT XIV.

## De Particulis Μέχρι, Μέχρις, Μὴ, & compoſitis.

Μέχρι, quod & μέχρις dicitur, ſi vocalis littera ſubſequatur, quatenus *articuli relativi genitivis junctum, compendium* affert *orationi*, in

μέχρι & μέχρις. articuli relativi genitivis juncta.

hac diſputatione deſcribitur, ut di-ctum eſt ubi de ἄχρι agitur. Quibus autem præterea partibus jungatur, vide Budæum, & Vocabulorum ſcriptorem. quorum uterque, ut cetera omnia, de his vocibus recte ſcripſerit, ſic non apte ἂν particulam his adjungi putavit, ita ut μέχρις ἂν, & ἄχρις ἂν, ut formales notas conſtituerit.

μέχρις ἂν.

Nam ut ἂν vocibus his apponatur, non tamen ipſis in conſtructionis diſtributione, ſed verbo in unaquaque comprehenſione poſito, tribuitur: idque multo magis ſi genitivus οὗ interveniat; ut in exemplo, quod ex Athenæo affert Budæus, μέχρις οὗ ἂν ὑπολαβὸν τὸ ὕδωρ κατενέγκῃ. nec minus ſi πὲρ particula intercipiat locum medium inter μέχρις, & οὗ. ut apud Ariſtotelem: μέχρι περ οὗ ἂν εἷς ᾖ. id eſt *quousque unus ſuperſit*.

μέχρις οὗ ἂν.

μέχρι πὲρ οὗ ἂν.

Nam & ſi ſupra cap. 3. ubi de ἂν agitur, dictum ſit, hanc particulam nonnunquam à verbo recedere, & adjunctarum alicui partium adhærere, id tamen fieri intelligendum eſt, quando verbum ipſum ἀοριστολογίαν recipere non poteſt. Sed in ſupradictis exemplis & ſimilibus, cum de futuro eſt ſermo, optime quadrat ἀοριστολογικὴ ἔννοια. quare verbo ἂν particula, non vocibus μέχρις, & ἄχρις tribuenda eſt. Cujus rei argumentum

eſt,

eſt, quod ſi de præterito per Indicativi modi verbum loquamur, minimè uti poterimus ἂν particula: puta ſi dixeris ἀνέμεινα μέχρις ἦλθε, Unde patet ex eo quod verbum exigit, non ex dictarum vocum natura particulam ἂν locutioni accedere.

## Μή.

Μὴ, particula *indicativo* juncta, ſine reſpectu alicujus verbi præcedentis, pro, οὐ *negandi* ponitur in recta & pura enunciatione. Apud Ariſtoph. in Avibus: μὰ γῆν, μὰ νεφέλας, μὰ παγίδας, μὰ δίκτυα, μὴ 'γὼ νόημα κομψότερον ἤκουσά πω. Quod tamen raro fit: nam & ipſe Ariſtophanes alibi in hac eadem forma jurandi οὐ particula conſueta uſus eſt in Nebulis, μὰ τὴν ἀναπνοὴν, μὰ τὸ χάος, μὰ τὸν ἀέρα οὐκ εἶδον οὕτως ἄνδρ' ἄγροικον οὐδένα. In *obliquis* tamen & *miſtis* enunciationibus μὴ, pro οὐ, fere ſemper accipitur, & indicativo nonnunquam jungitur. ut apud Demoſth. οὐ γάρ ἐστιν οὐδεὶς πρόξενος ἀτελὴς ὅτῳ μὴ δέδωκεν ὁ δῆμος. Ubi μὴ δέδωκε, non eſt primaria enunciatio, ſed pars enuntiationis. ſic alibi apud eundem, τίνος ἕνεκα εἰ τὰ μάλιστα μὴ τινὲς ἀλλὰ πάντες ἦσαν ἀνάξιοι, τ' αὐτῶν ἠξίωσεν ἡμᾶς τε κἀκείνους; μήτινες dixit in obli-

μὴ, pro οὐ.

qua enunciatione. In qua μήτινες, non eſt integra enunciatio, ſed antecedentis membrum. Jungitur itidem *indicativo modo* in interrogationibus. Plato, μή σε κατατρίβω ὦ Ισχόμαχε; *nunquid te moror?* & Lucian. μήτις ἄλλος τοῦτο γνωριεῖ; *nunquid alius quiſpiam.* & alibi Plato: μή που ὦ Κέβης καὶ σέ τι τούτων ἐτάραξεν. Itidem quando interrogationes per verbum ἐρωτῶ remiſſius fiunt, μὴ indicativo jungitur. Plutarchus, καὶ περὶ τῶν φόρων ἠρώτησε μὴ βαρεῖς εἰσί. In cujusmodi interrogationibus ſi μὴ nulli encliticæ particulæ præponitur, duplici gravi accentu ſignatur à librariis antiquis. Quod fit ad indicandam vim pronuntiationis, qua differt ab ea ſignificatione, qua μὴ, pro ἵνα μὴ accipitur. Jungitur etiam *præterito indicativi modi* pro ἵνα μή. Lucian. ἀριθμείσθω αὖθις τὸ χρυσίον, μή τι με προσῆλθε διέλαθε. *ne forte me aliquid latuerit.* Ubi ſi de futuro eſſet ſermo μὴ διαλάθῃ, per *ſubjunctivum* dixiſſet. Sic etiam ſi verbum δέδοικα, vel φοβοῦμαι præcedat, vel aliud horum συνώνυμον, μὴ, particulam, *indicativus* ſubſequitur. ut apud Demoſth. καὶ τὸ χρόνον γεγενῆσθαι μετὰ τὴν πρεσβείαν, δέδοικα μὴ λήθην ὑμῖν ἐμπεποιήκει. Quod etiam per *præteritum optativi* dici poteſt μὴ ἐμπεποιήκοι. Sic Thucydid. νῦν δὲ φοβούμεθα

μὴ cum indicativo in interrogationibus. *Num quid?*

& cum verbo ἐρωτῶ.

μὴ, jungitur præterito indicativi, pro ἵνα μή.

βουλόμεθα μὴ ἀμφοτέρων ἡμαρτήκαμεν. In quibus exemplis cum ϛοχαϛικῶς ſermo fiat de re præterita, cujus effectus incertus erat, *præteritorum* vocibus jungitur, & ἀποφηματικὸν ſenſum habet. Philoſtr. in hoc ſenſu οὐ negativam, μὴ particulæ ſubjunxit, quia verbum negare intendit, δέδοικα μὴ οὐδ' ἡσυχίαν ἤγαγον, ἀλλ' ἠνώχλει καθεύδοντι. Plato de re præſenti, *præſentis* voci μὴ particulam junxit. ἀλλὰ φοβεῖσθε μὴ δυσκολώτερόν τι νῦν διάκειμαι ἢ ἐν τῷ πρόσθεν βίῳ. quæ locutio tam enuntiativè, quam interrogativè proferri poteſt. *Imperativo* modo juncta particula μὴ ἀπαγορευτικὸν eſt. Ariſtoph. μὴ φρόντιζε μηδὲν ὦ 'γαθὲ: & alibi, καὶ μὴ δέδιθι, οὐ γάρ ἐστιν ἐξεικασμένος. In quo ſenſu *ſubjunctivo* etiam jungitur, μὴ ποιήσῃς. & ſubjungitur τῷ, οὐ, ut apud Ariſtoph. in Nebul. οὐ μὴ σκώψῃς ὥς περ οἱ τρυγοδαίμονες οὗτοι. Ubi οὐ cum accentu acuto, ſeorſum legitur. *Optativi* modi vocibus jungitur ἐν τοῖς ἀπευκτικοῖς λόγοις, ut μὴ γένοιτο. & cum *devovemus*, ſeu *malum aliquod ſub conditione nobis imprecamur*, more obſtinate jurantium, μὴ ἱκοίμην εἰς ὥρας εἰ τόδε τι εἶπον, ἢ ἐποίησα, vel εἰ μὴ ἐποίησα. Servit præterea Optativo cum *rem præteritam ut præſentem narramus*. Demoſth. ἐπειδή με μὴ πείθοιεν. quod ſi res præte-

Imperativo jungitur.

Subjunctivo,

Optativo.

rita, ut præterita narraretur, ἐπειδή με οὐκ ἔπειθον dictum eſſet. *Subjunctivo* modo *multifariam* jungitur hæc particula, nam & *per ſe*, & *verbo aliquo præcedente introducta*. *Per ſe*, *abſolute* ſubjunctivis non jungitur, niſi in ſenſu ἀπαγορευτικῷ, μὴ εἴπῃς, in quo ſenſu ſæpe verbum ſubticetur. ut apud Dinarchum, μὴ ὦ Ἀθηναῖοι μή. δεινὸν γὰρ καὶ αἰσχρόν. Ubi ſubjunctivi, vel certè Imperativi, aut etiam Optativi modi verbum ſubauditur. Hujusmodi locutio eſt apud Chryſoſt. μὴ, παρακαλῶ. in qua μὴ, non ad verbum παρακαλῶ, ſed ad aliquam ſupradictorum modorum vocem refertur. Sic in illa locutione, μὴ ὦ σῶτερ, μὴ ὦ ἐλευθέριε. μὴ ἀπευκτικῶς accipitur, ad vocem γένοιτο relata. *Deprecandi* etiam ſenſum habere dici poteſt locutio illa μὴ ὦ σῶτερ. ſicut etiam Dinarchi illa, μὴ ὦ Ἀθηναῖοι. Accipitur etiam perſe μὴ particula pro ἵνα μὴ *ſubjunctivo* juncta. ut apud Pauſaniam: τὰς δὲ ἀσπίδας ἐπαληλιμμένας εἶναι πίσσῃ μὴ ὁ χρόνος αὐτὰς λυμήνηται. ſic Iſæus: ἔδοξεν αὐτῷ διαθέσθαι τὰ ἑαυτοῦ μὴ ἔρημον καταλείπῃ τὸν οἶκον. quod ſi narrative diceretur de re præterita, καταλείποι *Optativi* voce diceretur.

Μὴ, etiam ἀντὶ τοῦ μήποτε ἀπορηματικῶς aliquando ponitur: Ariſtot. μὴ γὰρ ἐν τῷ

Subjunctivo, multifariam jungitur.

μὴ, pro ἵνα μὴ, cum Subjunctivo.

μὴ, pro μήποτε.

τῶν ἀδυνάτων ἢ πόλιν ἄξιον εἶναι καλεῖν τὴν φύσει δούλην, *neſcio an impoſſibile ſit.* in quo ſenſu ἐλλειπτικῶς accipitur: nam plenè & integrè verbis σκοπῶ, vel ὁρῶ, vel hujusmodi aliis tam in *Indicativo* modo quàm in *Imperativo* formatis ſubjicitur. Xenoph. ἐγὼ γάρ τοι ἀκούων τοῦ μὲν, ὅτι προύδωκεν αὐτὸν φίλος, τοῦ δὲ, ὅτι μνᾶν ἀντ' αὐτοῦ εἵλετο, σκοπῶ μὴ ἐπαγωγόν ᾖ ἀποδίδοσθαι. Galen in *imperativo* modo præcedens verbum formavit, ἐπισκέπτου μὴ τὸ σκιῤῥῶδες τοῦτο πάθος ἐν ταῖς μήτραις ᾖ. *Infinitivis* etiam jungitur repe itis ex ſupra affirmatis. in qua repetitione modo μὴ, modo, οὐ, optimi auctores uſurpant. Ariſtot. 2. Politic. πότερον πάντων βέλτιον κοινωνεῖν, ἢ τινων μὲν, τινῶν δ' οὔ; hic οὐ negativa uſus eſt negando nomen βέλτιον, cui adhæret verbum ἐστί. & ſic negatur tota propoſitio. ἢ οὐκ ἔστι βέλτιον κοινωνεῖν. Paulo ſupra μὴ κοινωνεῖν dixit in illis verbis, ἀνάγκη γὰρ ἤτοι πάντας πάντων κοινωνεῖν, ἢ τινων μὲν, τινῶν δὲ μή. hic ſolum infinitivum negatur. nomen ἀνάγκη cui adhæret verbum ἐστὶν, affirmativè repetitur. ut ſit, τινῶν μὲν ἀνάγκη ἐστὶ κοινωνεῖν, τινῶν δὲ ἀνάγκη ἐστὶ μὴ κοινωνεῖν. & ſic propoſitio remanet affirmata. ſolum κοινωνεῖν (quod eſt pars prædicati) negatur. In univerſum autem, *infinitivis non niſi verbo vel*

in Indicativo.

in Imperativo.

in Infinitivo.

*adverbio vel alia Orationis parte præcedente, apponitur*: ſine quorum aliquo præcedente, infinitivus modus conſiſtere non poteſt. totidemque modis negatur infinitivus μὴ particulæ adjumento, quot modis etiam affirmatur. εἶπεν ἔσεσθαι, εἶπε μὴ ἔσεσθαι. ὤμοσεν εἰπεῖν, ὤμοσε μὴ εἰπεῖν. Apponiturque ἐξ ἀνάγκης ubi negare infinitivum oportet.

Quando ἐκ περιουσίας; apponatur infinitivis?

Quod ſi verbum negativæ vel prohibitivæ facultatis præceſſerit infinitum, tunc μὴ infinito appoſitum, ἐκ περιουσίας apponitur. ut, ἠρνήσατο μὴ λαβεῖν. ſic ἀπαγορεύω μὴ ποιεῖν ἐκκλησίαν. apud Ariſtoph. κωλύω μὴ διαφθεῖραι. Item ſi verbum negatum præceſſerit, οὐ δύναμαι μὴ γελᾶν. Itidem ſi negatio vel privatio, vel prohibitio implicitè in verbo continetur, τί μέλομεν μὴ ποιεῖν; *quid ceſſamus agere?* eſt enim μέλλει idem quod ἀργεῖν. ſic ἀπιστῶ μὴ δυνήσεσθαι, propter vim privativam expreſſam.

μὴ, idem quod εἰ μή.

Μὴ, etiam præpoſitum πλαγιοις, idem valet quod εἰ μή. ut μὴ παρακρουσθέντων ὑμῶν. pro, εἰ μὴ παρεκρούσθητε. ſic apud Gregor. πᾶς γὰρ ἂν ὑπέστη ἢ συνέστη τόδε μὴ θεοῦ τὰ πάντα καὶ οὐσιώσαντος καὶ συνέχοντος; Ubi μὴ οὐσιώσαντος τοῦ θεοῦ. pro, εἰ μὴ ὁ θεὸς οὐσίωσε τὰ πάντα.

Participio præponitur.

Porro *participio* quoque præponitur hæc particula; cui vim ſui contrarii tribuit; ut τοῦτό ἐστιν ἀνδρὸς μὴ μεθύοντος. vel, τοῦτο

οὐκ ἔστιν ἀνδρὸς μὴ μεθύοντος. ut apud Platonem, καὶ τοῦ πράττειν οὐκ ἀνδρὸς μὴ μεθύοντος. Præponitur item, μετὰ, præpoſitioni: cui contrarii ſignificationem tribuit. eſt enim μὴ μετὰ, idem quod χωρὶς. ut apud Demoſthenem περὶ τῆς παραπρεσβείας: ἐξομόσασθαι μὲν οὖν μὴ μετ' αἰτίας τινὸς δεινὸν ἦν. id eſt, χωρὶς αἰτίας: ſic apud Ariſtot. ἀδύνατον μὴ ἐπιμελείᾳ διαπαντῶν ἐπιμελεῖς εἶναι τοὺς ἐφεστῶτας. nam μὴ ἐπιμελείᾳ, idem valet, quod μὴ μετὰ ἐπιμελείας, quod χωρὶς ἐπιμελείας ſignificat. Habet etiam vim *negative repetendi nomen quod ſupra affirmatum fuerit*; ut apud Platonem: κεῖνειν φύσιν φιλόσοφον καὶ μὴ, ſupple φιλόσοφον, ut ſit καὶ μὴ φιλόσοφον. idem alibi, καὶ ὥσπερ ὑπὸ τῶν πεττεύειν δεινῶν οἱ μὴ, ἀποκλείονται. ubi repetendum eſt nomen δεινοὶ, ut ſit, οἱ μὴ δεινοί. In quibus locutionibus *non* οὐ, *ſed* μὴ particula utuntur auctores, propter participium ſubaudiendum. ut in ſupradictis exemplis, φύσιν φιλόσοφον οὖσαν. καὶ μὴ φιλόσοφον οὖσαν & ὑπὸ τῶν ὄντων δεινῶν οἱ μὴ ὄντες δεινοὶ. ſic in εἰ δὲ μὴ, & in ἀλλὰ μὴ, & aliis hujuſmodi omnibus ſemper μὴ particula ex ſuperioribus aliquid repetit. ut de ſingulis loco proprio dictum invenies: his duntaxat, ex quibus & ex μὴ formales notæ evadunt. in quarum numero non eſt ponendum

Præponitur præpoſitioni μετὰ, & idem eſt, quod χωρὶς.

καὶ μή. quod fecit Budæus, qui proxime dicta Platonis καὶ μή vocibus, quaſi formalem notam conſtituentibus applicavit.

## Μήν.

*μὴν, adverſativa, pro ὅμως. Tamen, tametſi.*

Μὴν, particula, ut plurimum *adverſativa* eſt; niſi alicui alii particulæ ſubjiciatur: quamvis Budæus parum ſibi conſtans, modo pro γὰρ, & γοῦν, modo pro οὖν, accipi doceat. & quamvis animadvertat in exemplis, quæ affert, μὴν particulam ὅμως ſignificare, non tamen id affirmare audet. exempla ſunt, Πλάτων τοῖς Δίωνος οἰκείοις. εἰς Συρακούσας διεπορεύθην; ἴσως μὲν κατὰ τύχην, ἔοικε μὴν τότε μηχανωμένῳ τι τῶν κρειττόνων ἀρχὴν βαλλέσθαι τῶν νῦν πραγμάτων. *tametſi videtur Deorum aliquis*; & cetera. ſic alibi apud eundem, ἡμερώτερον μὴν τρίτον συγχωρῆσαι τούτοις δεῖν ἐπιθέσθαι τέχνην. *humanius tamen eſt hoc quoque tertium concedere.* Dicitur & ὅμως μὴν ἐκ παραλλήλου. quo Gaza uſus eſt. Qui locum illum Ciceronis de ſenectute, *Quæ tamen omnia dulciora fiunt*, ὅμως μὴν ταῦτα πάντα ἡδίω γίνεται, vertit.

*μὴν, quando παρέλκει.*

Cum autem μὴν alteri particulæ ſubjicitur, παρέλκει, vel certe adverſativam vim deponit, ut in τί μὴν interrogativo.

Adver-

Advertendum autem multum intereſſe, utrum particulæ alicui ſubjiciatur, au ſimpliciter apponatur. Cum enim vim ſuam ſupprimit, vel immutat, tunc ſubjici alicui dicitur, ut in τί μήν. Cum verò ſuam vim redinet, tum apponi, dicitur, ut in ἀλλὰ μὴν, οὐδὲ μὴν, καὶ μὴν, & non- ναὶ μὴν, ἦ
nullis aliis, de quibus ſingulis ſuo lo- μὴν.
co dicitur. Subjicitur etiam τῷ ἦ, καὶ τῷ ναὶ, particulis affirmandi: & fit ναὶ μὴν, & ἦ μὴν: in quibus μὴν, minime adverſandi eſt, ſed ipſum quoque affirmandi vim præ ſe fert.

### Μὴ γάρ.

Μὴ γὰρ, ex μὴ *prohibendi* & *abomi-* μὴ γὰρ. non
*nandi* ſigno, & γὰρ *cauſali* appo- nota forma-
ſitis conſtat: nec formalis nota eſt, lis.
quippe cum utraque particula ſuum officium præſtet. in quo aggregato γὰρ particulæ vis *cauſalis* perſpicietur, ſi μὴ in οὐ reducatur. Syneſius ἀλλὰ τόγε προαιρεῖσθαι τὰ βέλτιστα ὁ δαίμων οὐκ ἀφαιρήσεται. μὴ γὰρ δὴ καὶ τῆς γνώμης ἡμῶν κατισχύσειε. id eſt, *abſit enim ut propoſito quoque noſtro fortuna prævaleat.* Ubi ſi ſenſus ἀπευκτικὸς, in enunciationem traducatur hoc modo, οὐ γὰρ δὴ καὶ τῆς γνώμης ἡμῶν κατισχύσειν, γὰρ particulæ uſus manifeſtus erit. ſic alibi apud eundem, εἴσομαι γὰρ τὸ μηκέτι περαιτέρω προελθεῖν τὴν ἀσχημοσύνην ἡμῶν. μὴ

γὰρ

γὰρ εἴποιμι τῆς ἐκκλησίας. id eſt, *abſit enim ut Eccleſiæ turpitudinem dicam.* Ubi etiam ſi, οὐ γὰρ εἴποιμι, dixiſſet, γὰρ particulam non otioſam eſſe manifeſtum eſſet. ſic in illo Demoſth. τίς οὐχὶ κατέπτυσεν ἄν σου; μὴ γὰρ τῆς πόλεώς γε μηδ' ἐμοῦ. id eſt (ut recte Budæus interpretatur) *quis in caput tuum non deſpuiſſet? abſit enim ut civitatis vel meum caput dicam.* μὴ γὰρ in ſenſu ἀπευκτικῷ dixit: ac ſi οὐ γὰρ ἀποφατικῶς dixiſſet, quod attinet ad uſum γὰρ particulæ. Non igitur formalis nota eſt τὸ μὴ γὰρ, ſed duæ voces ſunt ſibi appoſitæ, quibus additur δὴ, ut in priori exemplo Syneſii. Additur & γε, licet non immediate, Ut in exemplo Demoſthenis, μὴ γὰρ τῆς πόλεώς γε. Μὴ γὰρ etiam præter μὴ particulæ vim dubitativam, *dubitativè decernendi ſenſum* habet indicativi verbo junctum. Ariſtot. μὴ γὰρ οὐ μάτην πρὸς τὴν αὐτὸν αὐτὸς ἔχει φιλίαν ἕκαστος. Patet autem ex indicativi verbi natura, in affirmandi ſenſu hujusmodi locutiones fieri. Notandum autem non formalem notam eſſe τὸ μὴ γὰρ in prædicto Ariſtotelis loco, ſed γὰρ, ad cauſæ redditionem ſpectare. Vide μήποτε.

[Margin: μὴ γὰρ δὴ, μὴ γὰρ γε.]

[Margin: μὴ γὰρ, dubitative decernendi ſenſum habet.]

Μὴ

## Μὴ δῆτα.

Μὴ δῆτα. duæ voces ſunt ſibi appoſitæ. quarum μὴ *prohibentis* eſt, δῆτα *aſſeverandi.* Quare non ut formalis nota habendum eſſet μὴ δῆτα, ſicut nec ȣ̓ δῆτα. Ariſtoph. φέρε νυῦ ἐγὼ τῶν ἔνδοθεν καλέσω τινά. καρ. μὴ δῆτα, ἐγὼ γὰρ αὐτὸς ἐξελήλυθα. Ubi μὴ δῆτα vox, *prohibitio eſt cum affectu aſſeverandi*, quemadmodum ȣ̓ δῆτα *negatio cum aſſeveratione.* Interdum μὴ, ἀπευκτικὸν eſt, id eſt, *abominandi* cum ſupradicto affectu. Demoſth. μὴ δῆτ᾽ ὦ πάντες θεοὶ μηδεὶς τȣ̃θ᾽ ὑμῶν ἐπινέυσειε, Ubi μὴ δῆτα, pro *Dii avertant*, vel *Dii prohibete*, dictum eſt. Nec ideo ut formalis nota habendum eſt hoc aggregatum μὴ δῆτα. cum utraque particula ſuam propriam ſignificationem retineat. Nam illas formales notas eſſe dicimus, in quibus conſtituentes voces ſingulas, aut omnes, aut certe una quæpiam ſuam ſignificationem quadamtenus immutat, vel omnino deponit.

μὴ δῆτα, prohibitio cum affectu aſſeverandi.

μὴ δῆτα. *Dii avertant, Dii prohibete.*

## Μὴ ὅτι.

Μὴ ὅτι, pro ȣ̓ μόνον, id eſt, *non ſolum*, accipitur. cui reſpondet ἀλλὰ *adverſativa*, aut ſola ſi affirmare verbum

μὴ ὅτι, pro ȣ̓ μόνον, *non ſolum.*

verbum oportet; aut ὐδὲ negationi juncta, ſi negare opus ſit. Plato in Apologia. οἶμαι ἂν μὴ ὅτι ἰδιώτην τινὰ, ἀλλὰ τὸν μέγαν βασιλέα εὐαριθμήτους ἂν εὑρεῖν. Hic affirmatur verbum οἶμαι; ut ſit, οἶμαι μὴ μόνον ἰδιώτην τινὰ, ἀλλὰ τ̀ μέγαν βασιλέα εὑρεῖν ἂν &c. Alibi negatur verbum, & ſic τὸ ἀλλὰ, οὐδὲ, negationi jungitur. ut apud Ariſtidem: μὴ ὅτι τῇ ἰδίᾳ μεταςάντων, ἀλλ' οὐδὲ τῇ κοινῇ. Et hinc fit ut modo, *non ſolum*, modo, *non ſolum non*, vocem hanc ſignificare dicat Budæus. Interdum etiam in poſteriore parte ambitus collocatur vox μὴ ὅτι, & tunc ἀλλὰ particula, quæ ipſi debetur, non habet locum in priore parte, niſi convertatur locutio. Plato Dionyſio, ἐγὼ ὐδὲ ἀνθρώπῳ μὴ ὅτι δὴ θεῷ παρακελευσαμένῳ ἂν δρᾷν τοῦτο. ſic Gregor, τὸ δὲ πῶς γεγένηται, οὐδὲ ἀγγέλοις ἐννοεῖν μὴ ὅτι γε σοὶ συγχωρήσομεν. Quæ locutiones ſi convertantur, habebit locum τὸ ἀλλά. Patet etiam ex his exemplis γε & δὴ particulas, voci huic adjungi ſolere. Interrupta etiam γὰρ particulæ interpoſitione invenitur vox μὴ ὅτι, apud Galenum; qui μὴ γὰρ ὅτι, dixit, pro, μὴ ὅτι γάρ.

μὴ ὅτι, modò eſt: *Non ſolùm*, modò, *Non ſolùm non*.

μὴ ὅτι γε, μὴ ὅτι δὴ, μὴ ὅτι γὰρ.

Μὴ ὐ, & Μὴ ὐκ.

μὴ οὐ, μὴ οὐκ, μὴ ὐχὶ,

Μὴ ὐ, & μὴ ὐκ, ſi vocalis ſubſequatur, quod & μὴ ὐχὶ, dicitur. vox

eſt

eſt in qua οὐ negatio apponitur μὴ particulæ *ad verbum aliquod negandum, quod alioqui per ſimplicem μὴ particulam non negaretur.* Cum igitur verbum δέδοικα, vel φοβοῦμαι, vel aliud his συνώνυμον præceſſerit μὴ dubitandi particulam, verbumque aliud ſubſequatur, quod negare opus ſit, neceſſe eſt μὴ particulæ negativam οὐ, ſociare. Philoſtr. δέδοικα μὴ οὐδ' ἡσυχίαν ἤγαγεν, ἀλλ' ἠνώχλει καθεύδοντι. quæ dubitatio in negativum ςοχασμὸν reſolvitur: ac ſi dixiſſet, *ſuſpicor ipſum non quieviſſe, ſed dormienti moleſtum fuiſſe.* Id latine ita redderetur: *Vereor ne non quieverit, atque adeo ne dormienti moleſtus fuerit.* Secus ſi deſit οὐ negatio, dubitativa locutio in affirmativum ςοχασμὸν reſolvitur. ut in illo Demoſth. καὶ τὸ χρόνον γεγενῆσθαι μετὰ τὴν πρεσβείαν πολὺν, δέδοικα μὴ λήθην ὑμῖν ἐμπεποιήκει. *Quodque multum temporis interceſſerit, vereor ne oblivionem vobis induxerit.* quod perinde valet, ac ſi dixiſſet, *ſuſpicor vobis oblivionem induxiſſe.* Præterea ſi negatum verbum vel nomen, vel certe negationem aut privationem, aut prohibitionem implicite in ſe continens præceſſerit, ſequaturque infinitivus, tunc οὐ negatio pene otioſa, μὴ particulam comitatur.

tur. Xenoph. οὐδεὶς ἀντιλέγει μὴ οὐ λέξειν ὅ, τι ἕκαστος ἡγεῖται πλείστου ἄξιον ἐπίστασθαι. Ubi μὴ οὐ, *quominus* ſignificat : *Nullus contradicit quominus quisque dicturus ſit.* Lucian. οὐδεμία μηχανὴ μὴ οὐκ ἀμβλύτερον δεδορκέναι τῶν ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον. *nullo pacto fieri poteſt quin alter oculus obtuſius cernat.* Plato, οὐ ῥᾴδιον πολλὰ κακὰ δρῶντα τοὺς ἄλλους, μὴ οὐχὶ καὶ πάσχειν. *difficile eſt quin is qui multis malis alios affecerit, ipſe quoque mala multa patiatur.* Item alibi, οὐ γάρ ἐστι τὰ γραφέντα μὴ οὐκ ἐκπεσεῖν. *fieri non poteſt quin ſcripta aliquando excidant*, id eſt *in manus hominum veniant.* ſic apud Syneſium : ὁ γὰρ προστυχὼν καὶ κερδάνας νόμους ἀδραστείας αἰδέσεται μὴ οὐχὶ μικρόν τι μέρος ἀποδάσασθαι τῷ χαρισαμένῳ πολλαπλάσια : id eſt, *divinam verebitur ultionem, niſi parvam quandam portionem impertierit ei qui multa donaverit.* Quod αἰδέσεται μὴ ἀποδάσασθαι dici poterat, id eſt, *verebitur non impertire.* Nam verbum αἰδεῖσθαι, negationem implicitè continet, quamobrem & conſtructionem hanc ſuſcipit. Quippe cum αἰδεῖσθαι, id eſt *vereri*, idem valeat quod μὴ θαῤῥεῖν, id eſt *non audere.* ſic Lucianus verbum διαφέρειν, pro δεῖν, & ἐλλείπειν uſurpavit, ſimilemque conſtructionem ipſi tribuit, cum dicit,

μόνῃ

μόνῃ τῇ μορφῇ διαφέρουσι μὴ ὀχὶ πρόβατα εἶ). ac ſi dixiſſet, μόνῃ τῇ μορφῇ ἐλείπουσι μὴ ὀχὶ πρόβατα εἶ). quod ἐλείπουσι τῦ πρόβατα εἶναι, planius diceretur. id eſt *ſola forma & imagine differunt ſeu diſtant quominus pecora ſint.* Quæ quidem vocis hujus vis & ſignificatio patet, cum verbis expreſſam negationem continentibus, adjungitur. Ut in illo Ariſtidis: οὐκ ἀναίνεται μὴ κοσμεῖν: *non abnuit quin ornet.* ſic Aeſchines, ſi recte memini, οὐκ ἀρνοῦμαι μὴ οὐκ ἐρωτικὸς γεγονέναι. Cohæret etiam *participiis* propoſita vox, & idem valet quod εἰ μὴ, id eſt, *niſi.* Lucian. οὐκ ἂν ἀξιόπιστος εἴην λέγων μὴ αὐτὸς πρότερον φανεὶς οἷος εἰμί. Ubi μὴ φανεὶς, pro εἰ μὴ φανείην, dictum eſt. Jungitur etiam *dativo nominum* vox hæc apud Demoſth. αἵτε πόλεις πολλαὶ καὶ χαλεπαὶ λαβεῖν αἱ τῶν Φωκέων μὴ οὐ χρόνῳ καὶ πολιορκίᾳ. Ubi οὐ, plane otioſum eſt: Idem enim præſtaret per ſe μὴ particula. eſt enim μὴ χρόνῳ, idem quod μὴ μετὰ χρόνου. Ut in illo Ariſtot. ἀδύνατον μὴ ἐπιμελείᾳ δεσποτῶν ἐπιμελεῖς εἶ) τοὺς ἐφεστῶτας. Ubi μὴ ἐπιμελείᾳ, itidem pro μὴ μετὰ ἐπιμελείας dictum eſt. ut Demoſth. alibi dixit, ἐξομόσασθαι μὲν δὴ μὴ μετ' αἰτίας τινὸς δεινὸν ἦν. quod idem valet, quod χωρὶς αἰτίας. ut ſupra dictum eſt, cum de μὴ particula ageretur. Reſtat animadver-

μὴ οὐ, cohærens participiis, idem quod εἰ μὴ, i. e. *Niſi.*

jungitur Dativo Nominum.

madvertendum, Budæum homonymia deceptum, hanc eandem ſignificationem tribuiſſe μὴ οὐ, vocibus, apud Ariſtot. 2. Politic. μὴ γὰρ οὐ μάτην τὴν πρὸς αὐτὸν αὐτὸς ἔχει φιλίαν ἕκαστος. ἀλλ' ἔστι τοῦτο φυσικόν. Ubi τὸ μὴ οὐ, cum dubitandi nota ſit, & pro μήποτε οὐ, accipiatur; ipſe *nequaquam* ſignificare docet, verbaque illa Ariſtotelis ſic vertit: *minimè vero temerarium eſt quod accidit, ut ſibi ſit unusquisque commendatus.* cum tamen μὴ οὐ μάτην, *ne non fruſtra* vertendum eſſet, ſupplendo verbum *vide*, vel aliud hujusmodi, ut mox dicetur de μήποτε.

Μήποτε.

μήποτε, decernendi vim habet.

Μήποτε, formalis nota *dubitativè decernendi vim* habet. In qua ποτὲ, pene otioſum eſt. Cum per ſe quoque μὴ particula, idem valeat, quod μήποτε *dubitandi* nota. ut apud Ariſtotelem, μὴ γὰρ οὐ μάτην τὴν πρὸς αὐτὸν αὐτὸς ἔχει φιλίαν ἕκαστος. Præſupponit autem nota hæc verbum aliquod ſubintelligendum, puta ὅρα, vel σκόπει, vel aliud hujusmodi: referturque modo ad verbum *indicativum*, modo ad *ſubjunctivum*: Quo verbo ſive indicativi, ſive ſubjunctivi modi, ſi *negare* opus ſit, additur οὐ particula. Theopraſt. ἀλλὰ μήποτε οὐ τοῦτο ᾖ τὸ αἴτιον ἀλλὰ

ἀλλὰ τὸ προειρημένον. *at videndum eſt ne non hæc cauſa ſit.* Idem ſine negatione ſubjunctivo uſus eſt, ἀλλ' ὃ λέγουσιν οἱ πολλοὶ διότι τὸ κερασβόλον ἀτέραμνον γίνεται, μήποτε ἄγαν εὐήθες ᾖ. id eſt, *Nam quod vulgus hominum putat legumen quod cornu tetigerit, coctu difficile eſſe, videndum ne valde fatuum ſit.* Indicativo etiam junctum reperitur. Athen. μήποτε δὲ δεῖ γράφειν ἀντὶ Ανθείας Α'ντειαν. *Videndum ne pro Anthea, Anteam ſcribendum ſit.* Sic Ariſtot. μήποτε δὲ οὐ καλῶς τοῦτο λέγεται. & Syneſ. μήποτε δὲ τοῦτο καὶ πρὸς ἐκείνας αὐτοῦ τὰς ἀρετὰς συντελεῖ.

Eſt etiam μήποτε, æquivoce ἀπευκτικόν. in quo ποτὲ ſuam exercet ſignificationem. Gregor. μήποτε τοσοῦτον ἀμελήσαιμεν ἢ ἀρετῆς, ἢ τοῦ φιλικοῦ καθήκοντος. Ubi μήποτε ἀμελήσαιμεν, pro μὴ ἀμελήσαιμεν ποτὲ, id eſt, *abſit ut unquam negligamus aut virtutem aut amici officium.* μήποτε, *Abſit.* ἀπευκτικόν.

Μήποτε, etiam pro οὐδέποτε, præcedente οὐδεὶς nomine, & ſimpliciter οὐ negatione, *futurum* reſpicit, οὐ μήποτε ποιήσω, pro οὐδέποτε. ſic Demoſth. καὶ οὐδεὶς μήποτε εὕροι τὸ κατ' ἐμὲ οὐδὲν ἐλλειφθέν. pro, οὐδεὶς ποτε εὕροι. & Plato in Critone, χωρὶς τοῦ ἐστερῆσθαι τοιούτου ἐπιτηδείου οἷον οὐδένα μήποτε εὑρήσω. Quod neſcio an *præterito* jungeretur; puta μήποτε, pro οὐδέποτε. futurum reſpicit.

οὐδένα μήποτε εὕρηκα, certe ſi ſine præcedente negatione diceretur, tunc μήποτε, ἀπευκτικὸν eſſet.

## Μήτι.

μήτι, *Ne dum. Non modò.* interdum *Multo magis*, interdum *Multo minus.*

μήτιγε & μήτι δή.

Μήτι, *ne dum*, *non modo*: ex μὴ, & τι, formalis nota eſt, in qua nomen τι, prorſus otioſum eſt; ſignificatque alias, *multo magis*, alias, *multo minus*, pro ratione argumenti. Dicitur plerumque cum particulis γε & δὴ, ſeorſum: μήτιγε, & μητι δή. Plato Dionyſio: ἐγὼ δὲ καὶ ἐν τοῖς θεάτροις ὁρῶ τοὺς ἀγωνιστὰς ὑπὸ τῶν παίδων παροξυνομένους μήτι δὴ ὑπό γε τῶν φίλων, *non modo ab amicis.* Hic *multo magis* ſignificat. eſt enim argumentum, *ſi à pueris excitantur, multo magis ab amicis extitari debent.* Hunc ſenſum tribuit Damaſc. huic particulæ in verbis Dionyſii Areopag. ab ipſo citatis: αἱ τῶν ἁγίων προσευχαὶ, καὶ κατὰ τὸν τῆδε βίον, μήτιγε μετὰ θάνατον ἐνεργοῦσι. ſubjungit enim: τὸ δὴ μήτιγε πάντως ἐνταῦθα τὸ πόσῳ μᾶλλον ὑποληπτέον. Demoſth. ἀλλ' οὐδὲ καθ' αὐτὸν στρατιώτης οὗτος οὐδενὸς ἔστ' ἄξιος, μήτιγε τῶν ἄλλων ἡγεμὼν: *ne dum aliorum ductor.* Hic, *multo minus*, valet. *ſi per ſe ne miles quidem habendus eſt, multo minus dignus qui aliis imperet.* Invenitur etiam cum

cum ambabus ſupradictis particulis junctim, μήτιγε δή. Demoſth. οὐκ ἔνι δ' αὐτὸν ἀργοῦντα οὐδὲ φίλοις ἐπιτάττειν, μήτιγε δὴ τοῖς θεοῖς. Ubi etiam, *multo minus*, ſignificat: *ſi amicis non licet imperare, multò minus ipſis Diis.* μήτιγε δή.

Μήτι autem, & μήτις, cum *interrogative*, tum etiam *prohibitive*, vel *dubitative* acceptum, aliud quam ſupradictum μήτι ſignificat: cum in hoc, nomen τι ſuam ſignificationem retineat. Gregor. μήτι τοιοῦτον μυσταγωγοῦσιν ἕλληνες; *num tale quid gentiles in ſuis ceremoniis habent?* Ubi μὴ per ſe *interrogandi* officium præſtat. τι autem nomen *infinitum* eſt, & ſuam habet ſignificationem. Quod patet ex eo quod in obliquis etiam ſuis caſibus μὴ particulæ jungitur, μήτινος, μήτινι &c. Sic apud Lucian. ἀριθμήσω αὖθις τὸ χρυσίον, μήτι με πρώην διέλαθε. ſic μήτις *numquis*. Lucian. μήτις ἄλλος τοῦτο γνωρίζει; μήτινος ἄλλου τοῦτο ἦν; Quam homonymiam & diverſam μήτι vocis naturam & conſtitutionem, neſcio an Budæus animadverterit. μήτι, & μήτις.

Μήτοιγε.

Μήτοιγε: VOX ἐκ τοῦ μὴ ἀπαγορευτικοῦ, καὶ τοῦ γε, μειωτικοῦ conſtat, inter- μήτοιγε, deprecantis & abominan-

tis eſt, ut μή γε δὴ, i. e. *Non quidem.*

terpoſita τι particula, ut in μήτοι ποτὲ, pro μήποτε: quod *deprecantis* eſt, & *abominantis* apud Syneſ. ἀλλὰ μήτοι ποτὲ διάπειραν λάβοιμι. In quibus τι particula quamvis *affirmandi* vim habeat, & pro δὴ accipiatur, tamen non magis ad hoc præſtandum, quàm ad *ornatum*, & *orationis explementum* recipitur. Xenoph. διπλῆν ἡμῖν δίκαιον καὶ πλὴν εὐωχίαν παρέχειν, μὰ δί' ἔφη μήτοιγε ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Ubi μήτοιγε, perinde valet ut μή γε δὴ, iſt eſt *non quidem uno die.* ut ſit ſenſus, *minime æquum eſt duplas epulas præbere uno duntaxat die.* Sic dictum eſt illud, εἰδὲ μὴ, μήτοιγε νομίζειν πολεμίοις, *ſin minus, certe non hoſtium loco habere.* Interrumpitur autem interdum hoc aggregatum quarundam vocum interpoſitione. Plato, ὁμήρου δεησόμεθα μὴ τοὺς θεοὺς ποιεῖν ὀδυρομένους, εἰδ' οὖν θεοὺς μήτοι τόν γε μέγιςον τῶν θεῶν, id eſt, ut recte Budæus interpretatur, *Quod ſi Deos hoc modo lamentantes facturus eſt, ne ſaltem Deorum maximum.* Sic prorſus Ariſtot. ἐὰν δ' ἄρα τινὰ δέῃ ποιῆσαι, μήτοι τόν γε τὸ ἦθος θρασύν. Syneſ. σὺ δὲ μηδέποτε πλεύσειας. εἰ δέποτε δέησοι, ἀλλὰ μήτοι φθίνοντός γε μηνὸς; *id eſt quod ſi quando oportebit, ac certe vide ne ſub finem menſis.*

CAPUT

# CAPUT XV.

## De Particulis Μόνον οὐ, & Μόνον οὐκ, ναὶ, νὴ δία, νιῦ δέ.

Μόνον οὐ, & μόνον οὐκ, ſi vocalis ſubſequatur, quod & μονονουχὶ ſub uno accentu dicitur, *propè, propemodum, pene dicam,* & *ferme*, ſignificat. totidemque modis conſtruitur, quot οὐ negativa. ex qua conſtat, μόνον οὐκ ἠπείλησε, μόνον οὐκ ἀπειλήσας. Quæ vox latine etiam, *tantum non*, & *ſolum non*, dicitur à quibusdam, ut annotavit Budæus. Ut apud Livium: *& cum hoſtes tantum non acceſſierint.* μόνον οὐ μετεπέμψαντο. Sic Terentius: *tantum non montes auri pollicens.* μόνον οὐκ ὄρη χρυσοῦ ὑπισχνούμενος. Quorum verborum ſenſus eſt, *alia omnia pollicitum eſſe, tantum hoc defuiſſe, quod montes auri non eſt pollicitus.* ſic in univerſum per vocem hanc *omnia adeſſe ſignificamus, unum tantum aliquid abeſſe vel deeſſe.* ut cum dicimus, μόνον οὐκ ἐπάταξεν. alia omnia *feciſſe* ſignificamus, *hoc uno excepto, quod non percuſſit.* & hac ratione ut *pænè*, & *ferme* exceptivum, ſeu excluſivum eſt, & *diminuendi* ſenſum habet.

μόνον οὐ, μόνον οὐκ. μονονουχὶ. *Propè, propemodum, pene dicam, fermè, tantùm non, ſolum non.*

## Μῶν.

Μῶν, *An*, *Num*, *nunquid*.

Μῶν, *an*, *num*, *nunquid*, *interrogationis miſtæ* ſignum, *Indicativo* jungitur. ut μὴ in eadem ſignificatione acceptum, ut ſupra dictum eſt. Unde veriſimile fit quod dicunt Grammatici, μῶν à μὴ & οὖν, fieri κατὰ κρᾶσιν.

μῶν μὴ.

Μῶν μὴ, etiam dicitur ἐκ παραλλήλου, pro eodem: μῶν μὴ δοκεῖ ἐνδεῶς λέγεσθαι; *nunquid diminute dictum videtur?* Ubi μὴ nihil negat. Nam ubi

μῶν οὐ.

negare opus eſt, οὐ particula τῷ μῶν additur. Ariſtoph. μῶν οὐ κέκλοφας; ἀλλ' ἥρπακας. *nunquid non furatus es?* Euripid. μῶν οὐκ ἀνακαλύψω βλέφαρον; *nunquid non detegam oculos?*

## Ναὶ.

Ναὶ, *Ita*, *Etiam*.

Ναὶ, quam particulam Latini quoque à Græcis mutuati videntur; per ſe, pro *Ita*, & *Etiam*, *affirmativum* adverbium eſt; quo utimur cum dubitantem certiorem reddimus, aſſeverantes aliquid: vel cum interroganti concedimus, & aſſentimur. quod etiam per verbi in interrogatione recepti repetitionem facimus: ut, ἦ καὶ δίδως μοι ὦ πάππε ταῦτα; ἐγώ σοι ὦ παῖ δίδωμι. Præpoſitam μὰ particulæ, fit

ναὶ μά.

ναὶ μά, cum *affirmationem jurejurando con-*

*do confirmamus*, ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον. quemadmodum οὐ μὰ *negatio eſt cum jurejurando*, οὐ μὰ τὸν Ἀπόλλωνα. Eſt etiam per ſe affirmativum: ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα γέρον κατὰ μοῖραν ἔειπες. Et *adjurantis* ſeu *cum adjuratione obſecrantis*. ut apud Ariſtoph. οὐκ ἂν διδάξαιμί σ' ἔτι: στρεψ. ναὶ πρὸς τῶν θεῶν. Ubi verbum δίδαξον ſupplendum eſt. Servit etiam *objectionibus* ἀλλὰ particula ſubſequente. Demoſth. ναί φησιν ἀλλὰ τὸ τοῦ Κεφάλου καλόν. ſic Aeſchin. ναὶ ἀλλ' ἀντιδιαπλέκει πρὸς ταῦτα. Præponitur etiam particulæ μὴν itidem affirmativæ: & fit, ναὶ μὴν. ut ἦ μὴν. Ut de μὴν particula dictum eſt. Apud Latinos particula *Næ*, paulo aliter videtur, quam apud Græcos uſurpari. nam, ut cetera taceam, ſolet cum *pronomine* aliquo jungi. Cic. in Ant. Phil. 2. *Næ tu ſi id feciſſes, melius famæ, melius pudicitiæ tuæ conſuluiſſes.*

ναὶ. adjurantis, ſeu cum adjuratione obſecrantis.

Objectionibus ſervit, ſubſequente ἀλλά.

ναὶ μὴν, ut ἦ μήν.

## Νὴ Δία.

Νὴ δία: idem valet, quod ναὶ μὰ δία. & eſt vox *affirmantis* & *annuentis*, ſeu *conſentientis*, & *adſtipulantis*. ut ναί. Xenoph. primo παιδείας: ἦ καὶ δίδως μοι ὦ πάππε ταῦτα; νὴ δία ἐγώ σοι ὦ παῖ φάναι τὸν Ἀστυάγην. In cujuſmodi ſtipulationibus ſuperioris verbi vocem

Νὴ δία, idem quod ναὶ μὰ δία. vox affirmantis.

 analo-

analogam repræſentat vox νὴ δία, ac ſi dixiſſet Aſtyages ille apud Xenophontem, ἐγώ σοι ὦ παῖ δίδωμι. Uſurpatur etiam interdum pro *ſimplici jurandi nota*, ſine affirmationis qualitate: ita ut negationi jungatur in reſponſione negativa. ut apud Ariſtophanem in Avibus. Ubi interrogatus quidam ab Hercule, ἐμοὶ δ' ἄρ' οὐδ' ἐν τῶν πατρῴων χρημάτων μέτεστι; reſpondet, οὐ μὲν τοι νὴ δία. Ubi νὴ δία, pro pura jurandi nota accipitur: ac ſi dixiſſet, οὐ μὲν τοι μὰ δία. Non ſolum autem ad certas ac definitas, ſed etiam ad *vagas interrogationes*, ὑποφορικῶς adhibetur. ut apud Demoſth. τί ἔμελλον κελεύειν, ἢ τί συμβουλεύειν; ad quæ ipſemet auctor ὑποφορικῶς quaſi ex alterius perſona reſpondet, μνησικακῆσαι νὴ δία. quam tamen reſponſionem cum indignatione prolatam ipſe reprobans ſubjicit, καὶ τίς οὐκ ἀπέκτεινέ με δικαίως; Hac eadem loquendi forma uſus eſt ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην: ἣν δὲ τοῦτο τίς ἐρωτᾷ, τί πρὸς θεῶν ἐροῦμεν; ὅτι νὴ δία ἦσαν τινὲς τῶν εὑρημένων τὴν ἀτέλειαν ἀνάξιοι. Superiora verba illa Demoſthenis, τί ἔμελλον κελεύειν, ἢ τί συμβουλεύειν; &c. ſic tranſtulit Budæus: *quid tunc ipſam hortari, quid auctor ipſi eſſe debui? ſcilicet cenſere debui ut iis ad animum revocatis, quæ in ſe admiſſa eſſe*

interdum eſt ſimplex jurandi nota.

*eſſe meminiſſet, offenſo animo cum illis ageret, qui tunc ſalutis ſuæ ſubſidium poſtulabant?* Illa vero πρὸς Λεπτίνην, idem ſic tranſtulit: *quod ſiquis nos roget, quid tandem reſpondebimus? quod nonnulli (credo) qui immunitatem civitatis beneficio conſecuti erant, indigni eo munere inventi ſunt.* Hujuſmodi autem locutiones pronunciatione adjuvandæ ſunt, ad objectionis infirmitatem indicandam. Et hoc eſt, quod dicit Budæus vocem νὴ δία *ironiæ* vim habere: cum potius dicendum eſſet νὴ δία *objectionibus* inſervire. quæ tamen interdum ironice proferuntur. Nam & ſine ironia ὑποφορικῶς accipitur vox νὴ δία. ut alibi apud Demoſth. de Phocenſibus. οὐκοῦν οὐδὲν αὐτοὺς ἀπολωλέναι κωλύει. quam poſitionem ὑποφορικῶς quaſi ex alterius perſona confirmat, νὴ δία κακοδαιμονοῦσι γὰρ ἄνθρωποι καὶ ὑπερβάλλουσιν ἀνοίᾳ. Cum tamen hypophoram hanc ipſe mox reprobet, cum pergit πάνυγε. ἀλλ' ὅμως αὐτοὺς σῶς εἶναι δεῖ. συμφέρει γὰρ τῇ πόλει. Niſi forte hoc quoque loco contendat aliquis hypophoram ironice adhiberi: quod non ex animo ipſam adferat auctor, ſed ad vim ejus infirmandam. Sic idem alibi: νὴ δί' οἱ νέοι γὰρ ἡμῶν διὰ ἐκεῖνον ἔσονται τὸν ἀγῶνα βελτίους. Fiunt autem ſupradictæ objectiones omnes

objectionibus inſervit. & Ironiæ vim habet.

omnes quaſi ex perſona adverſarii, quas oratores adducunt ut ipſas refellant, & idcirco ironice dici videntur. Introducunt autem objectiones ſive ex propria dicentis perſona, ſive ex perſona adverſarii, conceſſionis ſigno præcedente. qualia ſunt ναὶ, & νὴ δία. quæ idcirco ad objectiones formandas concurrere dicuntur; tametſi ſine ipſis etiam formari poſſint. Ναὶ pro νὴ δία utitur Demoſthenes in objectione: ναὶ φησὶν, ἀλλὰ τὸ τοῦ Κεφάλου καλὸν τὸ μηδεμίαν γραφὴν φυγεῖν: hoc eſt, *at enim inquit pulchrum illud Cephali* &c. Conceſſione itaque utuntur, ut poſtea inferant inſtantiam vel retorſionem. & idcirco plerumque poſt hujusmodi conceſſionis ſigna ſequitur adverſativum ἀλλά. Demoſth. νὴ δί' ἀλλ' ὅπως ἔτυχε ταῦτα τὰ γράμματα ἕστηκε. Cui hypophoræ reſpondet, ἀλλ' ὅ τις ἔστης ἱερᾶς τῆς ἀκροπόλεως παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν ἕστηκε. Sic alibi idem, νὴ δί' ἀλλ' ἀδίκως ἦρξα. ad quæ reſpondet, εἶτα παρὼν ὅτε με εἰσῆγον οἱ λογισταὶ διὰ τί οὐ κατηγόρεις; Cum igitur objectiones hujusmodi afferant oratores, ut ipſas evertant, cauſas etiam nonnunquam afferunt, ut cauſas quoque ipſas poſtea elevent. Ut in ſuperioribus exemplis, νὴ δία. κακοδαιμονοῦσι γὰρ ἄνθρωποι. & reliqua. & in illo, νὴ δί' οἱ νέοι γὰρ ἡμῶν δι' ἐκεῖνον ἔσονται

ναὶ, pro νὴ δία.

τὸν

τὸν ἀγῶνα βελτίους. Præponitur etiam ἀλλὰ voci νὴ δία, in objectionibus, & fit, ἀλλὰ νὴ δία. quod non parum differt ab hoc νὴ δί' ἀλλά. Ut dictum eſt ubi de ἀλλὰ νὴ δία agitur. ἀλλὰ νὴ δία.

## Νῦν δέ.

Νῦν δὲ, *nunc autem*, ad aliquid de præterito tempore dictum refertur. ut πρότερον μὲν οὕτως, νῦν δὲ &c. ſæpe tamen ſine illo reſpectu præteriti, *adverſative* accipitur pro ἀλλά, vel ἀλλὰ γὰρ, vel ἀλλ' ὅμως. Iſocr. in Panegyr. de Principibus civitatum ſui temporis, ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς ἁπάντων ἀφεμένους τῶν ἄλλων, περὶ τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμου εἰσηγεῖσθαι καὶ συμβουλεύειν. νῦν δὲ οἱ μὲν ἐν ταῖς μεγίσταις δόξαις ὄντες, ἐπὶ σμικροῖς σπουδάζουσιν ἡμῖν δὲ &c. & paulo infra: ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς εἴτ' ἐδόκει τὴν ἑαυτῶν ἔχειν ἑκάστους, εἴτε καὶ τῶν δορυαλώτων ἐπάρχειν, ἔντι τούτων ὁρισαμένους καὶ κοινὸν τὸ δίκαιον ποιησαμένους, οὕτω συγγράφεσθαι περὶ αὐτῶν. νῦν δὲ τῇ μὲν ἡμετέρᾳ πόλει καὶ τῇ λακεδαιμονίων οὐδεμίαν τιμὴν ἀπένειμαν. ex quibus patet diverſum quiddam poni quam quod ſuperius proponebatur. & in Plataico, ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς ἐπειδὴ πείθειν τὴν πόλιν ἡμῶν οὐχ οἷοί τε ἦσαν, συντελεῖν μόνον εἰς τὰς Θήβας ἀναγκάζειν. νῦν δὲ φανεροὶ γεγόνασιν οὐ τοῦτο διαπράξασθαι

νῦν δὲ, *nunc autem*.

adverſativè, pro ἀλλὰ, vel ἀλλὰ γὰρ, ἀλλ' ὅμως.

δῆαι βυληθέντες. In quibus negari quod ſupra ponebatur, manifeſtum eſt.

# CAPUT XVI.

## De ὁ articulo pro οὗτος pronomine accepto. de ejus compoſitis, & aliis quibusdam.

ὁ, pro οὗτος, pronominis ſignificationem induit.

O' articulum pro οὗτος *pronomine* acceptum, non *relativi* ὅς vicem gerere, ſed *per ſe pronominis ſignificationem induere*, ex eo apparet, quod τῦ, & τῷ, & τὸν, obliqui, qui eandem enallagem recipiunt, non ex relativo ὅς, ſed ex protactico, ὁ, manant. τῦ namque *genitivum*, pro τούτυ, & τῷ *dativum* pro τούτῳ, & τὸν *accuſativum* pro τοῦτον accipi videmus. ut, τῦ γὰρ πέσεν ἄγχι μάλιστα. τῷ δ' ἐπὶ Τυδείδης ὦρτο. τὸν δ' ἂρ ὑπόδρα ἰδών. Et quamvis relativi etiam articuli voces in pronominis ſignificationem tranſeant, ut ὅς ſæpe apud Platonem, pro οὗτος, vel ἐκεῖνος, & obliqui οὗ, ᾧ, ὅν, pro analogis οὗτος, vel ἐκεῖνος pronominis caſibus, vel potius pro τινὸς | τινὶ τινὰ indefiniti nominis, vel ἄλλου ἄλλῳ ἄλλον, indefiniti tidem caſibus accipiuntur. ut | ὃν μὲν ἔδειραν, ὃν δὲ ἀπέκτειναν, ὃν δὲ ἐλιθοβόλησαν. in

in Evangel. Matthæi cap. 21. id eſt, Ut latinus interpres tranſtulit, *alium ceciderunt, alium occiderunt, alium lapidaverunt*: attamen protactici articuli caſus, non quaſi relativi caſuum vicem gerentes, à quibus in ſignificatione etiam diſcrepant (quippe cum illi indefinitas res, vel perſonas, ut in proximo Matthæi exemplo: hi determinatas, referant:) ſed per ſe οὗτος pronominis vocum ſignificationem habent. ut Homerus per: τοῦ γὰρ πέσεν ἄγχι μάλιστα, *Aiacem Telamonis* refert, de quo antea dixerat, ἄϊαντι δὲ μάλιστα δαΐφρονι θυμὸν ὄρινε τῷ τελαμωνιάδῃ. non itaque quaſi relativi caſuum vicem gerentes protactici caſus, ſed per ſe in pronominum οὗτος, vel ἐκεῖνος ſignificationem tranſeunt.

## Ὅδε, ἥδε, τόδε.

Ὅδε, ἥδε, τόδε, voces, ex ὁ, ἡ, τὸ, *præpoſitivis* articulis, & δὲ *adjectitia* ſyllaba conſtant, & pro οὗτος, αὕτη, τοῦτο *demonſtrativis* pronominibus accipiuntur. differuntque ab ὁ δὲ, ἡ δὲ, τὸ δὲ, non ſolum accentu, ſed etiam ſenſu, ut dictum eſt, ubi de, δὲ, conjunctione agitur. ex ὁ δὲ, oxytono, fit ὁ δέτις. quod reſpondet τῷ, ὁ μὲν τις; quorum alterum *unus quidam*, alterum *alius quidam* ſignificat. in quibus nomen

ὅδε, ἥδε, τόδε, pro οὗτος, αὕτη, τοῦτο.

nomen τίς non tam, ut παρέλκον, & ornatus tantum gratia, ut ſenſit Budæus, quàm ad ἀοριστολογίαν exprimendam apponitur: Xenoph. καὶ ὁ αὐτός τις εἶπε, πῶς οὖν εὑρήσεις τοῦτον διδάσκαλον, ὅδέ τις ὡς οὐδὲ διδακτὸν εἴη. Apponitur etiam nomen τίς ἀόριστον ſupradictis vocibus ὅδε, ἥδε, τόδε, ſub uno accentu ſuper primam poſito prolatis. Dicimus enim ὅδετις, id eſt *hic aliquis.* ut apud Galenum, οὐδεὶς τῶν ἐμπειρικῶν ἐμφαίνεσθαι φησὶ τῷ δέτινι τόδετι. Quod, τόδετι, id eſt *hoc aliquid*, ſæpe apud Ariſtotelem dicitur ἡ καθ' μέρος οὐσία, quæ per ſe eſt aliquid.

ὅδετις.

## Ὁ δήποτε.

Ὁ δήποτε, pro ὅ, τι δήποτε, & ὁτιοῦν.

Ὁδήποτε, pro ὅ, τι δήποτε, & ὁτιοῦν. ex, ὁ, articulo relativo, & δήποτε, aggregato conſtat. Vide, δή, particulam. cap. 8.

## Οἷος.

οἷος, reſpondet τῷ, τοῖος, vel τοιοῦτος.

Οἷος, nomen *relativum*, quatenus in collationibus reſpondet τῷ, τοῖος, vel τοιοῦτος, quibus modo præponitur, modo poſtponitur, in hoc commentario locum non haberet: ſed quia extra propriam ſignificationem interim uſurpari videtur, idque dupliciter: de ipſo etiam nonnulla dicendi

cenda ſunt. Nonnunquam enim præcedente nomine τοιῦτος, pro ὥστε accipi videtur, ut apud Xenophontem, τοιοῦτόςμοι φίλος εἶ ὦ Σώκρατες, οἷός συλλαμβάνειν μοι &c. Ubi οἷος συλλαμβάνειν pro ὥστε συλλαμβάνειν ſumi videtur. ſic Demoſth. περὶ συντάξεως. εἰδέτις καὶ τοιοῦτος ἐστὶν οἷος ἐγχειρεῖν ἔργῳ τῷ. plerumque autem ſine præcedente nomine τοιοῦτος, modo verbum infinitum ſubſequatur, ſuam immutare ſignificationem videtur. Quare Budæus in illo Syneſii: ὁ δὲ αὐτόχρημα μακκαβαῖος οἷος ἦν ἐγκαρτερῆσαι τῷ δόγματι, τὸ οἷος, ἀντὶ τοῦ ἕτοιμος, vel δυνατὸς, accipi docet. Et alibi apud eundem, ἐδόκει γὰρ νέος εἶναι καὶ ῥέκτης ἀνὴρ οἷος τοὺς ἐχθροὺς κακῶσαι τὸ. οἷος, per vocabula *promptus & paratus* interpretatur. Idem illud Demoſthenis: οἷος ἦν ἐπεξιέναι, per verbum *cupiebat*, & ἐσπούδαζεν, explicat. Præterea pro ὅμοιος, uſurpari docet nomen οἷος, apud Xenoph. ἥδιον ἐστὶ χαριζόμενον οἵῳ τοι ἀνθρώπῳ ἢ ἀπεχθανόμενον ὠφελεῖσθαι. Sciendum autem τὸ οἷος in hujuſmodi locutionibus omnibus, *qualitatem* ſignificare; ſi id, quod deeſt, ſuppleatur, locutionesque illas οἷός εἰμι, οἷος εἶς, οἷος ἐστὶ, in quibus, τε, particula inter nomen & verbum interponitur, occaſionem dediſſe varie vocem hanc interpretandi; cum in illis nomen οἷος, pro δυνατὸς accipi videatur. In quibus tamen ſi id,

[margin: οἷος, pro ὥστε]

[margin: οἷος qualitatem ſignificat.]

[margin: οἷος, pro δυνατός.]

quod in potentia eſt, in actum reducatur, apparebit nomen οἷος à propria ſignificationę non recedere. Eſt enim οἷός εἰμὶ ποιῆσαι, pro τοιοῦτος εἰμὶ οἷός ἐστιν ὁ δυνάμενος ἢ βουλόμενος ποιῆσαι: quæ participia ſemper adhibentur in hujusmodi locutionum reſolutione. quia in actionibus omnibus, quarum aliqua per infinitivi modi verbum in his locutionibus deſignatur, requiritur, ut *velimus*, vel *poſſimus*, vel *utrumque*. Quare in Syneſii locutione illa, οἷος ἦν ἐγκαρτερῆσαι τῷ δόγματι, in qua τὸ οἷος, pro, *paratus erat*, interpretatur Budæus. Si quis propriam vocis οἷος ſignignificationem tueri volet, ſic illam reſolvet, τοιοῦτος ἦν οἷος ἐστὶν ὁ βουλόμενος vel δυνάμενος ἐγκαρτερῆσαι. altera item ejusdem, οἷος τοὺς ἐχθροὺς κακῶσαι. In qua Budæus τὸ οἷος pro, *promptus & paratus*, interpretatur, ſic reſovlenda eſt: τοιοῦτος ἐστὶν, οἷος ἐστὶν ὁ βουλόμενος, vel δυνάμενος κακῶσαι τοὺς ἐχθρούς. Demoſthenis item illud οἷος ἦν ἐπεξιέναι, quod Budæus per verbum *cupiebat*, interpretatur, eodem modo reſolvetur, τοιοῦτος ἦν οἷος ἐστὶν ὁ βουλόμενος ἐπεξιέναι.

οἷος, pro ὅμοιος. Quod etiam pro ὅμοιος, accipi apud Xenophontem aſſerit in illis verbis: χαριζόμενον οἵῳ σοὶ ἀνθρώπῳ, ſic reſolvetur, χαριζόμενον ἀνθρώπῳ τοιούτῳ οἷος σὺ εἶ. natura namque relativa inferunt

corre-

correlativa. Quod etiam fit in articulis à quibus inferuntur pronomina. Advertendum autem obliquis hujus adjectivi caſibus infinitum adhiberi in locutionem reſolutione: Ariſtoph. τὴν δ' ἑτέραν αὐτοῦ γνάθον ϛόμωσ᾽ ν οἵαν ἐς τὰ μείζω πράγματα. Quæ locutio ſic convertenda eſt, τὴν δ' ἑτέραν αὐτοῦ γνάθον, ϛόμωσον οἵαν δεῖ ϛομοῦν ἐς τὰ μείζω πράγματα. Sin autem pro δυνατὴν, accipere malis accuſativum οἵαν, itidem ſupplendus erit infinitivus cum ὥϛε, adverbio: ὥϛε δυνατὴν εἶναι ἐς τὰ μείζω πράγματα.

## Οἷον.

Οἷον, etiam neutrum ἀντὶ τοῦ κωλύον accipi, docet Budæus in illis Demoſthenis: ἀνάγνωθι δ' αὐτόν μοι τὸν μόνον, οὐδὲν γὰρ οἷον ἀκούειν αὐτοῦ τῶν νόμων. id eſt, *nihil enim vetat*, ut Budæus interpretatur. ſic illud Greg. οὐδὲν δὲ οἷον καὶ ἥδυσμά τι προσθεῖναι τῷ λόγῳ, *nihil vetat, quominus addamus*: Latine reddidit. In illo item Ariſtoph. οὐδὲν δὲ οἷον αὐτῶν ἀκοῦσαι τῶν ἐπῶν. & in illo Platonis: οὐδὲν οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾶν, ſimiliter accipi ſentit nomen οἷον. In Demoſthenis etiam proxime citato loco, pro βέλτιον, accipi poſſe nomen οἷος, aſſerit; verbaque illa ſic tranſtulit,

οἷον, pro κωλύον.

οὐδὲν οἷον. nihil vetat.

οἷον pro βέλτιον.

*nihil melius , quàm ipſa verba legis audire.* In quibus omnibus & ſimilibus exemplis nomen οἷον, *quale* ſignificat, & præſupponit ſuum *correlativum* τοῖον ut ſit, οὐδὲν ἐστὶ τοῖον οἷον. Qua loquendi forma neſcio, an Latini uſi ſint: certe noſtri temporis *Itali* ſic loquuntur, *Non eſt talis res, ſicut hoc facere vel dicere. Non ci è tal coſa come far queſto, ò dir &c.* Nec vero quod in ejuſmodi locutionibus alicubi quadrare videtur nomen βέλτιον, vel verbum κωλύει, in eo loco, quo nomen οἷον poſitum eſt; idcirco hoc pro illis uſurpari dicendum eſt. neque quia id, quod per οἷος, dicitur, per ὥστε, adverbium, vel per nomen ὅμοιος, vel ἕτοιμος, aut alia quædam vocabula, dici poſſet; ideo pro illis nomen οἷος accipi dicendum eſt: Sed ſua cuique propria ſignificatio, quoad fieri poteſt, conſervanda eſt. alioqui nulla erit vocabulorum proprietas, multiſque alienam ſignificationem tribuemus.

οἷον, quale.

Nec nego nomen οἷον, pro δυνατὸν neceſſariò accipiendum eſſe videri nonnunquam, ut in illo Gorgiæ: ἀλλά σοι οὐκ ἦν οἷον μόνον μάρτυρας εὑρεῖν, ἀλλὰ καὶ ψευδομάρτυρας. id eſt, ἀλλά σοι οὐ μόνον μάρτυρας εὑρεῖν οἷόν τ᾽ ἦν, ἀλλὰ καὶ ψευδομάρτυρας. Quæ tamen locutio ſi ſic

οἷον pro δυνατὸν,

ſic reducatur, τὸ εὑρεῖν οὐ μόνον μάρτυρας, ἀλλὰ καὶ ψευδομάρτυρας, ἣν τοιοῦτον, οἷα εἰσὶν, ἃ σὺ εἴωθας ποιεῖν, apparebit nomen οἷον, in ſua ſignificatione remanere. Ceterum οἷον, *adverbialiter* μετὰ ἐμφάσεως καὶ βαρύτητος, ἢ θαυμασμοῦ profertur, ac ſi οἵως diceretur. ut in illo Homeri: οἷον ἀναΐξας ἄφαρ οἴχεται. & apud Ariſtoph. in Equitibus: οἷον ὄψομαί σ' ἐγὼ ἐκ τῆς προεδρίας ἔσχατον θεώμενον, & ἐν θεσμοφοριαζ. οἷον ὑμῶν ἐξείρξω τὴν ἄγαν αὐθαδίαν.

οἷον, adverbialiter, pro οἵως.

## Οἴμοι.

Οἴμοι, *dolentis* adverbium, ex μοι, dativi caſus pronomine ſubjunctivo, & οἶ, particula, quæ & ὀΐ, diviſim dicitur, apud Ariſtoph. ἐν εἰρήνῃ. ἵνα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὡς χρὴ πολεμεῖν λέγῃ τις, οἱ καθήμενοι ὑπὸ τοῦ δέους λέγωσ' ἰωνικῶς ὀΐ. Qua etiam voce diviſim noſtro tempore dolentes utimur *Italice* in priore ponentes accentum. Cui pronuntiationi ſuffragari videtur verbum ὀϊζύειν, & nomen ὀϊζὺς, ab hac voce derivata, in quibus ὀΐ, duas ſyllabas facit, ut patet ex metro ſæpe apud Homerum, ut ἀλλ' αἰεὶ περὶ κεῖνον ὀΐζυε, & alibi. Ut autem ab ὀὶ, vel ὀΐ, derivatur ὀϊζύειν, & ὀϊζὺς, ſic ab οἴμοι verbum οἰμώζειν. quæ quidem derivatio requirit ut μῶ, ſyllabæ,

οἴμοι, dolentis adverbium, οἶ, & ὀΐ.

labæ, ι, littera ſubſcribatur. Porro οἴμοι, ex partibus appoſitis conſtare, non compoſitam eſſe vocem, indicat accentus acutus ſupra priorem poſitus, qui circumflexus eſſet, ſi compoſita & una eſſet dictio, cujus οι, finalis, pro brevi putaretur, quantum ad accentum attinet, ut in οἶκοι, nominativo plurali, ad cujus differentiam οἴκοι, adverbium penacuitur. Ceterum quod ad vocis hujus conſtructionem ſpectat, ſciendum eſt vocem οἴμοι, per ſe ſine caſus adjunctione ſtare poſſe, ut in illo ſenario, οἴμοι, τί δ' οἴμοι θνητά τοι πεπόνθαμεν; & tunc *hei mihi*, juxta ſui ἐτυμολογίαν ſignificat. Additur etiam ipſi caſus rectus, ut οἴμοι τάλας, & οἴμοι κακοδαίμων, apud Ariſtophanem. & tunc pro *heu* duntaxat accipitur, ut ſi ὦ τάλας, vel ὦ κακοδαίμων diceres. Cum autem genitivus additur, ἐλλειπτικῶς dicitur, ut οἴμοι πλακοῦντος ac ſi diceret, οἴμοι πλακοῦντος ἕνεκα, id eſt *dolendum eſt mihi propter placentam amiſſam.*

conſtructio hujus vocis.

## Ὅμως.

ὅμως, adverſativa, reſpondet τῷ καίπερ, vel καίτοι.

Ὅμως, *adverſativa*, juxta adverſativarum naturam aliquid à toto detrahit & diminuit, vel alicui dato & conceſſo ſe opponit; ſicut dictum eſt de ἀλλά, reſpondet plerumque τῷ

καίπερ,

καίπερ, vel καίτοι, id eſt *quanquam* & *tametſi*, quibus datum & conceſſum effertur. καίπερ τούτων οὕτως ἐχόντων, ὅμως &c. Implicant autem hujusmodi locutiones argumentum à fortiori, quo probamus: tametſi aliquid obſtat, nihilominus hoc effici. vel, tametſi aliquid rem adjuvat, nihilominus non effici. ex quibus infertur, ſi nihil obſtaret, multo magis futurum, ut efficeretur: vel ſi nihil juvaret, multo minus futurum, ut efficeretur. Nonnunquam ὅμως, τοῦ ἀλλὰ, vel καὶ ſuppoſitum, idem efficit ſine καίπερ, vel καίτοι expreſſo, ſed tamen ſubintellecto. Xenoph. 2. ἀπομνημο. πολλάκις δὲ ἃ πρὸ αὑτοῦ τις οὐκ ἐξειργάσατο, ταῦτα ὁ φίλος ἐξήρκεσεν. ἀλλ' ὅμως ἔνιοι δένδρα μὲν θεραπεύουσι, τῶν δὲ φίλων ἀργῶς καὶ ἀνειμένως ἐπιμέλονται. In qua locutione ſubauditur καίπερ, vel καίτοι, præponendum ὅμως particulæ. Quæ cum præponuntur, tunc ὅμως per ſe ſine ἀλλὰ, vel καὶ, ſubjicitur: ut καίπερ τούτων οὕτως ἐχόντων, ὅμως &c. Animadvertendum autem, in ſupradicto exemplo non opus eſſe argumento à fortiori, ſed tantum inferri abſurdum, ex quo ſequitur, non debere ita fieri.

# CAPUT XVII.

## De Particulis ὅπῃ, ὅπου, ὁπόταν, ὅπως.

ὅπῃ, adverb. Locale, reſpondet τῷ ταύτῃ. Quacunq.

Ὅπῃ, *locale* adverbium, reſpondet τῷ ταύτῃ, & *motum per locum* plerumque ſignificat; Plato, ἀλλ' ὅπῃ ἂν ὁ λόγος ὥσπερ πνεῦμα φέρῃ· ταύτῃ ἰτέον, id eſt *quacumque*. ſic apud Gregor. de *aquis calidis erumpentibus*. εἶτ' ἐκπυρούμενα τῷ σφοδρῷ τῆς πάλης, ὅπῃ παρείκοι ἀναῤῥήγνυνται. id eſt, *qua natura cedit, & locum vel tranſitum præbet*. Dicitur & ſine reſpondente ταύτῃ, apud Platonem καὶ δοκεῖ ἄν τις σοι ὦ Αδείμαντε ἑκὼν ἑαυτὸν χείρω ποιεῖν ὁπηοῦν. Ubi quemadmodum ὁπηοῦν, *quacumque ex parte*, ſignificat, ſic ὅπῃ per ſe, *quadam ex parte*, ſignificare nos admonet. Ponitur & pro ὅπως, apud eundem, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι ὅπῃ τἀληθὲς ἔχει. Quemadmodum autem ὁπηοῦν ἀορίστως dicitur in proxime dicto Platonis loco, ſic etiam ὁπηκὰν & ὁπηδήποτε pro eodem. Ὁπητιοῦν etiam legitur apud Platonem in Apologia, ταῦτα γὰρ, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, οὐ χρὴ ποιεῖν ὑμᾶς τοὺς δοκοῦντας ὁπητιοῦν εἶναι. ubi pro ὁπηοῦν, id eſt *undequaque*, & *omni ex parte*, accipitur. ut ſit ordo, τοὺς

ὁπηοῦν, *quacunq. ex parte.*

ὅπῃ, *quadam ex pate.*

ὅπῃ pro ὅπως.

ὁπηκὰν, ὁπηδήποτε.

ὁπητιοῦν. *undequaque, omni ex parte.*

τοὺς δοκοῦντας ὁπηοῦν εἶναί τι, id eſt, *qui videmini & exiſtimamini undequaq. eſſe aliquid*, id eſt *alicujus auctoritatis, vel ingenii & judicii.*

## Ὅπου.

Ὅπου, adverbium *loci*, *Ubi*, ſignificat, & ποτὲ ἀόριστον poſt ſe recipit. Syneſ. ὅπου ποτὲ γῆς, *ubicunque terrarum.* Recipit etiam τὸ δὴ μόριον. Ariſtot. εἰ ὅπου δὴ τοῦ παντὸς ὄντα τυγχάνει: id eſt *ſicubi ſunt in orbe terrarum.* Quæ localis ſignificatio, quia interdum ratiocinationis conſequentia adhibetur, ut ſi dicas, *ubi tu es, ego quoque eſſe poſſum:* quod perinde valet, ac ſi diceres, *ſi tu hic ſtare potes, ego quoque ſtare poſſum*: idcirco factum eſt, ut ὅπου, rationationum, quas *conſequentias* vocant, priori parti ſerviat, non aliter quam εἰ, *condicionalis.* Quibus reſpondet τὸ ἤπου, poſteriori parti conſequentiarum deſtinatum, ut de ipſo ſupra dictum eſt, ubi etiam de ὅπου, fuſius diſputavimus. ὅπου. *Ubi.*

## Οπόταν.

Ὁπόταν etiam, & ὁπηνίκα, *temporis* adverbia, eundem uſum præſtant in priore conſequentiarum parte poſita, quem ὅπου, *loci* adverbium, & ὁπόταν & ὁπηνίκα. *quando, cùm, quandoquidem.*

 pro

pro *quando*, & *cum*, & *quandoquidem* cauſali accipiuntur. Demoſth. ἐπειδὴ δὲ καὶ πεποιηκὼς ἃ κατηγορῶ φαίνεται, τοὺς νόμους ἤδη δεῖ σκοπεῖν.

## Ὅπως.

Ὅπως, à πῶς, adque adeo ab ὡς, etiam adverbio, derivatur eo modo, quo ὁποῖος, & ὁπόσος, & ὁπηνίκα, à ποῖος, & πόσος, & πηνίκα: hæcque ab οἷος, & ὅσος, & ἡνίκα. Utque ὁποῖος, & ὁπόσος, & ὁπηνίκα non ſolum pro ποῖος, & πόσος, & πηνίκα, ſed etiam pro οἷος, & ὅσος, & ἡνίκα uſurpantur; ſic etiam ὅπως, non ſolum pro πῶς, ſæpe, ut infra, ſed etiam pro ὡς, accipitur. non quidem ſimpliciter, ſed quatenus τὸ ὡς pro ὅταν, vel ὅτε, & ἐπεὶ ἢ, vel ἐπειδὰν accipitur. ut Iliad. μ΄. τρῶες δ' ἐῤῥίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν. & ὀδυσσ. χ΄. τοὶ δ' ὁμάδησαν μνηστῆρες κατὰ δῶμα, ὅπως ἴδον ἄνδρα πεσόντα. id eſt, ὅτε εἶδον, vel ἐπειδὴ εἶδον. ſic apud Herodotum in Euterpe, ἐπὶ Μύριος βασιλῆος ὅπως ἔλθῃ ὁ ποταμὸς ἐπὶ ὀκτὼ πήχεας τὸ ἐλάχιστον ἄρδεσκεν αἴγυπτον τὴν ἔνερθε μέμφιος. Ubi ὅπως ἔλθῃ dictum eſt, pro ἐπειδὰν ἔλθῃ. ſic apud Ariſtoph. in Veſpis: καὶ γὰρ ἀνὴρ ταχύ γ' ἥξει τῶν προδόντων τἀπὶ θρᾴκης, ὃν ὅπως ἀρχῶ ῥῖς ἐγχυτριεῖς, id eſt ἐπειδὰν ἀρχωνεῖς, niſi forte κἀγχυτριεῖς, pro, καὶ ἐγχυτριεῖς lege-

ὅπως pro πῶς, & ὡς uſurpatur.

legeretur. tunc enim *præceptive* acciperetur τὸ, ὅπως, ut ſæpe alibi accipitur ἐλλειπτικῶς, ſubaudiendo non ſolum ὅρα, σκόπει, φυλάττου, εὐλαβοῦ, ſed etiam ποίει, μέμνησο, & aliis imperativis, ſi ad ſecundam perſonam ſit ſermo. Nec non cum iiſdem in indicativo formatis, ſi de ſe prima perſona ſermonem habeat: cujus exempla non deſunt. Porro *præceptive* neceſſe eſt ad ſecundam perſonam per imperativum modum fieri ſermonem, qui imperativus per infinitivum & verbum δεῖ reſolvitur. δεῖ σκοπεῖν ὅπως. Præcipimus autem dupliciter: aut enim *faciendum* & *proſequendum* eſſe, & fit παράγγελμα *affirmativum*, ut apud Ariſtophanem, ἀλλ' ὅπως ἀγωνιεῖ τ' ἀπίλοιπ' ἄριστα: aut *fugiendum* ſeu *vitandum* aliquid præcipimus, & fit παράγγελμα *negativum*, μὴ, adjuncta particula, quæ tum ad *indicativum* refertur: ut in proxime dicto Ariſtophanis exemplo: & apud Pletonem, εἰπὲ τί φὴς εἶναι τὸ δίκαιον, καὶ ὅπως μή μοι ἐρεῖς, ὅτι τὸ δέον ἐστὶ, *ſed cave*, vel *vide ne*. ſic Demoſth. ὅπως τοίνυν περὶ τοῦ πολέμου μηδὲν ἐρεῖς, per indicativum. & Ariſtoph. in Nebulis. Στρ. οἴμοι Σώκρατες ὥσπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε. & millies alibi apud auctores. Tum ad *ſubjunctivi* modi verbum refertur τὸ, ὅπως

ὅπως, præceptive accipitur.

μή. Plato, καὶ ὅπως μὴ ἁλώσῃ ταῦθα αἰσχυνόμενος, id eſt, *& vide ne tenearis hic præ verecundia.* Ariſtoph. plene locutus eſt in Nebulis, καὶ μέμνησ' ὅπως εὖ μοι στομώσῃς αὐτόν. & Plato in Gorgia, ἀλλ' εὐλαβεῖσθε ἀλλήλους παρακελεύεσθε ὅπως μὴ πέρα τοῦ δέοντος σοφώτεροι γενόμενοι λήσετε διαφθαρέντες. Ex quibus plene dictis locutionibus conjicere poſſumus ὅπως particulam, cum verbo ſubſequente, in *infinitivum* reduci poſſe. puta illud Ariſtoph. ὅπως εὖ μοι στομώσῃς, ſic reducitur, καὶ μέμνησο εὖ μοι στομῶσαι αὐτόν. & illud Platonis ὅπως μὴ λήσετε διαφθαρέντες, ſic, εὐλαβεῖσθε μὴ λαθεῖν διαφθαρέντες. Idem eveniet in *defectivis* locutionibus, ſi verbum quod deeſt, ſuppleatur. Sic etiam reduci poterit locutio illa, οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομαι, id eſt, οὐκ ἔστι με σιγᾶν. vel οὐκ ἔστι τρόπος καθ' ὃν ἐγὼ σιγήσομαι, id eſt, σιγᾶν δυνήσομαι. Hac eadem loquendi forma, quæ Græci per, ὅπως, particulamu,tuntur, Latinos quoque uſos eſſe per, *ne*, particulam, teſtatur Budæus, tum *defective*, qualis eſt illa Terentii in Adelph. *Ne nimium modo bonæ tuæ iſtæ nos rationes ſubvertant:* tum etiam *plena*, qualis eſt in Heautontim. *at vide ut ſatis modo contemplata ſis.* Quam locutionem cum eſt ſermo de præterito, Græce dici poſſe negat: per præte-

præteritum autem indicativi dici poſſe concedit, hoc modo (transferens proximum illud Terrentii in Heuatontim.) ὅρα δὴ μὴ λέληθας σεαυτὸν οὐχ ἱκανῶς θεωρήσας. Cum tamen per præteritum ſubjunctivi, ſi non unica voce, certe per ſubjnnctivum, & participium Græce dici poſſit, ὅρα μὴ οὐχ ἱκανῶς τεθεωρηκυῖα ᾖς. Sed ut ad uſum particulæ ὅπως revertamur, dicendum, locutiones omnes per ὅπως μὴ factas, non ſolum *affirmative* remoto μὴ dici poſſe, verum etiam ***negative***, itidem per μὴ ſolum, ſine ὅπως in forma dubitandi: ut apud Platonem: ἀλλ' ὅρα ὦ Σώκρατες μὴ παίζων ἔλεγε. quod etiam ὅρα ὅπως μὴ, dici potuit. De qua loquendi forma fuſius dictum eſt paulo ante, cap. 14. cum de μὴ particula ageretur. Ceterum ὅπως, pro πῶς, & τινὰ τρόπον, etiam ſæpe accipitur. Greg. οὐκ ἔχω πῶς, ὅπως ἐμαυτὸν ἐπίσχω τοῦ διηγήματος. Idem οὐκ ἔχοντες ὅπως διαθώμεθά τι τῶν ὄντων. Demoſth. περὶ τῆς ῥοδ. ἐλευθερ. ὅπως καὶ πράξω ταῦτα ἐφ' ὑμῖν ἐστι, δεῖ σκοπεῖν.

ὅπως, pro πῶς, & [τινὰ τρόπον.]

Quod autem ὅπως, pro πῶς διαπορητικῶς, & ἀνθυποτάκτως accipi ſentit Budæus, id eſt πευστικῶς, & σὺν ὑποτακτικῷ ῥήματι, in illis verbis, ὅπως δὲ εἰδῶ μάλιστα ὁποῖος ἐστι τὴν ὄψιν; id eſt, ut ipſe vertit, *quomodo autem ſcire potero potiſſimum quali nam ſit ille facie?* neſcio an

an recte ſenſerit. Nec ego quenquam ut imitetur hujusmodi locutionem hortarer, niſi alia exempla invenerit, in quibus talis loquendi forma clarius perſpiciatur: aut certe prædicta Luciani verba quomodo dicta ſint in loco proprio accurate conſideraverit. Præterea quod annotat Budæus, ἂν, δυνητικὸν & παραπληρωματικὸν adverbio
ὅπως ἄν. ὅπως adjungi, *Optativoq; & ſubjunctivo* convenire, arguit ipſum formalem notam ὅπως ἂν conſtituere: cum in exemplis quæ affert, conſtructionis diverſitas ſoli ἂν particulæ tribuenda ſit, & idcirco non formale aggregatum voces ὅπως ἂν, ſed ſolutæ inter ſe & ad diverſa relatæ exiſtimandæ ſunt. Nam in exemplo Gregorii, quod affert pro conſtructione cum *Optativo*, πρὸς τοῦτο μόνον ἰδὼν ὅπως ἂν χαρίσαιτο τοῖς κατενεγκοῦσιν αὐτὸν δαίμοσιν, adverbium ὅπως ἄν, pro ὃν τρόπον accipitur. In eo vero quod pro conſtructione cum *ſubjunctivo* affert, πηγνύειν δεῖ τὰς χαλίδας ὑπτίας ὅπως ἂν ἐπαιρόμεναι ᾖ, ὥστε τὸ σμύζνον. adverbium ὅπως, pro ἵνα accipitur. in utroque autem exemplo τὸ ἄν, verbo tribuitur. Porro ὅπως
ὅπως ἄν, pro ὁπωσοῦν, *Utcunq.* ἄν, pro ὁπωσοῦν, id eſt *utcumque* accipi ἀοριστολογικῶς, vel στοχαστικῶς; dictum eſt, ubi de ἂν particula agitur. Idem
ὅπως ποτὲ. & ὅπως ποτὲ dicitur. Demoſth. ἀλλ' ὅπως

πόθ'

ποθ' ὑπείλημμαι ἀρκεῖ μοι. *qualiſcunque exiſtimationis ſim.* Dicitur & ὅπως δή-ποτε interpoſita δὴ particula; & ὅπως δηποτοῦν adjecta συνδοειςολογίας nota. ὅπως δήποτε, ὅπως δηποτοῦν. ὅπως τιοῦν.
Dicitur & ὅπως τιοῦν pro ὁπωσοῦν, interpoſita τί particula: Demoſth. οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐγνώριζον τοὺς ἀνθρώπους. Ceterum ὅπως pro ἵνα *cauſali* accipi, ſexcentis auctorum exemplis probari poteſt. ὅπως pro ἵνα.

Ὅπως μὴ, etiam ut ὡς μὴ *Optativo jungi* ut formalem notam exemplis probat Budæus. in quibus tamen exemplis particulæ ὅπως, & μὴ, ad diverſa referuntur, nec formalem notam ὅπως μὴ conſtituunt. Animadvertendum autem quemadmodum ὅπως *Subjunctivo* junctum medium, ad finem deſignat, ſic ſi in *infinitum* reſolvatur, finem ipſum deſignari. ut Ariſtoph. illud, μέμνησο ὅπως εὖ μοι ςομώσῃς αὐτὸν, ſi μέμνησο εὖ μοι ςομῶσαι αὐτὸν dicatur: tamen finis evidentius per ὥςε adverbium ſignificatur. ut ſi illud Demoſth. συμπράττειν ὅπως ἕκαςοι κομίσωνται τὰ ἑαυτῶν, συμπράττειν ὥςε κομίσασθαι diceretur. ὅπως μή.

CAPUT

# CAPUT XVIII.

## De ὅς articulo relativo, ὅϐν, ὅϐς, τόϐς.

ὃς Articulus.

Ος, *articulus*, & ejus obliqui omnes, in omnibus, omnium generum caſibus, ſæpe *in priore parte argumentorum primum locum habet.* Hoc autem accidit in ea tantum Orationis ſtructura, in qua præpoſtere diſponuntur argumentorum partes, ut in illa Xenophontis 4. ἀπομνημον. νόμους δ᾽ ἔφη ὦ σώκρατες πῶς ἄντις ἡγήσαιτο σπουδαῖον πρᾶγμα εἶναι, οὕς γε πολλάκις αὐτοὶ οἱ θέμενοι ἀποδοκιμάζουσι; quibus negare intendit *leges rem probam dici poſſe.* quæ concluſio continetur in illis verbis, νόμους δ᾽ ἔφη ὦ Σώκρατες πῶς ἄντις ἡγήσαιτο σπουδαῖον πρᾶγμα εἶναι, converſa affirmativa interrogatione in negativam enuntiationem. Probatur autem per illa verba, οὕς γε πολλάκις αὐτοὶ οἱ θέμενοι ἀποδοκιμάζουσι. Ubi οὓς articulus *conditionalis* locum habet: & erit argumentum hujusmodi, *ſi legislatores ipſi ſæpe proprias leges reprobant, & evertunt, ſequitur ut lex non ſemper bona res ſit.*

# ὅσον.

ΟΣΟΝ, quatenus pro, ὡς, accipitur, hoc vero pro ἕως, *ſpatium loci vel temporis deſignat.* ipſum quoque ὅσον κατὰ μετάληψιν, pro ἕως accipitur. Xenoph. ὅσον παρασάγγην ἀπεῖχεν. id eſt, *aberat paraſangæ ſpatium.* ſic de ſpatio temporis, Lucian. ὅσον ὥρα, pro ὅσον ἐστὶν ὥρα μία. id eſt, *quantum eſt ſpatium horæ unius.* ſic ἐν ὅσῳ, dicitur, ἐλλιπῶς τῷ χρόνῳ. ut ἐν ὅσῳ ἦρξε, *quamdiu imperavit.*

ὅσον, pro ἕως. ſpacium loci vel temporis deſignat.

*Diſcretam* etiam *quantitatem* deſignat in numeralibus, ὅσον δισχίλιοι: id eſt *ad duo millia*, vel *circiter duo millia.* Pauſan. ὅσον τετρακοσίους ἀποβῆναι λέγουσι, *circiter quadringentos.*

ὅσον, diſcretam quantitatem deſignat. *Ad, circiter.*

ὅσον, etiam pro μόνον accipitur. Apollonius Rhod. δοιωὰ δ' ὅσον θ' εἴλημα περὶ χροΐ, pro εἴλημα μόνον. Quidquid ſentiat Lexicographus: qui recitans, ut opinor, interpretis Apollonii verba, ὅσον εἴλημα ἀντὶ τοῦ εὐτελὲς καὶ βραχύτατον περίβλημα interpretatur. Cui ſignificationi τοῦ ὅσον pro μόνον ſuffragatur, quod ὅσον οὐ, pro μόνον οὐ accipitur. Thucyd. ἀγγέλλεται αὐτοῖς ἐκ Πελοποννήσου ναῦς ὅσον οὐ παρεῖναι.

ὅσον, pro μόνον.

ὅσον οὐ, pro μόνον οὐ.

Ex quo ὅσον οὔπω, & ὅσον οὐδέπω manarunt. Thucyd. ὅσον δὲ οὐδέπω παρεῖναι. id eſt *mox*, & *jam jam* affore. Lucian.

ὅσον οὔπω, ὅσον οὐδέπω. *mox, jam jam.*

ὅσον οὐκ ἤδη. *mox, jam jam.*

ὅσον μὴ, id. quod μόνον οὐ, *niſi quod non.*

ὅσον, pro ἐφ' ὅσον.

σὺ δὲ ὅσον οὐδέπω τεθνηξομένῳ ἔοικας. Dicitur & ὅσον οὐκ ἤδη, pro eodem. Xenoph. ἐλέγετο ὅτι ὁ Ἰφικράτης ὅσον οὐκ ἤδη παρείη. Idem ὁ Μνάσιππος ὁρῶν ταῦτα ἐνόμιζε ὅσον οὐκ ἤδη ἔχειν τὴν πόλιν. ὅσον μὴ etiam idem quod μόνον οὐ, ſignificat, id eſt, *niſi quod non.* Sic dictum eſt οὐχ ὅσον οὐκ ἠμύναντο, pro οὐ μόνον οὐκ ἠμύναντο, & apud Thycyd. οὐχ ὅσον τὸ λοιπὸν τοῦ πολέμου ἐνεθυμήθησαν ἀλλὰ &c. *Infinitivo* præpoſitum ἐλλειπῶς τῆς ἐπὶ dicitur: pro ἐφ' ὅσον. Plutarch. ὅσον ἐμβεβαιώσασθαι τὸ νίκημα τῇ φυγῇ τῶν πολεμίων ἐδίωκον: pro ἐφ' ὅσον. Sic dicitur ὅσον δυνατὸν, pro ἐφ' ὅσον. Dicitur etiam ὅσον ἐμὲ εἰδέναι apud Ariſtoph. in Neb. pro ὅσον ἐγὼ οἶδα.

## ὅσος, ὅση, ὅσον.

ὅσος, ὅση, ὅσον, reſpondent interrogativis πόσος, πόση, πόσον, & ſæpè pro ipſis accipiuntur.

Ὅσος, ὅση, ὅσον nomina *relativa*, quæ interrogativis πόσος, πόση, πόσον reſpondent, ſæpe pro ipſis accipiuntur more Atticorum, qui utuntur τοῖς ἀναφορικοῖς, ἀντὶ τῶν πευστικῶν. Quia vero, πόσος, πόση, πόσον nomina, *admirative* quandoque vel cum *indignatione* proferuntur, ad denotandam intenſionem magnitudinis, vel qualitatis, ut in Epigrammate: ὦ πόσον εὐήθης ὁ ζωγράφος: idcirco fit, ut relativa etiam ὅσος,

ὅσος, ὅση, ὅσον, cum iiſdem affectibus pronuntiata, *loco ſuorum interrogativorum* accipiantur, tam in genere maſculino, quam in fæminino, & neutro. Ut apud Ariſtoph. in Pluto: ὅσην ἔχεις τὴν δύναμιν ἄναξ δέσποτα. & in Acharnis: ὅσον τὸ χρῆμα τῶν παρνόπων. Verba etiam illa in Nebul. initio: ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον ἀπέρατον, cum admiratione, cenſent quidam pronuntianda eſſe, dicique ὅσον ἀπέρατον, ad ſimilitudinem τοῦ, ὅσον μέγα, & ὅσον μικρὸν, in quibus inſunt nomina, quæ intenſionem & remiſſionem recipiunt. Nam μέγα, & μικρὸν, itemque πολὺ, & ὀλίγον, nomina interminata ſunt, recipiuntque magis & minus: ἀπέρατον vero terminatum quoddam & abſolutum deſignat: quod magis & minus non recipit. & idcirco non dicimus, quàm infinita hæc res eſt, ſed ſimpliciter, infinitam eſſe. Si itaque admirative, vel cum indignatione proferamus illud Ariſtophanis, ὅσον ἀπέρατον, idem valebit, ac ſi enuntiative diceremus, σφόδρα ἀπέρατον. Quapropter ut vocis ἀπέρατον, id eſt, *valde infinitum*, ſupradictam condicionē retineamus, cogemur fateri, in ſupradicto Ariſtophanis loco, vocem ἀπέρατον, à præcedentibus, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον, ſeparandam eſſe; illa vero

cum admirationis & indignationis affectu pronuntianda: ut dicat, ὅσον ἐστὶ τὸ χρῆμα τῆς νυκτῶν, & ſit ſenſus, *quam longum & diuturnum eſt noctis ſpatium*: deinde ſubjungat καταστατικῶς, & ἐπικριτικῶς, id eſt, *conſtituendi*, & *decernendi* modo, videlicet, ἀπέραντον & *immenſum eſſe noctis ſpatium*. In hanc etiam ſententiam adducimur eo quod nomnen ὅσον, nulli præponitur eorum adjectivorum, cum quibus copuletur, ſed ſemper ipſis poſtponitur, ut θαυμαστὸν ὅσον, ἀμήχανον ὅσον, ὑπερφυὲς ὅσον, οὐράνιον ὅσον. In quibus nomen ὅσον, pro λίαν adverbio accipi ſentit Budæus. ut apud Platonem: ὑπερφυὲς ὅσον ἐπιδεδωκὼς εἴη πρὸς φιλοσοφίαν. & apud Ariſtotelem: θαυμαστὸν ὅσον διαφέρει. ſic ἀμήχανον ὅσον, *perquam difficile* ſignificare docet. In quibus omnibus ſi nomen ὅσον, pro λίαν, adverbio accipi ponamus, locutionem illam, θαυμαστὸν ὅσον ἐπιδέδωκεν, in θαυμαστὸν λίαν ἐπιδέδωκεν, reſolvere cogemur. Quapropter planius interpretabimur, ſi nomen ὅσον ab adjectivis interpoſitione vocis ἐστὶ ſubintelligendæ ſeparemus, ut ſit ὑπερφυές ἐστιν ὅσον ἐπιδέδωκεν: & θαυμαστόν ἐστιν ὅσον διαφέρει. plenior autem locutio eſſet, ſi infinitivus adderetur, puta εἰπεῖν vel νοῆσαι, ἀμήχανόν ἐστιν εἰπεῖν, & ὑπερφυές ἐστιν εἰπεῖν ὅσον ἐπιδέ-

ὅσον, pro λίαν.

ἐπιδέδωκεν, vel ὅσον διαφέρει. Apud Ariſtophanem in Ranis, legitur, εὐθὺς γὰρ ἡμάρτηκεν οὐράνιον ὅσον.

## Τόσος.

Τόσος, etiam ἀνταποδοτικὸν ἐστὶ τοῦ ὅσος ἀναφερικοῦ, cum dicimus, ὅσος ἐστὶ πύργος μέγιστος, τόσος ἦν ὁ ῥοδίων κολοσσός. Dicitur etiam τόσος nomen *abſolutè* ſine collatione, quod καταστατικὸν dicitur, ut quod conſtituat ſive ſtabiliat aliquid, ut apud Homerum: τόσσον ἐγὼ φημὶ πλέας ἔμμεναι υἷας ἀχαιῶν τρώων, οἳ ναίουσι κατὰ πτόλιν. & apud Virgilium: *Tanta molis erat Romanam condere gentem.* In quibus infertur aliquid ex præcedentibus; nam & apud Homerum ex *ſupputatione quadam præhabita*, infertur *Græcorum exercitus numerus, multum Trojanorum numerum ſuperare.* & apud Virgilium ex *præmiſſis Aeneæ laboribus & ærumnis infertur*, *quod ſubdit*, *maximæ molis fuiſſe Romanam gentem condere.* quem tropum Rhetores appellant *Epiphonema.*

τόσος reſpondet τῷ ὅσος.

nonnunquam etiam abſolutè dicitur.

## Ὅτε.

Ὅτε, quod plerumque adverbium *temporis* eſt, pro ὅτι *cauſali*, & ἐπειδὴ uſurpatur interdum, ut etiam

ὅτε, pro ὅτι, & ἐπειδή.

apud Latinos, *Quando*. Demoſth. in prima, Olynt. ὅτε τοίνυν τοῦθ᾽ οὕτως ἔχει, προσήκει προθύμως ἐθέλειν ἀκού. ν. & περὶ τῆς συμμορ. ὅτε δ᾽ οὕτω ταῦτ᾽ ἔχει, σκεπτέον ἐστὶ. ſic apud Ariſtoph. in Nebul. ὅτ᾽ οὐδὲ κολάσαι ἔξεστί μοι τοὺς οἰκέτας, illud, ὅτ᾽ οὐδὲ, pro ὅτι οὐδὲ, αἰτιολογικῶς accipi teſtaſtatur interpres. Accipitur & pro

ὅτι, pro ὥστε. ὥστε apud eundem ἐν ἀχαρνεῦσιν: οὕτω δ᾽ αὐτοῦ περὶ τῆς τόλμης ἤδη πόρρω κλέος ἥκει, ὅτε καὶ βασιλεὺς ἠρώτησε πρῶτα μὲν αὐτοὺς &c. Ubi ὅτε, pro ὥστε reſpondet, τῷ οὕτω: & *tacitam ratiocinationem* innuit; quæ magis perſpicitur apud eundem in Ranis in illis verbis, εἶτ᾽ οὐχ ὕβρις πολλὴ ταῦτ᾽ ἐστὶν, ὅτ᾽ ἐγὼ μὲν ὢν Διόνυσος υἱὸς Σταμνίου, αὐτὸς βαδίζω καὶ πονῶ, τοῦτον δ᾽ ὀχῶ, ſi partes ratiocinationis præpoſterè ordinentur hoc modo, ὅτ᾽ ἐγὼ μὲν ὢν Διόνυσος υἱὸς Σταμνίου, αὐτὸς βαδίζω καὶ πονῶ τοῦτον δ᾽ ὀχῶ, εἶτ᾽ οὐχ ὕβρις πολλὴ ταῦτ᾽ ἐστί; tunc ὅτι in antecedente, in εἰ vel ἐπεὶ, εἶτα vero in conſequente in πῶς convertetur, ut ſit, εἰ ἐγὼ μὲν ὢν Διόνυσος, αὐτὸς βαδίζω τοῦτον δ᾽ ὀχῶ, πῶς οὐχ ὕβρις ταῦτ᾽ ἐστί;

CAPUT

# CAPUT XIX.

## De Particulis ὅτι & compoſitis.

Ὅτι, pro διότι *cauſalis* conjunctio, reſpondet τῷ διατὶ, & ſimpliciter quibusdam cauſam pollicentibus: ut ſi dicas, αἴτιον δὲ ὅτι &c. Accipitur etiam pro καθ᾽ ὅτι, vel καθ᾽ ὅσον, ut cum dicimus, διαφέρει δὲ, ὅτι. Eſt etiam ὅτι διηγηματικὸν, id eſt narrationibus & ſimpliciter enuntiationibus accommodatum; cum alicujus verba recitamus. Quod dupliciter ſolet fieri, uno quidem modo, quando perſonam dicentis induentes, ejus verba recitamus, ut apud Ariſtophanem, Λάσος πότ᾽ ἀντεδίδασκε καὶ Σιμωνίδης, ἔπειθ᾽ ὁ Λάσος εἶπεν, ὀλίγον μοι μέλει. Illud enim ὀλίγον μοι μέλει, Laſi perſonam induens, recitat Ariſtophanes: & dicitur *recta* vel *directa* hæc recitandi forma: in qua nihil opus eſt ὅτι particula. tametſi nonnunquam in hac etiam forma directe recitandi, ἐκ πλεονασμοῦ τὸ ὅτι interponitur: ut apud Demoſthenem, ἀκούειν δὲ καὶ τῶν εὐβοέων τεθορυβημένων καὶ λεγόντων ὅτι οὐ λελήθατε ἡμᾶς ἄνδρες πρέσβεις ἐφ᾽ οἷς πεποίηκε τὴν εἰρήνην.

ὅτι pro διότι, reſpondet τῷ διατὶ.

pro καθ᾽ ὅτι, vel καθ᾽ ὅσον.

ὅτι διηγηματικόν.

Idem alibi, ἔλεγε ζίνων τότε πρὸς τοὺς δικαςὰς ὅτι ἀπολογήσεται δὲ Δημοσθένης ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ κατηγορήσει τῶν ἐμοὶ πεπρεσβευμένων. Idem, τῷ Φιλίππῳ δὲ οὔτε κατειπεῖν τούτων εἶχε καλῶς οὔτ' εἰπεῖν ὅτι, ἀλλ' ἔχουσιν ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα. In cujusmodi formis τὸ ὅτι, tum pronuntiatione, tum etiam punctali nota ſeparandum eſt à ſequentibus. Altero modo, recitamus alicujus verba ex noſtra perſona interveniente, ὅτι, particula: Ut ſi Ariſtophanes Laſi formalia verba illa, ὀλίγον μοι μέλει, ex propria perſona diceret hoc modo, ἔπειθ' ὁ Λάσος εἶπεν ὅτι ὀλίγον αὐτῷ μέλει, & dicitur *obliqua* ſeu *ſupina* hæc recitandi forma. in qua ὅτι particula, neceſſario adhibetur; & plerumque *Optativi* modi vocibus adhæreſcit. Ut apud Aeſchinem, ἐν δὲ ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ Κειτόβουλος ὁ λαμψακηνὸς εἶπε παρελθὼν. ὅτι πέμψειε μὲν αὐτὸν Κερσοβλέπτης, ἀξιοῖ δὲ ἀποδοῦναι τοὺς ὅρκους. cujus uſus innumerabilia exempla invenies apud auctores. *Notandum* autem in proximè ſuperiori exemplo, quod verbum πέμψειεν, & ſimilia, quæ in hujusmodi locutionibus recipiuntur, Optativi modi voce tenus dici poſſent: ſignificatione autem διηγηματικὰ potius dicerentur. Reducuntur autem ad *Indicativum* hæ quoq; loquendi formæ, moxque ad *infinitum:*

*tum*: Illud enim Aeſchinis, εἶπεν ὅτι πέμψει: εἶπεν ὅτι ἔπεμψε dici poteſt. ex indicativo ad infinitum, εἶπε τὸν Κερσοβλέπτην πέμψαι αὐτόν. melius tamen *Optandi* vocibus uſurpatur obliqua rei præteritæ ut præteritæ narratio. Nam & præteritam rem ſub præſentis temporis verbalibus vocibus improprie narrare licet: par eſt tamen ob prædictam cauſam per Optativi potius voces hoc fieri. Quemadmodum autem locutiones, quæ per ὅτι & Indicativum efferuntur, ad Infinitum reducuntur; ſic contra, quæ per infinitum efferuntur, per ὅτι & indicativum reſolvi poſſunt. ut illa Iliad. β'. φημὶ γὰρ κατανεῦσαι Κρονίωνα, ſic ad indicativum reducitur, φημὶ γὰρ ὅτι κατένευσε Κρονίων. In quibus interdum τὸ ὅτι, *vacare* videtur, vel certe repetere præcedentem ὡς particulam, pro ὅτι itidem διηγηματικῶς acceptam, ut apud Xenoph. ἐνταῦθα γνόντες οἱ Μαντινεῖς ὡς εἰ μὴ ἀποκρούσονται αὐτοὺς ὅτι πολλοὶ σφῶν κατακοντισθήσονται ἀποστρέψαντες ὁμόσε ἐχώρησαν. Ubi τὸ ὅτι, repetit præcedens ὡς, non tam quod multa quædam interceſſerint, quàm ad abundantiorem perſpicuitatem, ſermonisq; figuratam elegantiam. Valet etiam τὸ, ὅτι, idem quod τὸ, articulus ἐπεξηγητικῶς. Iſocr. in Panegyr. ὃ δὲ πάντων καταγελαστότατον ὅτι τὰ γεγραμ-

ὅτι, id. quod τὸ, articulus, ἐπεξηγητικῶς.

γεγραμμένων ἐν ταῖς ὁμολογίαις τὰ χείριστα τυγχάνομεν διαφυλάττοντες. Quæ locutio ſic converti poteſt, τὸ δὲ τὰ χείριστα τυγχάνειν διαφυλάττοντες ἐν ταῖς ὁμολογίαις, ἐστὶ καταγελαστότατον. In qua locutione τὸ, ὅτι *cauſale* etiam eſſet, ſi verba in hunc ſenſum diſtribuerentur: τοῦτ' ἐστι καταγελαστότατον, id eſt ἡμεῖς ἐσμὲν μάλιστα καταγέλαστοι, ὅτι, pro διότι τυγχάνομεν διαφυλάττοντες τὰ χείριστα τῶν ἐν ταῖς ὁμολογίαις. Ὅτι, autem ſuperlativo junctum, ut ὅτι πλεῖστα δρᾶσαι κακὰ apud Gregorium: & ὅτι μεγαλοπρεπέστατον φαίνεσθαι, apud Xenoph. non *narrativum* ſeu *enuntiativum*, ſed pro ὡς *intenſive* accipitur. Apud Ariſtoph. legitur, ὅ, τι μάλιστα ἐλήλυθας λέγειν ἐχρῆν. id eſt, *quorſum*, vel *quamobrem potiſſimum veneris dicendum eſt.* Ubi ὅ, τι, pro δι' ὅ, τι tribus partibus conſtante, uſurpatur.

ὅτι ſuperlativo junctum, intenſivè accipitur.

## De uſu ὅτι particulæ.

ὅτι particulæ varius uſus.

LIbet hoc loco nonnulla præterea, & fortaſſe quibusdam minus nota, de uſu hujus particulæ diſputare. Inter ea, quæ abſolutè quæruntur, illa eſt prima quæſtio, *An ſit aliquid nec ne?* verbi cauſa, *an ſit Virtus?* adjunctione autem partis quæritur, *an poſſit doceri Virtus?* cum vero *an ſit* ali-

aliquid quæritur, planum eſt quæri ſimiliter, *an non ſit.* in utramque enim partem valent quæſtiones. Cum igitur uterque contradicentium, rationem, qua ſuam enuntiationem muniat, excogitarit & adduxerit, tunc colligit alter quidem ipſorum, ὅτι ἔστι quod quæritur, alter vero ὅτι οὐκ ἔστι, deinde qui contra diſputat ſive affirmet ſive neget, uterque utitur collecto & concluſo tanquam conceſſo. Unde & illa, quæ velut pronuntiata ſumuntur, cujusmodi Admirabilia illa Stoicorum, per ὅτι proferuntur: Ut ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος. & ὅτι ἶσα τὰ ἁμαρτήματα. Cum autem inter eos, qui contra diſputant, de re aliqua convenit, res quidem ipſa dicitur *conſtitutio.* inde autem appellari poſſet ὅτι *conſtituentis*, per quod ſcilicet id quod inter aliquos certum & conſtitutum eſt, proferatur. in hæc itaque convenit ὅτι. Convenit præterea in ea quæ de problemate quopiam in utramque partem diſputantur, ut facit Plutarchus in libello, ὅτι διδακτὴ ἡ ἀρετὴ, & alii in aliis. Item ſi quis ab aliis conſcripta per capita colligat, in pauca conferens quæ fuſius dicta ſunt, hic in ſingulis capitibus ὅτι apponit. idque jure: non enim διότι conſiderat, ſed ſolum ὅτι. quod quidem Euſtathius

thius in Homerum fecit, & in deſcriptorem orbis Dionyſium. ut & ipſe indicat. *Quædam inquit diſperſe in procœmio Iliadis. Voluntas eſt amicorum ut per Iliada pergam, & quæcunque ſunt accommoda progredienti ſubminiſtrem: id quod quidem jam fit; colliguntúrque ea ipſa ordinatim & compoſite. non ut tamen hic ſint quæ alii omnes in hunc poëtam elaborarunt, ſed ſolum utilia. nec diductum eſt propoſitum opus in unam telam unumque corpus continuatione quadam perpetua, ſed utile quodque ſeparatim collocatur: quo perfecto, tranſitur ad alterum. Cujuſmodi eſt quod in Dionyſium fecimus. illic enim ſimiliter decurſum nobis eſt opus optimis exemptis velut in delectu aliquo.* Ex his aliisque multis aperte ſatis oſtenditur *Euſtathii in Homerum commentarios ex iis eſſe collectos, quæ à veteribus dicta ſunt, eſſeque per capita digeſtos.* Quare] ait, *Nec diductum eſt propoſitum opus in unam telam & corpus*, & quæ deinceps ut ſupra. Dictum vero eſt eos, qui eorum, quæ ab aliis dicta ſunt diffuſè, delectum faciunt, pro ὅτι efferre capita, quoniam non conſiderant διότι, ſed ſolum ὅτι.

quod

quod quidem, quoniam ab iis, qui per notas ſcribunt, ſic pingitur, ὅ, ut nota *numeri ſex*, qua noſtri ſupputatores, id eſt, qui rationes ſubducunt, utuntur; in ipſo vero orationis ambitu nulla ad ὅτι aſſignabatur redditio membri; idcirco paragraphum quendam, vel exordii ſignum eſſe nonnulli exiſtimarunt; & quaſi nihil ad ſententiam conferret, ejectum eſt in editione Romana commentariorum Euſtathii in Homerum. Hæc igitur erroris anſam præbuere. Fidem autem fecit; quod ὅτι, ſic in principiis capitum collocatum, nulla ſua ſignificatione quadrare videbatur: neque enim eſt reddentis cauſam. Quam enim redat cauſam quod ſententiam & orationem orditur? neque affirmantis aut indicantis dici poteſt: quo modo proprie cum indicativis jungitur. Per ὅτι enim fiunt enuntiationes ſive affirmantes, ſive indicantes: ut γράφω, λέγω ὅτι γράφω. in hujusmodi autem uſu, appellari etiam poſſet narrantis: à recta enim & ſimplici enuntiatione in obliquam tranſit oratio. Efferuntur autem narrationes dupliciter: aut *recte* per *infinitum*, aut *oblique* per *indicativum* cum ὅτι ſoluto infinito, ut λέγεται γενέσθαι, λέγεται ὅτι ἐγένετο: hoc idem efficitur per *optati-*

*optativum*, ſi perſona, quæ narrat, ad ſuperiora tempora referat narrationem. ut, διεβοήθη ποτὲ ὅτι γένοιτο, ἢ ἠλπίσθη ὅτι ἔσοιτο εἰρήνη τῷ αὐτοκράτορι πρὸς τὸν Κελτῶν βασιλέα. id eſt *divulgatum fuit aliquando, quod fieret; ſpes fuit, quod Imperatori cum Rege Gallorum pax futura eſſet.* Præterea in obliquos transferuntur recti ſermones, quos quispiam habet dramatice introductos, ut Matthæi 25. ſcribitur: τότε λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. hic ſermo ſi à propria perſona Evangeliſtæ enuntiatus eſſet, ſic potuiſſet proferri: τότε λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς ὅτι πάντες σκανδαλισθήσονται ἐν αὐτῷ ἐκείνην τὴν νύκτα. Contingit etiam *rectam orationem* inducere per ὅτι. quod quidem à perſona ipſius ſcriptoris dicatur, ſolum ut ſignificetur poſt particulam ὅτι nulla re interpoſita, rectam inſtitui orationem. Quare ſemper poſt ὅτι cadit diſtinctio: exemplum vero illud eſt, quod ſupra à Matthæo dictum, Marcus ad hunc modum cap. 14. profert. καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς ὅτι, πάντες σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. eſtque hic uſus etiam apud veteres frequens. Hi igitur quos diximus, ſunt modi particulæ ὅτι ad *narrandum*, ac totius denique uſus ipſius.

nullo

Nullo autem horum viſus eſt, iis qui ὅτι ejecerunt, contingere ut acciperetur: ad nihil enim ferri ipſum videbant. Atqui oportebat cogitare, locum habere ὅτι *verbo ſubaudito, indicante, aut narrante, id eſt nuntiante*: Ut φημὶ, vel φησὶν ὁ δεῖνα, ὅτι τόδε καὶ τόδε οὕτως ἔχει. Poteſt etiam ſubaudiri aliquod *præcipiendi*, aut *docendi* verbum. ut ἰστέον, ἢ σημείωσαι ὅτι καὶ τὰ ἑξῆς. Hujusmodi namque aliquid ſubaudiri neceſſe eſt, idque in Initiis capitum; ubi ad ὅτι nihil redditur. quoniam in progreſſu quopiam orationis, ſi ad ipſum quidem ὅτι nihil reddatur, neceſſe eſt, ut actu aliquid hujusmodi, quale dictum eſt, cum conjunctione quapiam præcedat. Quod ſi aliquid reddatur, tunc uſu venit, ut conjunctio aliqua, quæ redditionem eliciat, particulæ ὅτι ſubjiciatur. Nullum tamen verbum de dictis apte prægreditur. Prægreſſio namque verbi, vel adverbii iſtiusmodi (ut dictum eſt) rem ſine demonſtratione ſupponit ac ſubjicit. At redditione dictum eſt contineri quandam demonſtrationem eorum quæ, per ὅτι enuntiantur. Atqui pugnant hæc inter ſe. Facit autem tale aliquid Euſtathius. cum is enim quippiam ipſe tanquam doctor tradit, actu apponit verbum

verbum aut adverbium aliquod poſitivum. ut *ἰστέον*, *ἢ σημείωσαι*, aut aliud hujusmodi, quod idem valeat. Quod ſi ſine aliquo horum effert id, quod tradit, tunc ad *ὅτι* reddit aliquid: tamquam neceſſe ſit illa, quæ traduntur, munire, ipſique *ὅτι* apponit conjunctionem, quæ eliciat redditionem. Ut *ὅτι μὲν τόδε καὶ τόδε οὕτως ἔχει, ἐκ τῶνδε καὶ τῶνδε φανερόν.* Quando vero ab aliis dicta narrat, absque conjunctione exprimit *ὅτι*, & absque redditione, qua eorum, quæ per *ὅτι* proponuntur, probatio continetur. Non enim propoſitum eſt probare quæ dicuntur, ſed ſimpliciter enuntiare. Hujusmodi autem tradendi forma ponit ante oculos non repugnare auditores, ſed ſponte ſequi, ſeque ipſos præbere docendos: & iſto *ὅτι* contentos, non ultra poſcere *διότι*, quod in redditione continetur, ut dictum eſt. Ex his autem, quæ accidunt *ὅτι* ſic deſcripto, & notato ʺ6 licet intelligere non eſſe ſignum aliquod, ut ii, quos ante dixi, exiſtimarunt. Semper enim & ubique cernere eſt ſupra ipſum notas accentus acuti & ſpiritus denſi. quod ſi eſſet in judicio contentio, producere poſſem vetuſta quædam Euſtathii exemplaria, in quibus reperire eſt *ὅτι*, ſine compendio per principia ubique ſingulorum

gulorum capitum ſcriptum. Verum hæc ſatis, tamquam in deſcriptione quadam hactenus dicta ſint.

## Οτιμή.

Οτιμὴ, formalis nota, *niſi*, ſignificat. quod quidem aggregatum, cum ex ὅτι, & μὴ conſtet, neutra tamen conſtituentium vocum per ſe idem quod totum aggregatum ſignificat: idque proprium eſt omnium ſignorum formalium, ut alibi quoque dictum, eſt. Herodot. in Clio. ὅτιμὴ γὰρ Ἀθῆναι, οὐδὲν ἄλλο πόλισμα λόγιμον ἦν. Plato: ὥστε μηδὲν ἰατρικῆς εἰδέναι ὅτιμὴ ἀνάγκη. Galen. in primo de cauſ. pulſ. οὐ γὰρ τῆς ἄρτι πραγματείας ἐστὶν ὅτιμὴ πάρεργον. In quibus omnibus locis ὅτιμὴ, pro εἰμὴ accipitur. ὅτιμὴ, etiam ſæpe juxta conſtituentium vocum proprietatem *quod non*, ſignificat. Greg. de myſteriis Græcorum: δέον εἰ μὲν ἀληθῆ, μὴ μύθους ὀνομάζεσθαι ἀλλ' ὅτιμὴ αἰσχρὰ δείκνυσθαι. Ubi ὅτι enuntiativè, μὴ negative pro οὐκ accipitur.

ὅτιμὴ, *Niſi.* pro εἰμὴ.

ὅτιμὴ, *quod non.*

## Ὅτι τοίνυν.

Ὅτι τοίνυν duæ voces ſunt, quarum unaquæque per ſe ſuam habet ſignificationem, nec ullum aggregatum ex ipſis evadit, propter quod ſi-

ὅτι τοίνυν

S mul

mul ut unica vox formalis deſcribendæ ſint; quod tamen Budæus fecit: quia ſæpe appoſitæ inveniuntur apud auctores. in qua appoſitione τὸ, ὅτι *enuntiativum* eſt, & orditur narrationem: τοίνυν, autem *tranſitivam facultatem* habet: ita ut inchoativa tranſitio ex ipſarum appoſitione fiat. Porro formales notas eas eſſe alibi quoque dictum eſt, in quibus duæ vel plures particulæ in unicum ſenſum conveniunt: ſuamque aut una aut omnes deponunt ſignificationem, & aliam quandam induunt, ut de ὅτιμὰ proxime dictum eſt.

## CAPUT XX.

## De Particulis οὐ, οὐκ, & compoſitis.

οὐ, negatio.

Οὐ, *negatio*, in reſponſionibus habet vim repetendi verbum, quo fit interrogatio. Siquis enim interrogatus, ἔγραψας ταῦτα; reſpondeat, οὐ, illud οὐ, tantundem valet ac ſi οὐκ ἔγραψα, reſponſum eſſet. In ſimplicibus autem enuntiationibus interdum *geminatur* οὐ negatio, tamque ante verbum, quam poſt verbum adhibetur. Cumque neceſſario

οὐ interdum geminatur.

ceſſario ſecundum οὐ, puncto à ſequentibus diſtinguatur, neceſſario etiam acuto accentu munitur. Ut apud Demoſth. ὁ δὴ τοὺς χρόνους ἀναιρῶν τοῖς οἷά περ ἡμῖν ἐστὶ πολιτείας οὐ χρόνους ἀνῄρηκεν οὔ, ἀλλὰ τὰ πράγματα ἁπλῶς ἀφῄρηται. In quibus οὐ ſecundo loco poſitum, non prorſus otioſum eſt; *ſed negationis vim auget.* Tametſi nonnunquam otiſum invenitur. Ut apud Halicarnaſſeum de Thucydidis funebri oratione: ὁ δὲ δὴ περιβόητος ἐπιτάφιος κατὰ τίνα δήποτε λογισμὸν ἐν τούτῳ κεῖται τῷ τόπῳ μᾶλλον ἢ οὐκ ἐν ἑτέρῳ; Ubi οὐ penitus *vacat*, niſi quis ἢ ſelectivum pro, καὶ copulativo accipi malit: præſertim cum præcedens interrogatio in negativam enuntiationem convertatur. eſt enim ſenſus: κατ' οὐδένα λογισμὸν ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ κεῖται μᾶλλον ἢ οὐκ ἐν ἑτέρῳ. Adhuc autem magis vacare conſtat, ſi negatio explicite præceſſerit. Ut apud Herodotum: ἀποδεικνύντας οὐδὲν μᾶλλον αἰολεῦσι μετεὸν τῆς ἰλιάδος χώρης, ἢ οὐ καὶ σφίσι καὶ τοῖς ἄλλοις.

## Οὐκ.

Οὐκ, adverbium, interdum non reſponſivum eſt ad interrogationem, nec deſtructivum poſitionis, nec interrogationi junctum parem affirmationi — οὐκ, adverbium.

 mationi

mationi vim habet. ut, οὐκ ἠγόρευον ὅτι παρέξειν πράγματα ἐμέλλετόν μοι; ſed præter communem ejus uſum, nonnumquam *adverſativam vim habet cum ironia & emphaſi quadam.* Ut apud Ariſtophanem in Veſpis. Ubi cum ὁ χορὸς dicat, οὐ πώποθ' οὕτω καθαρῶς οὐδενὸς ἠκούσαμεν οὐδὲ ξυνετῶς λέγοντος, ſubdit, ὁ Φιλοκλέων, οὐκ, ἀλλ' ἐρήμας ᾤεθ' οὕτω ῥαδίως τρυγήσειν. Nam adverſari videtur aſſertioni ſeu poſitioni τοῦ χοροῦ, cum tamen potius illam confirmet, aſſerendo: *nunquam adverſarium credidiſſe ipſum* Φιλοκλέωνα, adeo καθαρῶς & ξυνετῶς *eſſe diſputaturum.* Per ſe autem ἀλλὰ adverſativa, hunc ſenſum non præſtitiſſet; careret enim ſermo ironia & emphaſi. Differt autem ſenſus particularum οὐκ ἀλλά, in hoc loco; à ſenſu, quem habent apud eundem in Nebulis. Ubi cum Strepſiades interroget Socratis diſcipulum, τουτὶ δὲ τί; ille autem reſpondeat, γεωμετρία. iterumque Strepſiades, τοῦτ' οὖν τί ἐστι χρήσιμον interroget? reſpondeatque ὁ μαθητὴς, γῆν ἀναμετρεῖσθαι. ὁ Στρ. amplius interroget, πότερα τὴν κληρουχικήν; ad quæ ὁ μαθητὴς, οὐκ ἀλλὰ τὴν σύμπασαν. Ubi τὸ οὐκ, deſtruit poſitionem per interrogationem factam, & aſtruit illud: *negans geometriam ad Cleruchicæ regionis, id eſt*

οὐκ interdum adverſativam vim habet.

*eſt agrorum colonis aſſignatorum dimenſionem, ſed ad totius orbis terram metiendam inventam eſſe.* Cum itaq; particula οὐκ, ſemper ad verbum referatur, animadvertendum eſt: plerumque verbis ipſam præponi in eadem comprehenſione, nulla interpoſita voce. Sin autem punctum, vel alia interpunctio intercedat, tunc aut ad præcedens verbum refertur, ut cum removet vel negat præcedentem poſitionem, aut ſubſequens verbum anticipate præſumit. Ut in propoſito Ariſtophanis loco in Veſpis. οὐκ. ἀλλ' ἐρήμας ᾤεθ' οὕτω τρυγήσειν. eſt enim integer ſermo, οὐκ ᾤετο οὕτω καθαρῶς καὶ ξυνετῶς ἐμὲ λέξειν, quæ ex præcedentibus ſupplentur, ἀλλ' ᾤετο ἐρήμας τρυγήσειν. Eſt autem ἦθος σαρκαστικῶς ἐπεμβαίνοντος.

## Οὐ γάρ.

Οὐ γὰρ, quando *enuntiative* profertur, duæ voces ſunt, quæ *cauſam negativam* ſignificant, Ut apud Homerum, οὐ γὰρ ἔγωγε λωτηΐα, & οὐ γὰρ ἔτ' αὖθις νίσσομαι. Quando vero *interrogativè* ſive ſimpliciter, ſive cum indignatione, vel ironia, vel emphaſi quadam profertur, unum fit aggregatum, &, *nonne*, vel, *an non*, ſigni-

οὐ γὰρ, interrogativè. *Nonne*, *An non?*

ſignificat : Ariſtoph. in Pluto : οὐ γὰρ προσήκει τὴν ἐμαυτοῦ μοι πό·ιν εὐεργετεῖν &c. Plato, οὐ γὰρ ταῦτ' ἔφη μέγιστα ἀλλ' ἔτι τί μεῖζον; &c. *an non hæc maxima , ſed alia adhuc majora?* Demoſth. cùm *ironia* pronuntiavit, ὅμοιόν γε οὐ γάρ ; οἷς ἐμοῦ κατηγορεῖ. Ariſtoph. cum *emphaſi*, quæ innuit aſſeverationem, in Avibus. πειθ. εἰσὶ γὰρ ἕτεροι βάρβαροι θεοί τινες. προμ. οὐ γὰρ εἰσὶ βάρβαροι ; ὅθεν ὁ πατρῷος ἐστὶν Ἐξηκεστίδου. Apud Lucian. cum *indignatione* profertur, οὐ γὰρ ἐχρῆν γέροντα ἄνδρα καὶ μηκέτι χρῆσθαι τῷ πλούτῳ δυνάμενον, ἀπελθεῖν τοῦ βίου ; Porro cum *enuntiative* accipitur, *negativam cauſam* reddit. quæ interdum altera cauſa confirmatur. Ut apud Platonem : χαιρέτω δή. οὐ γὰρ ἔτι ἐγκωμιάζω. οὐ γὰρ ἂν δυναίμην. In quo caſu τὸ, οὐ γὰρ, non dicitur iterari ( non enim ad idem refertur ) ſed negativarum cauſarum ἐπαλληλία eſt ; quæ vocis οὐ γὰρ repeti-
οὐ γὰρ ἄν. tione deſcribitur :

Οὐ γὰρ, etiam cum ἂν particula & *paratatico indicativi*, probationi alicujus antecedentis ſervit. Dupliciter autem probamus : aut enim conſequens affirmatum, quod tamen antecedenti quodammodo adverſetur, inferimus ; & tunc per γὰρ ἂν fit probatio, cui additur ἦ aſſeverandi nota, ut loco ſuo dictum eſt : aut negatum conſequens

ſequens inferimus, & tunc τῷ γὰρ ἂν additur οὐ negatio, quæ ad verbum paratatici fertur. Ut apud Antiphontem: ἀπιστουμένων δὲ τῶν ἄλλων δούλων ἐν ταῖς μαρτυρίαις, (οὐ γὰρ ἂν ἐβασανίζομεν αὐτούς;) πῶς δίκαιον τούτῳ μαρτυροῦντι πιστεύσαντας, διαφθεῖραί με; In utraque autem probandi ratione tam affirmativa quam negativa, particula ἂν, verbo tribuitur, quæ actum tollat, & ad potentiam reducat. γὰρ vero, εἰ conditionali ſupplendæ ſubjicitur: ut in proximo Antiphontis exemplo verba, οὐ γὰρ ἂν ἐβασανίζομεν, confirmant id, quod præceſſit, ἀπιστουμένων δὲ τῶν ἄλλων δούλων, poſitionem videlicet *ſervis non haberi fidem* per poſitionem contradictorii. *ſi enim haberetur fides, ſequeretur non torqueri ſervos.* cujus remotio, *ſed ſolent torqueri ſervi*, ponit, *fidem illis non haberi.* Additur etiam vocibus οὐ γὰρ ἄν, τὸ, ποτὲ, adverbium *temporis*. quod in vocum diſtributione, negationi tribuitur. ut apud Platonem: οὐδέτεροι δὲ αὐτῶν φιλοπόλιδες, οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐτόλμων τὴν τροφόν τε καὶ μητέρα κείρειν. Quod argumentum modo ſupradicto reducendum eſt: Εἰ γὰρ ἦσαν φιλοπόλιδες, οὐδέποτε ἐτόλμων ἂν τὴν μητέρα κείρειν. Similiter illud Herodoti, ὦ παῖ Καμβύσεω (σὲ γὰρ θεοὶ ἐπορῶσι,) οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐς τοσοῦτο τύχης ἀπίκευ, ſic reduci-

οὐ γὰρ ἄν ποτε.

ducitur: εἰ γὰρ μή σε ἐφεώρων οἱ θεοὶ, οὐκ ἄν ποτε ἀφίκου &c. id eſt, *nam niſi tibi Dii faviſſent, nunquam ad tantum fortunæ gradum perveniſſes.* Cæterum in prædictarum vocum explicatione, Budæus dupliciter fallitur: tum quia voces appoſitas οὐ γὰρ ἂν, & οὐ γὰρ ἄν ποτε, ut aggregatas deſcribit: tum etiam quod ſimiles τῶν ἢ γὰρ ἄν, ipſas eſſe docet: cum tamen contrariæ potius, quàm ſimiles dicendæ ſint. Quippe quæ negationem in ſe contineant, qua carent voces ἢ γὰρ ἄν, ut ſupra oſtenſum eſt.

οὐ γὰρ ἂν differt ab ἢ γὰρ ἄν.

## Οὐ γὰρ δή.

οὐ γὰρ δὴ, differt à μὴ γὰρ δὴ, quod hoc abominantis, illud negantis ſignum eſt.

Οὐ γὰρ δὴ, etiam ut aggregatum quoddam & formalem notam deſcribit Budæus; & ut μὴ γὰρ δὴ poni, id eſt, idem quod μὴ γὰρ δὴ ſignificare ſentit. Xenophontis verba illa, ἔχοις ἂν εἰπεῖν ὅτου ἕνεκα ἐπεθύμησας ἱππαρχεῖν; οὐ γὰρ δὴ τοῦ πρῶτος τῶν ἱππέων ἐλαύνειν. ſic transferens: *abſit enim ut exiſtimem hac de cauſa te hoc cupere ut ante alios equo provehare.* Sed eo differunt, quod μὴ γὰρ δὴ, propter μὴ particulæ facultatem *abominantis* eſt, οὐ γὰρ δὴ, *negantis.* In prædicto autem Xenophontis loco nihil abominatione opus eſt: ſed negatione tantum. ut ſit ſenſus: *neque enim te hoc cupere exiſtimo ut alios equitando præcedas.*

Οὐ

Οὐ γδ᾽ ἄν που.

Οὐ γδ᾽ ἄν που, etiam pro eodem dixiſſe Platonem ſentit, in illis verbis: διὰ ταῦτα δὴ οἶμαι πάιτα λόγον κινοῦντες ἀνατίθετε τῷ ἔρωτι, καὶ φατὲ αὐτὸν τοιοῦτον εἶ), ὅπως ἂν φαίνηται ὡς κάλλιςος καὶ ἄριςος δηλονότι τοῖς μὴ γινώσκουσιν, οὐ γδ᾽ ἄν πού τοῖς γε ἐιδόσι. quæ verba ſic tranſtulit: *neque enim peritis & expertis talem videri vultis.* Cum igitur ſupra dixerit, ὀ γδ᾽ δὴ, pro μὴ γδ᾽ δὴ, *abominandi* accipi, infra vero ὀ γδ᾽ ἄν που, pro ὀ γδ᾽ δὴ, ſequitur, ut ὀ γδ᾽ ἄν που etiam pro μὴ γδ᾽ δὴ, *abominandi* accipiatur: cum tamen ipſe in hoc proximo Platonis loco τὸ, ὀ γδ᾽ δὴ, *neque enim*, ſignificare dicat. Obſervandum eſt autem ἂν particulam in aggregato ὀ γάρ ἄν που, ad verbum modi alicujus obliqui referri, extrinſecus ſubaudiendi: ut in proximo Platonis loco: ὀ γάρ που φανείη ἂν τοῖς γινώσκυσιν. οὐ γδ᾽ ἄν που. Neq; enim.

Οὐ γάρ που.

Οὐ γάρ που, *namque*, per ſe negatio eſt μετ᾽ αἰτιολογίας ςοχαςικῆς. Plato in Euthyphr. τί νεώτερον ω Σώκρατες ὅτι σὺ ἐνθάδε διατρίβεις; οὐ γάρ που ἤ τοι δίκη τις οὖσα τυγχάνει. Ubi τὸ, γὰρ cauſam aſſignat cur *Euthyphron miretur* οὐ γάρ που. Namq;.

*retur Socratem in loco illo commorari.* ac ſi diceret, *miror te hoc in loco verſari cum nulla tibi ſit lis*, τὸ δὲ ϛοχαϛικόν που, innuit, non aſſeveranter ipſum negare *nullam eſſe Socrati litem*, ſed ϛοχαϛικῶς ſe arbitrari. Interponitur etiam δὴ particula, & legitur, οὐ γάρ δήπου: Demoſth. περὶ τοῦ ϛεφάνου.

οὐ γὰρ δήπου. οὐ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι᾽ ἐμὲ, ἐμὲ δὲ αὐτὸν οὐκ ἂν ἐγράψατο. Ubi τὸ δήπου affirmativum ϛοχασμὸν deſignat.

οὐ δήπου. Invenitur & οὐ δήπου, ſine γὰρ, apud Ariſtoph. in Ranis. οὐ μὴ φλυαρήσεις ἔχων ὦ Ξανθία, ἀλλ᾽ ἀράμενος γ᾽ οἴσεις πάλιν τὰ ϛρώματα. ξανθ. τί δ᾽ ἐστὶν; οὐ δήπου μ᾽ ἀφελέσθαι διανοῇ ἃ δέδωκας αὐτός. Ubi interpres, οὐ δήπου διανοῇ, pro ὄντως διανοῇ, exponit, moxque ſubjicit. ἡ γάρ οὐ, ἄρνησις συγκατάθεσιν δηλοῖ. Quod ut concedamus in interrogationibus verum eſſe, hic tamen non habet locum interrogatio, ſed potius ὁ ϛοχασμὸς, ut illud, τί δ᾽ ἐστὶν; admirative dicat ὁ ξανθίας, ut qui nullo modo ſibi perſuadere poſſet *ſe privatum iri iis, quæ ab hero acceperat.* Neque vero propterea quod interrogative proferatur, idcirco ἐλεγκτικὴ eſſet ἐρώτησις, quales ſi negativè proferantur, affirmationem inferunt, ut in Pluto: οὐκ ἠγόρευον ὅτι παρέξειν πράγματα ἐμέλλετόν μοι.

Οὐ

## Οὐ γὰρ ἀλλά.

Οὐ γὰρ ἀλλὰ: tres ſunt particulæ: quas Budæus, ſecutus Ariſtophanis interpretem, conjungit, & ut unicam vocem pro καὶ γὰρ, accipi docet: aſſerens οὐ, & ἀλλὰ, abundare: & hoc, quia, quod ſupprimitur in locutionibus, in quibus voces hæ recipiuntur, non animadvertit. Cum enim ἀλλὰ adverſativa ſit, accidit ut per ipſam contrarium quiddam quam quod in præcedentibus habitum eſt, inferatur. Puta, ſi affirmativa poſitio præceſſerit, ἀλλὰ negationem comitatur; ſi negativa poſitio præceſſerit, ὁ ἀλλὰ affirmationem infert. Ut ſupra de ipſo ἀλλὰ dictum eſt. Cum igitur in locutionibus in quibus οὐ γὰρ ἀλλὰ recipitur, poſt ἀλλὰ, verbum affirmatum ſequatur: ut apud Ariſtoph. in Nebul. οὐκ ἄν ποθ' εὗρον, οὐ γὰρ, ἀλλ' ἡ γῆ βίᾳ ἕλκει πρὸς αὑτὴν τὴν ἰκμάδα. & in Ranis, μὴ σκῶπτ' ὦ 'δελφὲ, οὐ γὰρ, ἀλλ' ἔχω κακῶς. patet negativum quiddam præceſſiſſe, quod tamennon exprimitur; ſed interdum ex ſuperioribus repetendum eſt. ut in Ranis: μὴ σκῶπτ' ὦ 'δελφὲ, οὐ γὰρ, ἀλλ' ἔχω κακῶς. Ubi repetendum eſt verbum σκώπτω, in prima perſona indicativi,

οὐ γὰρ ἀλλά. non idem quod καὶ γάρ.

οὐ γάρ

οὐ γὰρ σκώπτω. deinde addendum ἀλλ' ἔχω κακῶς. id eſt *non enim jocor, ſed male affectus ſum.* Negatur itaque aliquid ex præcedentibus afferendo cauſam, quæ per γὰρ indicatur. Nonnunquam id quod ſubintelligitur, non ex præcedentibus, ſed extrinſecus adjiciendum eſt. ut in Nebulis: εἰ δ' ὢν χαμαὶ τἄνω κάτωθεν ἐσκόπουν, οὐκ ἄν ποθ' εὗρον, οὐ γὰρ, ἀλλ' ἡ γῆ βίᾳ ἕλκει πρὸς τὴν ἰκμάδα τῆς φροντίδος. Ubi poſt particulas οὐ γὰρ, ſupplendum eſt aliquid. ut ſit integra locutio, οὐκ ἄν ποθ' εὗρον οὐ γὰρ ἐᾷ ἡ γῆ ἀλλὰ βίᾳ ἕλκει &c. Sic in Ranis: χαρ. δοῦλον οὐκ ἄγω εἰ μὴ νεναυμάχηκε τὴν περὶ τῶν κρεῶν, ξανθ. μὰ τὸν Δί' οὐ γὰρ, ἀλλ' ἔτυχον ὀφθαλμιῶν. Ubi verbum ſubintelligitur, puta, παρῆν, vel παρεγενόμην, ἀλλ' ἔτυχον ὀφθαλμιῶν. *non enim licuit mihi per oculorum morbum pugnæ illi intereſſe.* Sic apud Platonem legitur in Euthydemo, licet interruptum interpoſitione τοι particulæ: πῶς ὦ Διονυσόδωρε λέγεις; οὐ γάρ τοι ἀλλὰ τοῦτόν γε τὸν λόγον πολλῶν δὴ καὶ πολλάκις ἀκηκοὼς ἀεὶ θαυμάζω. Subauditur enim hic quoque verbum συνίημι, vel tale quidpiam extrinſecus, ut ſit integra locutio: πῶς λέγεις οὐ γάρ τοι συνίημι ἀλλὰ τοῦτόν γε τὸν λόγον. & reliqua. In exemplo etiam quod affert interpres Ariſtophanis in Nebulis, ἀκούετον

Ιππώ-

Ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀποδημῶ, ἀλλ' ἥκω. Inducitur enim *Hipponax ipſe aſſerens ſe adeſſe & verba facturum eſſe.* In Ranis item Ariſtophanis iterum eadem locutio invenitur: Ubi inducitur ſervus quidam qui dicat ad herum, φέρε δὴ ταχέως τὰ σκεύη, οὐ γὰρ ἀλλὰ πειστέον. Ubi verbum vel adverbium θετικὸν, ſubauditur. Ut ſit integra locutio, φέρε ταχέως τὰ σκεύη, οὐ γὰρ ἀπειθητέον, ἀλλὰ πειστέον: id eſt: *non enim recuſandum eſt, ſed parendum.* Sic apud eundem in Equitibus, Κλέων, & Ἀλλαντοπώλης contendunt, *cui nam ipſorum populus Athenienſis (qui in ea fabula inducitur) Leporinas carnes acceptas referre debeat.* & Κλέων, quidem *donum ſibi arrogans* dicit: ἐγὼ δ' ἐκινδύνευσα: Alter autem, ἐγὼ δ' ὤπτησά γε. Poſt quæ Populus ad Cleonem, Ἄπιθι. οὐ γὰρ, ἀλλὰ τῷ παραθέντος ἡ χάρις. *Abi hinc, non enim ei qui mihi appoſuit gratia referenda eſt.* Quam ſuppletionem qui non animadvertunt, οὐ γὰρ ἀλλά, pro καὶ γάρ, accipi ajunt. Neque vero quia in hujusmodi locutionibus quadrat ſenſus καὶ γάρ, idcirco οὐ γὰρ ἀλλά, idem & καὶ γὰρ eſſe dicendum eſt.

## Οὐδ' εἰ.

οὐδ' εἰ, pro οὐδὲ,

Οὐδ' εἰ, pro οὐδὲ, uſurpavit Ariſtoph. in Veſpis. πάντα πέφρακται, κοὐκ ἔστιν ὅπης οὐδ' εἰ σέρφῳ διαδῦναι, pro οὐ δὲ σέρφῳ διαδῦναι. Iſocrat. in Panegyr. οὐδ' εἰ poſt negationem, pro καὶ εἰ, vel εἰ καὶ, uſus eſt; οὐ μὴν οὐδ' εἰ συναγορεύουσι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, οὐδ' ὡς ὀρθῶς περὶ τῆς ἐκείνου δυνάμεως γινώσκουσι. Ubi οὐδὲ εἰ, pro καὶ εἰ, dictum eſt, propter præcedentem negationem in οὐ μὴν: quam altera quoque ſubſequitur in conſequente, οὐδ' ὡς ὀρθῶς, Atticorum more. Apud quos ſæpe repetita negatio nihil melius efficit: At ſi affirmativa præceſſiſſet, puta καὶ μὴν, utique καὶ εἰ, locum habuiſſet hoc modo, καὶ μὴν καὶ εἰ τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις συναγορεύουσιν &c.

pro καὶ εἰ, vel εἰ καὶ.

## Οὐδὲν, & οὐδέν τι μᾶλλον.

οὐδὲν, an pro ſimplici negatione οὐ?

Οὐδὲν, pro ſimplici negatione οὐ, uſurpari docet Budæus, exemplo Gregorii: διὸ καὶ πάντων τὴν κάτω γνῶσιν οὐδὲν ὑπὲρ τὰ ἔσοπτρα τίθεται. Ciceronemque ſimiliter, *Nihil*; pro *non*, uſum eſſe in illis verbis: *Demoſthenes nihil Lyſiæ cedit.* Mihi non nihil diſferre videtur, utrum, οὐδὲν ὑπὲρ τὰ ἔσοπτρα τίθεται, dicas, an οὐχ ὑπὲρ τὰ ἔσοπτρα

πτρα τίθεται. Quod ſi affirmative loquamur, clarius perſpicietur: Nam ſi ὁ Δημοσθένης διαφέρει τοῦ Λυσίου, dixeris, *ſimpliciter à Lyſia differre Demoſthenem affirmas.* ſi vero, ὁ Δημοσθένης διαφέρει τοῦ Λυσίου, *ſecundum quid*, id eſt *in quibusdam differre.* Eam autem proportionem habet τι, ad οὐδὲν, quam affirmatio ad negationem.

Οὐδέν τι μᾶλλον, etiam pro οὐδαμῶς, accipi docet idem Budæus apud Platonem: οὐδέν τι μᾶλλον καλεῖς αὐτὴν ἰατρικήν. Ubi tamen pro οὐδὲν μᾶλλον, interpoſito τί nomine; id eſt *nihilo magis* accipitur. quemadmodum etiam apud Xenophontem, οὐδέν τι μᾶλλον ἢ γεωργοὺς ὠνούμενος. οὐδέν τι μᾶλλον. *Nihilo magis.* & pro οὐδαμῶς.

## Οὐδὲ γὰρ οὐδέ.

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ, *congeminatam negationem* habet, ad negativæ qualitatem augendam, Atticorum more. ut Iliad. ζ. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος υἱὸς κρατερὸς Λυκόεργος δὴν ἦν. & Iliad. β'. οὐδὲ γὰρ οὐδέ κεν αὐτὸς ὑπέκφυγε κῆρα. Quarum negativarum formam verbo tribui tertiæ perſonæ, docet Euſtathius, hoc modo: οὐδὲ γὰρ ὑπεξέφυγεν οὐδὲ αὐτός. Alibi, ἐπεὶ οὐδὲ μὲν οὐδὲ dixit Homerus, pro οὐδὲ γὰρ οὐδὲ. Iliad. μ'. ἐπεὶ οὐδὲ μὲν οὐδὲ ἔοικε δῆμον ἐόντα παρὲξ ἀγορεύ- οὐδὲ γὰρ οὐδέ. auget qualitatem negativæ.

ἀγορευέμεν. quarum vocum τὸ, μὲν, pene otioſum eſt, τὸ δὲ, ἐπεὶ, loco, γὰρ, poſitum eſt. ac ſi οὐ δὲ μὲν γὰρ, diceretur.

## Οὐδὲ μὴν.

οὐδὲ μὴν, id. quod ἀλλ' οὐδὲ. neq; vero, nec tamen.

Οὐδὲ μὴν: idem quod ἀλλ' οὐδὲ, ſignificat. id eſt, *neque vero*, *nec tamen*; Unde patet μὴν particulam, pro ἀλλὰ hic accipi. Quo in iteratis interrogationibus, & objectionibus utimur; ut de ἀλλὰ dictum eſt. Quod autem ſentit Budæus οὐδὲ μὴν, & οὔτε μὴν idem ſignificare, utrumque autem pro οὐ μέντοι accipi; neque uſu neque ratione probari poteſt. primum, quod οὔτε, non omnino eundem uſum præſtat quem οὐδὲ: ut de ipſo dictum eſt; deinde, quod οὐ μέντοι, adverſativum eſt, longeque differt ab utroque.

οὐδὲ μὴν, & οὔτε μὴν, differunt.

## Οὐ δῆτα.

οὐ δῆτα, Minimè, negatio cum aſſeveratione.

Οὐ δῆτα *negationem* cum *aſſeveratione* continet. quemadmodum δῆτα, per ſe *affirmationis intenſionem* ſignificat, ut de ipſo dictum eſt. Quare non ut formalis nota deſcribendum eſt τὸ, οὐ δῆτα: quod fit ex duabus vocibus appoſitis: ſic enim eſſent etiam μὴ δῆτα, ac τί δῆτα, formales

males notæ dicendæ:Illas autem formales eſſe notas ſæpe dictum eſt, in quibus conſtituentium vocum aut una, aut omnes,ſuam amittunt ſignificationem, & in aliam transeunt. ſed in propoſitis vocibus, conſtituentium partium quælibet ſuam retinet ſignificationem, ſingulæque ſeorſum vim ſuam præ ſe ferunt, nec in unam ſignificationem concurrunt. puta in οὐ δῆτα, οὐ, negatio, totam vim ſecum habet; δῆτα, quaſi ſubminiſtrat;ut apud Ariſtophanem in Pluto, interrogatus quidam, ἀλλ' οὐδὲ μὴν ἀπιςέρηκας γ' οὐδένα; reſpondet οὐ δῆτ' ἔγωγε, pro οὐκ ἔγωγε, id eſt *minimè ego quidē*,quod ſatisfaceret reſponſioni. Sic in illo Demoſthenis, μὴ δῆτ' ὦ πάντες θεοὶ, ſatis eſſet quod ad ſenſum attinet, ſi μὴ ὦ πάντες θεοὶ dixiſſet. Similiter apud Ariſtoph. τί δῆτα σοι τίμημ' ἐπιγράψω; ſi, τί σοι τίμημα ἐπιγράψω, dixiſſet, eundem ſenſum præſtitiſſet.

## Οὐκοῦν, & οὔκουν.

Οὐκοῦν, *circumflexum*, pro ſimplici οὖν accipitur, tam *collective* ut τοίνυν & ἄρα, quam *continuativè* pro *igitur*, & *itaque*: nec quidquam negat, licet connexam habeat negationem. Cujus rei ſignum eſt, quod in negationis illationibus τοῦ οὐκοῦν, οὐ οὐκοῦν. *igitur*, *itaq.*

nega-

negativa particula ſubjungitur, ut apud Demoſthenem περὶ τοῦ στεφάνου: οὐκοῦν οὔτε τῆς ἐξ ἀρχῆς εἰρήνης ἡγεμὼν οὐδ' αἴτιος ὢν φαίνομαι, οὔτε τῶν ἄλλων, & reliqua: Ubi οὔκουν, παροξυτόνως ſola per ſe pro οὐκοῦν οὐ, deſervire potuiſſet. Non ſolum autem *ratiocinationum illationibus*, ſed *ſimplicibus etiam poſitionibus*, quæ ex conceſſis quibusdam ſequuntur, vel etiam ſumuntur, ſervit vox οὐκοῦν, pro *igitur*, & *itaque*. Demoſth. ὑπὲρ μεγαλοπολιτ. ἀπὸ δὲ τῶν ὁμολογουμένων ἄρξομαι διδάσκειν; οὐκοῦν οὐδ' ἂν εἷς ἀντείποι ὡς οὐ συμφέρει τῇ πόλει & reliqua. Videtur etiam poni loco καὶ μὴν, id eſt, *atqui*; vel *attamen*, & *tamen*: ut ſæpe apud Ariſtophanem in Pluto. Ubi cum ſervus ad Chorum dicat, ἴτ', ἐγκονεῖτε, σπεύδετε, reſpondet Chorus, οὐκοῦν ὁρᾷς ὡρμημένους ἡμᾶς πάλαι προθύμως. & paulo infra, cum dicat Chorus, σὺ δ' ἀξιοῖς ἴσως μαθεῖν, πρὶν ταῦτα καὶ φράσαιμοι ὅτου χάριν ὁ δεσπότης ὁ σὸς κέκληκεν ἡμᾶς. reſpondet ſervus, οὐκοῦν πάλαι δήπου λέγω, σὺ δ' αὐτὸς οὐκ ἀκούεις. Quibus in locis & ſimilibus οὔκουν, cum *accentu in penultima*, *interrogative* prolatum, legi debere ſuſpicari poſſumus. Negativa autem interrogatio in affirmativam enuntiationem reſolvitur. Neque enim quia in prædictis locis quadrare poſſet

οὐκοῦν, pro μὴν, *Atqui*, *Attamen*, *tamen*.

ſet vox & ſenſus καὶ μὴν aggregati, idcirco τὸ, οὐκοῦν, idem quod καὶ μὴν ſignificare dicendum eſt. Cujusmodi transſumptione modice utendum eſſe in inveſtiganda vocabulorum ſignificatione alibi quoque dictum eſt.

οὐκοῦν, non idem quod καὶ μήν.

Porro οὔκουν penacutum, *connexam negationem* exercet, tam in illationibus, quàm in ſimplicibus enuntiationibus: qualis eſt apud Ariſtoph. in Pluto: ἔστι δέ μοι τοῦτ' αὐτὸ θαυμαστὸν, ὅπως χρηστόν τι πράττων τοὺς φίλους μεταπέμπεται. οὔκουν ἐπιχώρειόν τι πρᾶγμ' ἐργάζεται. In illatione autem, ut apud Demoſthenem, additur etiam οὐδὲ negatio poſt vocem οὔκουν, ſi ſecundo loco poſitum aliquid negare opus ſit. ut apud Demoſth. οὔκουν οὐδ' ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ ποιήσασθαι τὴν πόλιν εἰρήνην οὐδὲν αὐτῷ λεκτέον. Ubi οὐδὲ ὑπὲρ τοῦ ποιήσασθαι εἰρήνην dixit, cum prius de quibusdam aliis non eſſe dicendum dixiſſet. Quod non eſt geminare, ſeu repetere negationem, ut ſentit Budæus, ſed novam negationem afferre, ad prædictum reſpectum ſignificandum. Sic ad expreſſionem argumenti à fortiori, ſubditur οὐδὲ negatio poſt οὔκουν, apud Platonem: οὔκουν λέγεταί γε οὐδ' ὑπ' αὐτῶν ὁμηριδῶν. in quibus talis ratiocinatio innuitur, *ut, ſi nec ab ipſis Homeri ſectatori-*

οὔκουν, connexam negationem exercet.

οὔκουν οὐκ

*bus hoc dicitur, ſequatur nec ab aliis quibusdam dici.*

οὔκουν, interrogativè.

Οὔκουν, etiam *interrogative* dicitur, ut οὐκ, apud Ariſtophanem in Pluto: οὐκ ἠγόρευον ὅτι παρέξειν πράγματα ἐμέλλετόν μοι; quæ negatio in affirmativam enuntiationem reſolvitur. & apud Lucian. οὐκ ἐγὼ ἔλεγον ὅτι οὐκ ἀμελήσουσι Τίμωνος οἱ θεοί; ſic etiam οὔκουν. ut ſi dicas: οὔκουν ἔλεγον ἐγὼ σοι πάλαι; Sophocl. in Antig. cum *vehementia* interrogationem ſociavit, inducens *Creontem ad quendam nuntium protrahentem*: οὔκουν ἐρεῖς ποτ' εἶτ' ἀπαλλαχθεὶς ἄπει; quibus *commotus ille* reſpondet, καὶ δὴ λέγω σοι. In *reſponſionibus* enim pro ſimplici negatione ponitur τὸ οὔκουν apud Platonem. ἀλλὰ μὴ ἀρχιτέκτων βούλει γενέσθαι; οὔκουν ἔγωγε ἔφη. *haud equidem.*

in reſponſionibus pro ſimplici negatione. *Haud equidem.*

## Οὐ μὲν.

οὐ μὲν, pro οὐ γὰρ.

Οὐ μὲν, pro οὐ γὰρ, videtur accipi apud Homerum Οδυσ. ρ'. Ubi inducitur Ulyſſes ad Antinoum dicens: δός φίλε οὐ μέν μοι δοκέεις ὁ κάκιστος ἀχαιῶν ἔμμεναι, ἀλλ' ὤριστος. Alibi, οὐ μὲν γὰρ dixit Iliad ε'. τῷ δ' ἐπὶ παιήων ὀδυνήφατα φάρμακα πάσσων ἠκέσατ' οὐ μὲν γάρ τι καταθνητός γε τέτυκτο. Additur etiam huic voci δὴ particula, *affirmativam* vim habens

οὐ μὲν γὰρ.

habens: Xenoph. ἦ καὶ τὴν πόνων πλέον ἔχειν μαστεύεις; μὰ δί' α οὐ μὴν δή. quod *minime vero* Ciceronem dicere docet Budæus. Pro quo Homerus οὐ μένθην dicere ſolet. ut Iliad. θ'. τίφθ' οὕτω τετίηστον Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη; οὐ μένθην κάμετόν γε μάχῃ ἔνι κυδιανείρῃ. Et Ὀδυσ. έ. ἱμειρόμενός περ ἰδέσθαι σὴν ἄλοχον τῆς αἰὲν ἐέλδεαι ἤματα πάντα, οὐ μένθην κείνης γε χερείων εὔχομαι εἶναι. id eſt, οὐ μὴν δή. ut Euſtathius interpretatur. οὐ μὴν δή. *minimè verò.* οὐμένθην.

## Οὐ μήν τοι ἀλλά.

Οὐ μήν τοι ἀλλά, formalis nota eſt, & idem quod οὐ μὴν ἀλλὰ ſignificat. Nam & μήν τοι *adverſativum*, idem valet quod μὴν itidem *adverſativum*. Plato: καὶ γὰρ ἂν δόξειεν οὕτωγ' εἶναι ἄλογον. οὐ μήν τοι ἀλλ' ἴσως γε ἔχει τινὰ λόγον, id eſt, *verum tamen habet aliquid rationis*. οὐ μήν τοι ἀλλά. id. quod οὐ μὴν ἀλλά.

Οὐ μήν τοι autem, *per ſe*, *Non tamen*, & *Nec vero*, ſignificat, ſemperque negativum ſenſum habet. Secus οὐ μήν τοι ἀλλὰ, ſicut οὐ μὴν ἀλλὰ, non ſemper *negativum* eſt, ſed interdum *affirmative* adverſatur, & pro ὅμως, vel ἀλλ' ὅμως accipitur, ut dictum eſt de οὐ μὴν ἀλλά. οὐ μήν τοι. *Nec tamen*, *Nec verò.* οὐ μήν τοι ἀλλά, interdum pro ὅμως.

## Οὐ μή.

οὐ μή, Negatio cum prohibitione.

Οὐ μὴ, *negatio* eſt *cum prohibitione*, ex οὐ, & μή. Quarum particularum appoſitione prohibitionis intenſio, & vis indicatur. Ariſtoph. in Nebul. οὔ μὴ σκώψῃς ὥσπερ οἱ τρυγοδαίμονες οὗτοι. & in Ranis, οὔ μὴ διατρίψῃς, ἀλλὰ γεῦσαι τῆς θύρας. & infra, οὔ μὴ φλυαρήσῃς ἔχων ὦ ξανθία. In quiqus omnibus exemplis cum μὴ prohibendi ſit, *ſubjunctivo* jungitur: negatioque οὐ, accentum *acutum* habet, quippe quæ à particula μὴ diviſim legitur; ut dictum eſt cap. 14. ubi de μὴ particula agitur. Cum vero κατὰ συνέπειαν proferuntur, τὸ, μὴ *negationi cedit*, *negativamque vim* habet, qualem in obliquis enuntiationibus: ut in exemplis quæ affert Budæus, tum ex Luciano, θάρρει οὐδὲν οὐ μὴ γένηται ἄδικον, δικαιοσύνης ταύτης παρούσης. id eſt, *bono animo eſto: haud enim quidquam injuſtum fieri poteſt, præſente juſtitia.* tum ex Platone, ἕως ἂν τὸ σῶμα ἔχωμεν, οὐ μήποτε κτησόμεθα οὗ ἐπιθυμοῦμεν. id eſt, *nunquam id quod cupimus aſſequemur.* Item ex Gregor. θεὸν ὅ, τί ποτ' ἐστὶ τὴν φύσιν, οὔτε τις εὗρεν ἀνθρώπων, οὔτε μὴ εὕρῃ. id eſt, *nec poſthac invenerit.* In quibus omnibus exemplis viden-

tur voces οὐ μὴ, ἐλλειπτικῶς dici; ſubaudiendumque eſſe nomen δέος, cui tribuitur negatio. Porro autem particula μὴ ad ſubjunctivum verbum refertur; ut ſit apud Lucianum, οὐ δέος μὴ γένηταί τι ἄδικον, δικαιοσύνης παρούσης. & apud Platonem, οὐ δέος μήποτε κτησώμεθα. & apud Gregor. οὔτε δέος μὴ εὕρῃ. Sic quod legitur apud Aeſchinem, τοὺς μὲν γὰρ πονηροὺς οὐ μήποτε βελτίους ποιήσετε, verbum ποιήσετε, in *ſubjunctivo* legendum puto: ut eodem modo reducatur locutio, οὐ δέος μήποτε ποιήσητε βελτίους τοὺς πονηρούς. Apud Syneſium autem, οὐ γὰρ μήποτε κατισχύσειε τοῦ πεφυκότος, οὐδ' οὐ μὴ σβέσειε τὸν σπινθῆρα τοῦ θείου φωτὸς; ſive διαζευκτικῶς ſive συνητικῶς accipiatur τὸ, μήποτε, merito *optandi* vocibus tribuitur. Quod autem dixit, οὐδ' οὐ μὴ σβέσειε, repetitionem habet τοῦ, οὐ μὴ, nam, οὐδὲ σβέσειε dixiſſe ſatis eſſet.

## Οὐ μὴν.

Οὐ μὴν, idem quod, οὐ μέντοι ſignificat: nam & μὴν, idem quod μὲν τοι valet: ſemperque *negative adverſatur*. Demoſth. οὐ μὴν ἐνταῦθ' ἕστηκε τὸ πρᾶγμα. *nec vero hic res conſiſtit.* idem, οὐ μὴν κωλύει γε οὐδέν. *tametſi nihil prohibet.* Differt ab οὐ μὴν ἀλλὰ, quod illud formale ſignum eſt, & modo

οὐ μὴν, id. quod, οὐ μέντοι.

differt ab οὐ μὴν ἀλλά.

do negative, modo affirmative adverſatur, hoc ſemper negat, & ad diverſa refertur: quo fit ut formale ſignum non ſit. Eodem modo differt οὐ μὴν ἔτι ἀλλὰ, ab οὐ μὴν ἔτι, à quo originem trahit.

Οὐ γὰρ ὅπως.

οὐ γὰρ ὅπως, pro οὐχ ὅπως γὰρ. *Non tantummodo.*

Οὐ γὰρ ὅπως, etiam ut aggregatum quoddam deſcribit Budæus, afferens exemplum ex Demoſthene: οὐ γὰρ ὅπως μὴ τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί τινος ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις ᾤεσθε χρῆναι, ἀλλὰ καὶ. id eſt, *non enim tantummodo corpus alicujus his diebus injuria affici indignum exiſtimabatis, ſed & cætera.* Ubi οὐ γὰρ ὅπως, pro οὐχ ὅπως γάρ, dictum eſt. Et quamvis οὐχ ὅπως nota formalis ſit, ut in qua conſtituentium particularum nulla per ſe id quod totum aggregatum ſignificet; tamen οὐ γὰρ ὅπως, non dicimus aggregatum eſſe, non magis quam οὐ γὰρ ὅπως μή. In quibus τὸ, γὰρ, ad aliud refertur, poteſtque tam adeſſe quàm abeſſe: μὴ, vero, verbo ſequenti tribuitur.

CAPUT

# CAPUT XXI.

## De Particulis οὕτως, οὐ μὴν, οὐδὲ, & harum ſimilibus.

Οὕτως, adverbium notæ ſignificationis, reſpondet τῷ ὡς, & ὥσπερ παραβολικῷ. & plerumque καὶ, *conjunctionem* ſibi ſubjungit. Quæ tamen conjunctio, ſæpe per ſe prædicti adverbii officium præſtat. Quod niſi quis animadvertat, conſequens ſermonis in unum rediget cum antecedente, & putabit deeſſe conſequens. ut apud Xenophontem: ἀπομνημον. α'. ἤδη δέ ποτ' ἐπεσκέψω εἰ ἄρα ὥσπερ ἀνδραποδίζειν μὲν φίλους ἄδικον εἶναι δοκεῖ, τοὺς δὲ πολεμίους δίκαιον εἶναι, καὶ τὸ ἀχαριστεῖν &c. Ubi ſubintelligitur οὕτω, conjunctioni καὶ, præponendum: ut ſit integra locutio, οὕτω καὶ τὸ ἀχαριστεῖν, & reliqua: in quibus continetur conſequens ſeu poſterior pars τῆς παραβολῆς. Antecedit etiam adverbium hoc, τὸ, ὥστε ἀποτελεστικόν; dicimus enim οὕτω πολλοὶ ὥστε. Qui tamen ordo particularum nonnunquam pervertitur, ut apud Ariſtoph. in Avibus. δώσομεν ὑμῖν πλουθυγίειαν, εὐδαιμονίαν, ὥστε παρέσαι κοπιᾶν ὑμῖν ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν. οὕτω πλουτήσετε πάντες.

οὕτως, reſpondet τῷ, ὡς & ὥσπερ παραβολικῷ.

& τῷ, ὥστε, ἀποτελεστικῷ. & ἐπιφωνηματικῶς.

πάντες. Quod ἐπιφωνηματικῶς dictum eſt, & ad conſtructionis ordinem redigetur hoc modo: οὕτω πλουτήσετε πάντες, ὥστε παρέσται, & cœtera. Quamquam apud auctores ſemper ἐν τοῖς ἐπιφωνήμασι, *antecedens* quidem cum οὕτως *adverbio poſtponitur*, *conſequens* vero *præponitur plerumque ſine* ὥστε *particula.* Cujus exempla paſſim apud ſcriptores occurrunt. Iſocr. in Paneg. τοῖς δ' ἠπειρώταις οὐδ' ὅταν εὖ πάσχωσι χάριν ἴσασιν. οὕτως ἀείμνηστον πρὸς αὐτοὺς τὴν ὀργὴν ἔχουσιν. quod ad conſtructionis ordinem ſic redigendum eſt. οὕτως ἀείμνηστον πρὸς τοὺς ἠπειρώτας τὴν ὀργὴν ἔχουσιν, ὥστε οὐδ' ὅταν εὖ πάσχωσι, χάριν ἴσασι. ſic alibi in eadem oratione; σημεῖον δὲ τοῦ τάχους καὶ τῆς ἁμίλλης. τοὺς μὲν γὰρ ἡμετέρους προγόνους φασὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας &c. τοὺς δὲ ἐν τρισὶν ἡμέραις καὶ ταύταις νυξὶ διακόσια καὶ χίλια στάδια διελθεῖν, οὕτω σφόδρα ἠπείχθησαν. Quod etiam ſic redigetur: οὕτω σφόδρα ἠπείχθησαν, ὥστε τοὺς μὲν ἡμετέρους προγόνους &c. In quibus omnibus & ſimilibus, cum ὥστε *ſupprimatur*, conſtructionisq; ordo pervertatur, non mirum eſt ſi οὕτως ἀποστατικῶς, à præcedentibus divulſum eſſe videtur. In Pluto etiam *præpoſterè* accipitur ſine ὥστε, cum dicit; ὅτι προσέβλεψέ με τις, ἐτυπτόμην μὲν τοῦθ' ὅλην τὴν ἡμέραν, οὕτω σφόδρα ζηλότυπος ὁ νεανίσκος ἦν.

cujus

cujus locutionis ordo eſt : οὕτω σφόδρα ζηλότυπος ὁ νεανίσκος ἦν, ὥστε & cætera. Significat etiam *conſecutionem* quandam : εἰ δέ τῷ μὴ ἀρέσκῃ ταῦτα, παραβάλλων τὸ ἑτέρου ἦθος πρὸς ταῦτα, οὕτω κρινέτω. Quod εἶθ' οὕτω, plenius dicitur: Iſocr. in Paneg. ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς εἴτ' ἐδόκει τὴν ἑαυτῶν ἔχειν ἕκαστον εἴτε καὶ τῶν δορυαλώτων ὑπάρχειν, ἕν τι τούτων ὁρισαμένους οὕτω συγγράφεσθαι περὶ αὐτῶν : *deinceps, mox, cæterum.* Adhibetur etiam in hoc ſenſu, ubi aliquid *conſtitutum ac decretum* fuerit. Ariſtoph. in Avibus. οὕτω μὲν εἰσίωμεν, id eſt, *cæterum eamus intro.* vel ἐπὶ τούτοις, *hac conditione introeamus.* Sic infra in eadem fabula. Ubi inducitur Prometheus velato capite, *indignatur quidam quod ipſi ſe non proderet amplius, & negat ſe reſponſurum niſi ſe detegat*: reſpondet Prometheus, οὕτω μὲν ἐκκαλύψομαι. *ita demum me oſtendam.*

οὕτως conſecutionem quandam ſignificat. *Deinceps, Mox, cæterùm.*

## Οὐ μὴν οὐδέ.

Οὐ μὴν οὐδὲ, ex οὐ μὴν, & οὐδὲ partibus conſtat. In quorum priore μὴν particula non ſemper *adverſativa* eſt, ſed interdum *tranſitiva*: & quæ illam præcedit negatio, præcedentia reſpicit : repetit enim præcedentem negationem. Poſterioris autem

οὐ μὴν οὐδὲ.

tem partis negatio ſubſequenti verbo tribuitur, & negativam propoſitionem conſtituit. ut apud Xenophon. primo ἀπομνημ. Ubi cum de Socrate dixiſſet, οὐ μὴν θρυπτικός γε, οὐδ' ἀλαζονικὸς ἦν, & quædam alia: mox ſubjecit, οὐ μὴν οὐδ' ἐρασιχρηματοὺς γε τοὺς συνόντας ἐποίει.

οὐ μὴν οὐδὲ, οὐ μὴν οὔτε, οὐ μὴν ἀλλ' οὐδέ.

Porro οὐ μὴν οὐδὲ, & οὐ μὴν οὔτε, & οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ, quaſi formales notas deſcribit Budæus, idemque ipſas quod οὐδὲ μὴν & οὔτε μὴν, hoc eſt, οὐ μέν τι ſignificare docet; afferensque Galeni verba illa, ἐσθίειν δὲ τοὺς μὲν ἐπὶ τοῖς κόποις πυρέξαντας ἐνδέχεται πολλάκις οὐ μὴν οὔτε τοὺς στεγνωθέντας, οὔτε τοὺς ἐπὶ βουβῶσι πυρέξαντας, addit: μὴν enim *adverſativum* eſt in hoc loco, ut in ὅμως μὴν. In quibus illud animadvertendum eſt, prædictas voces non eſſe formales notas; cum partes conſtituentes ad diverſa referantur. ut in prædicto Galeni loco τὸ, οὐ μὴν, adverſative negat, ἐνδέχεσθαι ἐσθίειν τοὺς στεγνωθέντας καὶ τοὺς ἐπὶ βουβῶσι πυρέξαντας. quos repetita negatione, alios ab aliis diſtinguit: ut ſit ordo prædictorum verborum, οὐ μὴν ἐνδέχεται ἐσθίειν οὔτε τοὺς στεγνωθέντας, οὔτε τοὺς ἐπὶ βουβῶσι πυρέξαντας. & ſic μὴν in ſua ſignificatione remanebit. Utrumque autem οὔτε, ad ſubſequentes orationis

tionis partes referetur. Pari modo in οὐ μὴν οὐδὲ, & in οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ, partes ad diverſa referuntur in conſtructionis diſtributione. Quid autem οὔτε, ab οὐδὲ differat, vide in dictione οὐδέ. Οὐ μὴν οὐδ' εἰ, etiam formale ſignum eſſe putaret aliquis, cum tamen non ſit, ut cujus partes ad diverſa referuntur; nam οὐ μὴν, *negative adverſatur.* οὐδ' εἰ autem, loco, καὶ εἰ, vel καί περ ponitur, cum repetitione negationis, quæ eſt in οὐ μήν. οὐ μὴν οὐδ' εἰ.

## Οὐ μὴν ἀλλά.

Οὐ μὴν ἀλλὰ, tres ſunt particulæ, de quibus ut de unica voce, Budæus docet, *quod quamvis negationis ſpeciem præ ſe ferat, tamen affirmationis vim habeat:* & exemplis quibusdam voces has *Enim vero*, & *At vero* ſignificare ait. In quibus & ſimilibus omnibus, ſi οὐ μὴν, ad præcedentia referatur, clare apparebit non unicum ſenſum harum vocum eſſe, ſed οὐ μὴν ad præcedentia referri, ἀλλὰ diverſum aliud quiddam ponere loco ejus quod per οὐ μὴν removetur. Quam ſignificationem οὐ μὴν, pro, *non tamen*, cum Budæus etiam intelligat, tamen in οὐ μὴν ἀλλὰ, non

οὐ μὴν ἀλλά. tres particulæ, non una vox.

*Enim verò, At verò.*

οὐ μὴν, *non tamen.*

non agnoſcit. Harum itaque trium vocum μὴν adverſativa in diſtributione conſtructionis, in καί τοι, vel καί περ converſa, antecedens locutionis efficit: quod ſubticetur plerumque; & idcirco, οὐ μὴν ἀλλὰ præcedere videtur in locutionibus; reliquæ duæ conſequens ſibi dividunt. Quarum ἀλλὰ, ponit aliquid diverſum ab eo, quod per ἐ particulam negatur. Iſocr. in Panegyr. νῦν δὲ οἱ μὲν ἐν ταῖς μεγίσαις δόξαις ὄντες, ἐπὶ μικροῖς σπουδάζουσιν. ἡμῖν δὲ τοῖς τῶν πολιτικῶν ἐξεσηκόσι περὶ τηλικούτων πραγμάτων συμβουλεύειν καταλελοίπασιν. οὐ μὴν ἀλλὰ δεῖ τοὺς ἄλλους ἡμᾶς ἐῤῥωμενεστέρως σκοπεῖν, ὅπως ἀπαλλαγησόμεθα τῆς παρούσης ἔχθρας. Quarum locutionum ejus quæ prior eſt, ſenſus eſt hujusmodi. *Præcipuos in Græciæ rebus publ. negotiis parvi momenti operam dare, maxima quæque aliis curanda relinquere*: Poſt quæ ſubjicit, *Quod tametſi res ita ſe habet, non ideo reliquos negligere oportere, ſed curare ut Græciæ civitates inter ſeſe concilientur.* μὴν itaque particula prædictæ locutionis antecedens innuit, *quod tametſi res ita ſe habeat*, ac ſi dixiſſet: καί περ οὖν τούτων οὕτως ἐχόντων: negatio deinceps illam conſequentis partem innuit, non idcirco reliquos negligere oportere; ac ſi dixiſſet, οὐ

δεῖ τοὺς ἄλλους ἡμᾶς ἀμελεῖν. reliqua conſequentis pars, in qua ponitur diverſum quiddam, per ἀλλὰ conjunctionem profertur, quæ eſt ἀλλὰ σκοπεῖν ὅπως ἀπαλλαγησόμεθα τῆς παρούσης ἔχθρας: id eſt, *ſed id curare ut præſentibus inimicitiis liberemur.* Quamvis autem hanc originem habeat, & ad hanc etymologiam partes ejus reduci poſſint in conſtructionis diſtributione, tamen ſæpe pro *affirmativa adverſatione* ſimul prædictæ voces, pro *Veruntamen*, & *Attamen* accipiuntur. Cujus ſignificationis innumerabilia exempla occurrunt apud auctores. Invenitur etiam interruptum nonnunquam, ut apud Platonem: οὐ μὴν αὐτός γε ἀλλὰ καὶ πρότερον ἀκηκοέναι. pro, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρότερον αὐτός γε ἀκηκοέναι. Interrumpitur etiam δὲ particulæ interjectione, οὐ μὴν δὲ ἀλλά.

οὐ μὴν ἀλλά, *Attamen*, *Veruntamen.*

Οὐδέ.

Οὐδὲ, vox *negandi*, eo ab οὔτε differt, quod hoc *ſimplici negationi ſubditur*: ut οὐ τοῦτο, οὐδὲ τοῦτο: οὔτε autem ſi præceſſerit, alterum οὔτε ſequi neceſſe eſt. Galen. οὔτε τοὺς ςεγνωθέντας, οὔτε τοὺς πυρέξαντας. Nam cum οὐδὲ, idem valeat quod καὶ οὐ, ſequitur ut δὲ, pro καὶ accipiatur. Quod cum per ſe ſtare poſſit, etiam ſi alterum καὶ non

οὐδὲ & οὔτε, quomodo differant.

οὐδὲ, idem valet quod καὶ οὐ.

non præcedat, vel ſubſequatur; efficitur ut δὲ quoque per ſe negationi jungatur, quæ ſimplici negationi reſpondeat: οὔτε vero propter τε particulam, quam ſemper alterum τε ſubſequitur, ipſum quoque per ſe ſtare non poteſt, ſed alterum οὔτε ſemper requirit, ut dictum eſt.

## Οὐ μήν πω.

*Οὐ μήν πω. Nondum tamen. Attamen nondum.*

Οὐ μήν πω, etiam quaſi formalem notam & aggregatum quoddam deſcribit Budæus, & *Nondum* ſignificare docet, ſupprimens μὴν particulæ vim *adverſativam*, qua fit ut οὐ μὴν πω vox, *Nondum tamen*, vel *Attamen nondum*, ſignificet. Ut apud Demoſthenem: οὐ μήν πω τοῦ βουλεύεσθαι λέγειν. Cum itaque partes vocis hujus ad diverſa referantur, aggregatum ullum ex ipſis fieri non poteſt; non magis quam ex οὐ μήν ποτε, & οὐ μὴν πώποτε vocibus, & ſi quæ aliæ ſimili modo coacervantur. Quare ſingulis ſua vis tribuenda eſt, ut de ſingulis ſuo loco dictum eſt. Nec vero quia ſub uno accentu proferuntur voces οὐ μήν πω, pro uno quodam habenda ſunt. Sic enim quamlibet encliticam vocem non ut partem orationis, ſed ut partem & ſyllabam ejus, cujus accentu regitur, exiſtimare oporteret.

Οὐκ

## Οὖν.

Οὖν, particula quatenus *illativa* eſt, & idem quod οὐκοῦν ſignificat, non ſolum explicitarum ratiocinationum concluſionibus accommodatur, & ἄρα, id eſt, *ergo* ſignificat, ſed ſimplicibus quoque poſitionibus deſervit: quæ tamen ex quovis modo conceſſis conſequuntur vel ſumuntur; & *aſſumptivam* vim habet ut τοίνυν: ex quo poſtea aliud colligitur ſeu infertur. Quatenus vero *tranſitivum* eſt, eundem uſum præſtat quem μὲν οὖν, ut de illo dictum eſt: & ſignificat, *Igitur*, *itaq*, ſæpe etiam abundat apud Homerum & Herodotum, atque alios auctores, tum per ſe, tum etiam quibusdam aliis ſociatum. Homer. Iliad. β'. φημὶ γὰρ οὖν καταινεῦσαι Κρονίωνα. Plato: πειρῶ διαστησώμεθα, ὥσπερ οὖν καὶ ἔχει. ſic ὡς οὖν, pro ſimplici ὡς, apud Pauſaniam. ἀφικομένων δὲ τῶν ἀγγέλων ὡς οὖν τὰ γράμματα ἀπεδόθη συνήγαγε τοὺς ἐν τέλει. Ubi, *Demum*, vel *Tandem* ſignificare poteſt: nam & hæc quoque ſignificat. Quæ ſignificatio ſæpius in δῆτα οὖν, voce reperitur, ut de ipſa dictum eſt. Apud Jonas ὦν, pro οὖν, dicitur.

οὖν i.e. *Ergo*, idem quod οὐκοῦν & ἄρα.

& id. quod τοίνυν.

οὖν, id. quod μὲν οὖν. *Igitur*. *Itaq*.

Sæpè abundat.

*Demum*, *Tandem*.

## Οὔτι.

Οὔτι, ut μήτι, duæ voces ſunt: in quibus neutrum nomen τι particulis οὐ, & μὴ ſubjungitur: eisque in maſculino & feminino genere reſpondent voces μήτις, & οὔτις. Ut igitur οὔτις, idem valet quod οὐδεὶς, ut apud Homerum Iliad. α΄. οὔτις ἐμεῦ ζῶντος, σοὶ χεῖρας ἐφήσει & alibi. Sic οὔτι, idem erit quod οὐδὲν. ut Iliad. δ΄. τὸν δ' οὔτι προσέφη κρείων Ἀγαμέμνων. Ut autem οὐδὲν, pro ſimplici negatione accipitur interdum; ut de ipſo dictum eſt, ſic etiam τὸ, οὔτι, *ſimpliciter negat* ſine τι pronominis ſignificatione. Plato ἀπιστοῦντα δὲ καὶ ζητοῦντα, τοὺς λόγους ποιεῖσθαι φοβερόν τε καὶ σφαλερὸν οὔτι γέλωτα ὄφλειν, ἀλλὰ μὴ σφαλῇς, & reliqua. id eſt, *periculum imminet non dico ne ridiculus videaris, ſed*, &c. Additur huic voci τὸ, που, στοχαστικόν, & fit οὔτι που. quod tametſi *interrogative*, cum indignatione etiam nonnunquam profertur, non tamen *conjectura* vacat. Ariſtoph. in Ranis, ἐπίσχες οὗτος, οὔτι που σπουδὴν ποιεῖς ὅτι μὲ παίζων Ἡρακλέα γ' ἐσκεύασα; *nunquid*, vel *an forte*, ſeu *num forte ſerio fieri putaſti quod joco ego feci?* ſic Plato interrogative, οὔτι που ὦ Θεόδωρε ἐγὼ ὑπὸ φιλολογίας ἀγροικίζομαι;

Οὔτι, ſimpliciter negat.

οὔτι που. *Nunquid, An forte, Num fortè.*

quæ

quæ interrogatio σὺν ϛοχασμῷ, pronuntianda eſt.

οὔτοι, autem *ultimam diphthongum* habens, cum *aſſeveratione negat*: ut de οὐ δῆτα dictum eſt. ſæpe apud Ariſtoph. οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρα χαιρήσεις ἔτι; *nequaquam certe, minimè vero.* & alibi, οὔτοι καταπροίξῃ.

*οὔτοι. Nequaquam certè. Minime verò.*

Οὐχ ὅτι.

Οὐχ ὅτι, vox æquivoca eſt, quippe quæ dupliciter accipitur. Nam ſi ὅτι, διηγηματικῶς, & ἀποφαντικῶς, vel αἰτιολογικῶς intelligatur; tunc οὐχ ὅτι, duæ voces erunt, & *Non quod*, ſignificant *Indicativo* junctæ, ut οὐχ ὅτι κἂν τούτοις ἔλαττον ἠνέγκατο. id eſt, *non quod in his quoque deteriores partes tulerit.* cui additur nonnunquam μὴ, loco, οὐ, negativæ, ſi negare opus ſit: ut apud Lucian. οὐχ ὅτι μὴ καλὸν εἶναι οἶμαι, id eſt, *non quin honeſtum eſſe cenſeam.* Cum vero vox ὅτι neutram prædictarum ſignificationum retinet, tunc οὐχ ὅτι non ſimpliciter negat, ſed ut μὴ ὅτι *ampliationibus ſervit*, & formalis nota eſſe dicitur. Cumque ampliationes modo in affirmativam, modo in negativam deſinant, ſi in affirmativam tendit ampliatio, τὸ, μὴ ὅτι, pro, *non ſolum* accipitur: ut, οὐχ ὅτι τοῦτο, ἀλλὰ

*οὐχ ὅτι, vox æquivoca.*

*i. e. Non quod.*

*οὐχ ὅτι μὴ. Non quin.*

Ampliationibus ſervit.

*i. e. Non ſolum.*

καὶ τοῦτο. ſin in negationem tendit ampliatio, pro, *Non ſolum non*, accipitur τὸ, οὐχ ὅτι. ut apud Athæneum: οὐχ ὅτι ἡμῶν τινα προσβλέποντες, ἀλλ' οὐδὲ ἀλλήλους. *non ſolum non intuebantur quemquam noſtrum, ſed ne ſe ipſi quidem inter ſe.*

*Non ſolum non.*

Οὐχ ὅπως.

*οὐχ ὅπως. Non ſolum.*

Οὐχ ὅπως, etiam ut οὐχ ὅτι, pari ratione utrumque ſignificat, juxta verbi qualitatem, οὐχ ὅπως ἐποίησε τοῦτο, *non ſolum hoc fecit.* & οὐχ ὅπως οὐκ ἐποίησε, *non ſolum non fecit.* Interrumpitur etiam τὸ, οὐχ ὅπως, γὰρ particulæ interpoſitione: Demoſth. κατὰ Μειδίου. οὐ γὰρ ὅπως μὴ τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί τινος ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις ᾤεσθε χρῆναι, ἀλλὰ καὶ, & reliqua; id eſt, *neque enim corpus tantum cujusque omni injuria his diebus vacare oportet arbitrati eſtis, ſed* &c. Οὐχ ὅπως etiam juxta ὅπως ſignificationem, pro οὐχ ἵνα, vel οὐχ ὄντινα τρόπον accipitur. Demoſth. οὐχ ὅπως εὐορκήσεται προνοίαν ποιούμενος.

*οὐχ ὅπως οὐκ. Non ſolùm non.*

*οὐχ ὅπως, pro οὐχ ἵνα. vel οὐχ ὄντινα τρόπον.*

Οὐχ οἷον.

*Οὐχ οἷον. Non ſolum non.*

Οὐχ οἷον, etiam ut οὐχ ὅτι, ſi ampliatio in *negationem* deſinit, pro *non ſolum non*, accipitur, ut apud Poly-

Polybium: μὴ ὄντ(ος) γὰρ ἡ φάλαγξ ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις αὐτῇ τόποις, οὐχ οἷον ὠφελεῖν δύναιτ' ἂν τοὺς φίλους, ἀλλ' οὐδ' ἑαυτὴν σώζειν. ſic Phalaris, οὐχ οἷον ἀνθρώπῳ τινὶ πεισθεῖσαν τὴν τῆς τυραννίδος ἐξουσίαν καταθέσθαι, ἀλλ' οὐδὲ θεῶν τῷ δυναστεύοντι. Pari ratione cum in *affirmationem* deſinit ampliatio, pro, *Non ſolum*, accipitur. Et ſic τὸ, οἷον, pronomen more poëtico, idem quod μόνον, ſignificare perſpicuum eſt. & *Non ſolum.* οἷον more Poëtico, id. quod μόνον.

Οὐχ ὡς, etiam pro οὐχ ὅπως, idem quod μήτι, id eſt, *nedum* ſignificat. Athenæus: Παρμενίδη μὲν γὰρ καὶ ἐλθεῖν εἰς λόγους τὸν τοῦ Πλάτωνος Σωκράτην μόλις ἡ ἡλικία συγχωρεῖ οὐχ ὡς καὶ τοιούτους εἰπεῖν ἢ ἀκοῦσαι λόγους. Οὐχ ὡς, id. quod μήτι. *Nedum.*

Οὐχ ὅσον.

Οὐχ ὅσον, etiam pro οὐχ ὅπως, uſurpari cenſet Budæus, apud Ariſtidem in oratione de laudibus Urbis Romæ, in illis verbis: μέγα καὶ φανερὸν σύμβολον ἐπὶ τοῦ προέχειν τὴν πόλιν. εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς οὐχ ὅσον λανθάνειν. id eſt, ut ipſe vertit, *magnum id eſt indicium hujus civitatis præſtantiæ, inde jam ab initio nedum eam obſcuro nomine non fuiſſe.* In quorum verborum interpretatione, meo quidem judicio, Budæus fallitur circa οὐχ ὅσον, vocum Οὐχ ὅσον. interdum pro οὐ μόνον. & οὐ μόνον οὐ.

ſignificationem. Nam tametſi οὐχ ὅσον, interdum pro οὐ μόνον accipitur, hoc loco tamen ſi hunc ſenſum ipſi tribuamus, deeſſe negativam fateri neceſſe erit: quod ipſe quoque Budæus non diſſimulat. Vel certe οὐχ ὅσον, pro οὐ μόνον οὐ, accipi dicendum erit. Quare οὐχ ὅσον, juxta partium proprietatem accipiendum eſt. Non enim opponere intendit auctor verbum λανθάνειν, verbo προέχειν, ut dicat, *tantum abeſſe ut Roma in ſuo etiam exordio obſcura fuerit, ut clariſſima etiam fuiſſe inveniatur*, ſed *gradum præſtantiæ* deſignare intendit, *tantum ipſam præſtare aſſerens, quantum neminem latere potuerit.* Qui ſenſus clarius perſpici poteſt, ſi præpoſterė voces οὐχ ὅσον, ordinentur, σύμβολον ἐπὶ τοῦ τοσοῦτον προέχειν τὴν πόλιν, ὅσον οὐ λανθάνειν τινά, ac ſi diceres, ὥστε οὐ λανθάνειν.

## Οὐ τοίνυν.

Οὐ τοίνυν pro ἀλλὰ μὴν οὐ. &c.

Οὐ τοίνυν, quaſi formalem notam deſcribit Budæus, & pro ἀλλὰ μὴν οὐ, poni docet. Quod nec ipſum formale ſignum eſt, ſed negationem addititiam habet: ſic per οὐ τοίνυν, *negatum aſſumptum* ſignificamus, vel *tranſitionem cum ingreſſu negativo.*

Quare

Quare negatio non ut pars vocum τοίνυν, & ἀλλά μὴν, ſed ut totius propoſitionis qualitas habenda eſt.

## CAPUT XXII.

## De Particulis Πάνυγε, πάνυτοι, & aliis quibusdam.

Πάνυγε, & πάνυ μὲν οὖν, ut καὶ μάλα, *affirmative concedendi* voces ſunt, & *Prorſus*, vel *Sane quidem*, ſignificant. nam γε particula, & μὲν οὖν, idem ſæpe ſignificant. ut de ipſis loco ſuo dictum eſt. Greg. τί οὖν, θεὸς τὸ πνεῦμα; πάνυγε, id eſt, *prorſus id quidem.* Plato: ὑπηρετικὴ μὲν οὖν ὡς ἔοικεν εἴη θεοῖς. πάνυγε, πάνυ μὲν οὖν. *Prorſus. Sane quidem.*

Πάνυ τοι.

Πάνυτοι, etiam hoc eodem ſenſu dicitur, nam τοι particula, aliis partibus appoſita, *aſſeverandi* vim habet, ut de ipſa dicetur. Quare non recte prædictam πάνυτοι vocem, & πάνυτι, cui τι *nomen* ineſt, in unum redigit Budæus: cum hoc *affirmationibus* ſubminiſtret, illud ſemper *negationes* ſubſequatur. Demoſth. οὐ πάνυτι ἠνώχλουν τούτῳ. id eſt, *non magnopere.* Idem κατὰ νεαίρας: πάνυτοι. *Prorſus. Omnino quidem.* differt à πάνυτι.

ἡ μὲν οὐσία οὐδὲ τριῶν ταλάντων πάνυ τι ἐστὶ ἀξία. in quibus τὸ, τι, non pene ἀργὸν ἐστιν, ut idem Budæus ſentit: ſed *limitativam* retinet ſignificationem, ut in μέγα τι, id eſt, *magnum quid*, & aliis hujusmodi.

## Πάλιν.

πάλιν. *Iterum. Denuo.* Πάλιν, adverbium, *Iterum* & *Denuo* ſignificat. Ariſtoph. in Pluto: οὐκ ἐστὶ γε πλουτήσωσιν ἐξ ἀρχῆς πάλιν. Ubi ἐξ ἀρχῆς & πάλιν ἐκ παραλλήλου, poſita ſunt. Nam ἐξ ἀρχῆς, id eſt *à principio*, idem quod *Iterum*, & *Denuo* ſignificat.

πάλιν pro ὀπίσω, i. e. *retrò.* Accipitur etiam ἀντὶ τοῦ ὀπίσω, id eſt *retro*, localiter, apud eundem, in eadem Fabula: ἡ δ' εὐθέως τὴν χεῖρα πάλιν ἀπέσπασεν. Ubi non *iterum*, ſed *retro* ſignificat. Sic apud Homerum in hymno Mercurii: ἴχνια μὲν τάδε γ' ἐστὶ βοῶν. ἀλλὰ πάλιν τέτραπται; quod, εἰς τοὐπίσω ſignificat. Alibi autem apud eundem in illo Carmine, αὐτὸς δὲ πάλιν

πάλιν, i. e. *in aliam partem.* τρέπεν ὅσσε φαεινώ: πάλιν, *in aliam partem* ſignificare videtur. Sic apud Ariſtoph. in Avibus: ὀρθὴν κελεύεις ἢ τὸ δένδρον φαίνεται; διαρρῥαγείης. ἥδε δ' αὖ κρώζει πάλιν. id eſt, *in diverſam partem crocitat*: de *cornicula* loquens. Ubi etiam αὖ, eadem ſignificatione τῷ, πάλιν, ἐκ παραλλήλου jungitur. ſic in

Pluto.

Pluto. cum dicit: ἀλλ' αὐτὰ πάλιν ἀναςρέψας ἐγὼ, δείξω τὸ λοιπὸν, ὅτι ἄκων ἐμαυτὸν τοῖς πονηροῖς ἐνεδίδουν. τὸ, πάλιν, non *iterum*, ſed *contra*, vel *viciſſim* ſignificat. Significat etiam, τὸ, ὀπίσω, ut cum aliquis recipit id quod mutuo dedit: & ſic accipitur apud Ariſtot. 2. Oeconom. de utilitate quam à liberis parentes percipiunt ἃ γὰρ ἂν δυνάμενοι εἰς ἀδυνάτους πονήσωσι, πάλιν κομίζονται παρὰ δυναμένων ἀδυνατοῦντες ἐν τῷ γήρᾳ. ſic in Senario illo, γῆ πάντα τίκτει καὶ πάλιν κομίζεται. πάλιν. *contra, viciſſim.*

## Παρ' ὅ.

Παρ' ὅ, idem quod διό, diviſim dictum, non eſt formalis nota, nam ſic παρὰ τοῦτο, quoque formalis eſſet, quod διὰ τοῦτο ſignificat. Demoſth. περὶ τοῦ ςεφάνου. πάνυ γὰρ παρὰ τοῦτο χείρω γέγονε τὰ τῶν ἑλλήνων πράγματα, εἰ τουτὶ τὸ ῥῆμα ἀλλὰ μὴ τουτὶ διελέχθην ἐγώ. καὶ τουτὶ τὸ ῥῆμα ἀλλὰ μὴ τουτὶ προσένευκα. Exemplum vocis παρ' ὅ, eſt apud Syneſium, εἰς συμμαχίαν παρακεκλῆσθαι παρ' ὃ καὶ σεσῶσθαι τοὺς παρακαλεσαμένους. *quare* vel *quocirca* ſervatos eſſe. In ſupradictis itaque vocibus παρὰ præpoſitio, τὸ διὰ, σημαίνει. Sed quia ἡ παρὰ non ſolum τὸ ἐγγὺς, ſed etiam τὸ, πέρα, καὶ, ἔξω, ſignificat, ut cum dicimus παρὰ φύσιν, id circo fa- παρ' ὅ. id. quod δι' ὅ. *quare: quocirca.*

 ctum

ctum eſt, ut παρ' ὃ, *contra quam*, & *præterquam*, ſive, ut Cicero dixit, *extra quam*, ſignificet. ut σπείρειν μὲν ὁ λαγωὸς κατὰ φύσιν, ἀποκυΐσκει δὲ ὁ αὐτὸς παρ' ὃ πέφυκε. in qua ſignificatione articulus ὃ, pronomen τοῦτο, vel ἐκεῖνο refert, παρ' ἐκεῖνο ὃ πέφυκε.

*παρ' ὃ, contra quam, præterquam.*

Παρ' ὅσον.

*παρ' ὅσον. præterquam quod.*

Παρ' ὅσον, juxta παρὰ præpoſitionis ſignificata, diverſa ſignificat. Quia enim ἡ παρὰ *exceptionem* ut πλὴν, ſignificat: ſcilicet cum dicimus, πάντες παρὰ Σωκράτην παρεγένοντο, id eſt, *omnes præter Socratem acceſſerunt:* idcirco παρ' ὅσον, *præterquam quod* non raro ſignificat. Significat etiam idem quod καθ' ὅσον *limitativum*, id eſt, *quatenus* & *in quantum*. Lucian. ἔστι μὲν γὰρ τοῦ γελῶντος ἐκείνου μαθητής. ἓν δὲ πλέον οὐδὲ παρ' ὅσον ἀσεβέστερος τυγχάνει. ſic Phalaris, ἐκεῖνοι δὲ ἰδιῶται ὄντες, παρ' ὅσον δεδίασι δίκην δοῦναι, ἀρνοῦνται. Ubi non magis limitativum, quàm *cauſale* eſt τὸ, παρ' ὅσον, pro δι' ὅσον, id eſt, *Quoniam*, & *Propterea quod*. Sic *Quatenus*, pro *quia*, vel *propterea quod*, accipi apud Quintilianum teſtatur Budæus.

*quatenus. inquantum.*

*pro δι' ὅσον, Quoniam, Propterea quod.*

Πέρ.

*περ, id. quod καί ταῦτα. Præſertim.*

Πὲρ, particula apud Homerum ὀδύσσ. ρ'. circa principium, idem valet, quod

quod καὶ ταῦτα: id eſt *præſertim*, in illis carminibus: ἐμὲ, δ' οὕτως ἐστὶν ἅπαντας ἀνθρώπους ἀνέχεσθαι, ἔχοντά περ ἄλγεα θυμῷ. id eſt, καὶ ταῦτα ἔχοντα ἄλγεα. Nam ſi *adverſativè* intelligendo diceremus, *à me autem, tametſi moleſtiis animi angor, fieri non poteſt, ut omnes homines hoſpitio excipiantur*, videretur *angi moleſtia, eſſe cauſam, cur hoſpites facile excipiantur*: quod tamen contra accidit. Eſt etiam ſæpe μειωτικὸν, ut γε. ut Iliad. α'. ἀλλὰ σὺ περ μοι τίσον ὀλύμπιε. *ſaltem tu.* Plerumque autem ἐναντιωματικὸν, id eſt *adverſativum*, ut Iliad. ε'. Τυδείδης δ' αὐτός περ ἐὼν προμάχοισιν ἐμίχθη. id eſt, καί περ μόνος ὢν, *quamvis ſolus eſſet.* In quo ſenſu ἐκ παραλλήλου apponitur τὸ, ἔμπης, quod & ipſum adverſativum eſt. ut Iliad. ξ'. Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἔμπης. poſtpoſitumq; conjunctioni καὶ, fit καί περ. & huic aggregato adverſativum ſenſum tribuit.

eſt etiam μειωτικὸν, ut γε, *Saltem.*
plerumque Adverſativum. *Quamvis.*
περ ἔμπης.

## Πῆ.

Πῆ, ὀρθοτονούμενον, *interrogative* profertur. cui ut in ordine τῶν ἀορίστων reſpondet τὸ, ὅπη, ſic in ordine τῶν ἀναφορικῶν reſpondet τὸ ᾗ. De quorum utroque dictum eſt. Ut igitur τὸ ὅπη, pro ὅπως, & ᾗ, pro ὡς uſurpatur interdum,

πῆ. ei reſpondet τὸ ὅπη, & τὸ ᾗ.

terdum, ſic τὸ, πῆ, pro, πῶς, id eſt, *Quonam modo*, & *Qua ratione*, accipitur. ut apud Virgilium vox, *Qua*, Aeneid quarto: *Qua facere id poſſis, noſtram nunc accipe mentem*, vel, *paucis adverte docebo*. Plato: τῷ πῆ ἐρωτηματικῷ, ſubdit τὸ ᾗ, ejus ἀναφορικόν. ἀλλὰ μὴν κομψόν γε φαίνεται τὸ πάθος αὐτοῦ. πῆ δή; ἔφη. ᾗ μὴν δ' ἐγὼ ὄψιν οὐδενὶ ἄλλῳ φίλον ἢ ἐχθρὰν διαφέρειν. Interrogatus enim quidam, *qua ratione prædictus affectus elegans ac lepidus ipſi videatur*; reſpondet, *ea ratione ſibi videri qua* &c. Porro partitivis conjunctionibus τῷ, μὲν, καὶ τῷ, δὲ præpoſitum τὸ πῆ, *partim* & *partim* ſignificat. Theophr. πῆ μὲν διαφέρει, πῆ δὲ ὁμοίως ἔχει. quod per τῇ μὲν, & τῇ δὲ dicitur.

πῆ, pro πῶς i. e. *Quonam modo*, *Qua ratione*.

πῆ, τῷ μὲν καὶ τῷ δὲ præpoſitum, *Partim & Partim* ſignificat.

Πῆ etiam *motum per locum* ſignificat, ut ὅπη. Ἐγκλινόμενον autem τὸ πῆ, ἀντὶ τοῦ πῶς accipitur, ſicut ὅπη, ἀντὶ τοῦ ὅπως & ᾗ, ἀντὶ τοῦ ὡς.

πῆ, ut ὅπη, motum per locum ſignificat. ἐγκλινόμενον verò, pro πῶς.

## Πλὴν.

Πλὴν, in ſenſu *exceptivo*, quando *limitat univerſale aliquod*, per ſigna, πᾶς vel οὐδεὶς prolatum, plerumque *genitivo* jungitur. ut in Epigrammate, χῖοι κακοὶ πάντες πλὴν Προκλέους. ſic οὐδεὶς πλὴν Σωκράτους. Nonnunquam vero elegantius *caſum à verbo in ambitu*

πλὴν, exceptiva particula, cum Genitivo.

cum Caſu Verbi.

*ambitu requiſitum* recipit. Ut apud Ariſtoph. ἀθυμότερα δὲ τὰ θήλεα πάντα τῶν ἀῤῥένων, πλὴν ἄρκτος καὶ πάρδαλις. Ubi τὸ πλὴν, *nominativo* jungitur propter ſubintellectum verbum ſubſtantivum: apud Xenophontem *accuſativo*, ἐγὼ δέομαι οὐκ ἤθελον διδόναι πλὴν μετρίους, propter verbum διδόναι. Cum autem *abſolutè ſine caſu* effertur, pro ὅμως, id eſt *verumtamen* accipitur. ut in Epigrammate: ὥστε τί ποιεῖ ἐνθάδε μοι Ξέρξης καὶ Λακεδαιμόνιοι, πλὴν κἀμοῦ μνήσθητι νόμου χάειν. Habet autem in hujusmodi quoque locutionibus *limitativum* ſenſum τὸ, πλὴν. ut etiam apud Ariſtotelem in quarto Ethic. ὁμοίως δὲ πρὸς τοὺς ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους τοῦτο ποιήσει, πλὴν καὶ ἐν ἑκάστοις ὡς ἁρμόζει. Quæ limitatio interdum ad *apertam exceptionem* reducitur. ut apud Iſocratem in Panegyr. φυγὰς δὲ καὶ στάσεις καὶ νόμων συγχύσεις τίς ἂν δύναιτο διεξελθεῖν; πλὴν τοσοῦτον εἰπεῖν ἔχω κατὰ πάντων. Ubi ſi interrogatio τίς ἂν δύναιτο διεξελθεῖν, in enuntiationem convertatur, hoc modo, φυγὰς δὲ καὶ στάσεις οὐκ ἂν δυναίμην διεξελθεῖν, addaturque, πλὴν τοσοῦτον ὃ κατὰ πάντων ἐρῶ, erit exceptivum τὸ, πλὴν, accuſativo τοσοῦτον, & infinitivo διεξελθεῖν nixum. Quibus exceptivum πλὴν dignoſcitur à ſimpliciter limitativo, quod nullo caſu nititur.

Abſolutè, ſine Caſu, *Veruntamen* ſignificat.

Dicitur

Dicitur & πλὴν ἀλλὰ, pro ἀλλ' ὅμως, apud Lucianum: πλὴν ἀλλὰ τί ἂν πάθοιμι; id eſt *Attamen*, vel *verumtamen* quid facerem? idem, οὐκ ἐπὶ δώροις τὰ ἡμέτερα, πλὴν ἀλλ' ἄπιθι. *nihil donis opus eſt, quare abi, verumtamen abi.* Ubi τὸ ἀλλὰ per ſe etiam hunc ſenſum præſtare poſſet, ut dictum eſt ubi de ipſo agitur. Ipſum autem πλὴν, ſi deeſt τὸ, ἀλλὰ, exceptivum ſenſum efficeret; puta ſi dixiſſet, *nihil donis opus eſt, quare nihil reſtat niſi ut diſcedas.*

πλὴν ἀλλὰ, pro ἀλλ' ὅμως. *Attamen, verumtamen.*

πλὴν ἀλλ' ἤ. Jungitur etiam cum ἀλλ' ἤ, ἐκ παραλλήλου, & fit πλὴν ἀλλ' ἤ. Ariſtot. οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων πλὴν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός. Nam & ἀλλ' ἤ vox, exceptivam vim habet, ut de ipſo dictum eſt. Jungitur item τῷ, εἰ μὴ, & fit πλὴν εἰ μὴ, quod nihil plus, quàm πλὴν εἰ, ſignificat: quod eſt exceptio cum condicione affirmata. nam μὴ, in hoc aggregato ſuam deponit ſignificationem, ut de ipſo dictum eſt. Galenus primo de cauſ. pulſuum, μαλακὰ δ' ὅπερ ἦν, οὐκ ἂν ἐλάττων σφῶς τοῦ κατὰ φύσιν ὁ σφυγμὸς ἦν, πλὴν εἰ μὴ μεγάλως ἠλάττωτο τὰ τῆς χρείας. Ubi τὸ μὴ, non poteſt ἠλάττωτο verbo tribui. Obſervandumque eſt negativam condicionem cum exceptione ſtare non poſſe. Nam exceptio alicujus poſitivi eſt, quod in ſingulis exemplis manifeſtum erit, ſi

πλὴν εἰ μὴ, id. quod πλὴν εἰ.

μὴ

μὴ verbo principali applicare tentabimus. Ut in proxime dicto exemplo Galeni, in quo cum εἰ μὴ, nullo modo cum exceptionis ſenſu quadrare poſſit, ſed condicionem ſine exceptione præ ſe ferat, arguitur condicionem negativam cum exceptione ſtare non poſſe. Porro πλὴν εἰ, πλὴν ἐὰν quoque dicitur: hoc ab illo differens, quod πλὴν εἰ, tam *indicativo*, quàm *optativo* jungitur; πλὴν ἐὰν, *ſubjunctivo*. ut apud Ariſtot. πλὴν ἐὰν χῆρος ἢ χήρα γίνηται. Exempla cum *Optativo* ſunt innumera, tum apud alios auctores, tum etiam apud Galenum, περὶ ἐπιληπτ. ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα πλὴν εἴ τι τούτων ἔχοι, τὸ δριμύ. & περὶ φλεβοτομ. πλὴν εἴποτε μέχρι λειποθυμίας ἄγειν τὴν κένωσιν ἐπιχειροῖμεν. & primo de cauſ. pulſ. πλὴν εἴποθ' ἡ δύναμις ἐσχάτως εἴη κεκμηκυῖα. Cujus conſtructionis cauſa eſt, quod Optandi voces dubitativis ſenſibus conveniunt: qualem præ ſe fert εἰ, dubitativa condicio.

πλὴν εἰ, & πλὴν ἐὰν, quo differant?

## Ποῦ.

Ποῦ, adverbium *locale, interrogativè* acceptum, *ubi*, ſignificat, ſuumque accentum retinet, & præcedit alias comprehenſionis partes. ut, ποῦ νῦν δεῦρο κιὼν λίπες Ἕκτορα; ποῦ δέ οἱ ἔντεα κεῖται. Ἀορίστως autem acceptum, poſtponitur, ſuoque accentu depoſito, proxime

ποῦ, interrogativè, *Ubi.*

ἀορίστως acceptum, *Alicubi.*

proximè præcedentis vocis accentu ſeu ſono regitur: & *Alicubi*, ſignificat. Ariſtoph. in Pluto: εἰκῆ δὲ καταδαρθέντα που. Localibus etiam adverbiis, quæ certum ac definitum quidem, ſed tamen late patentem locum ſignificant adjectum, præciſam & in puncto conſiſtentem determinationem tollit. ut cum ἐνταῦθά που dicimus. ut apud Galenum, ἐνταῦθά που τὸν λόγον καταλιπόντες. Cum autem ςοχαςικῶς accipitur, *Fortaſſe*, dubitandi adverbii vim induit, ſemperque ἐγκλίνεται, atque adeo ſemper poſtponitur; præcedentisque dictionis accentu vel ſono regitur. Unde monemur, τὸ ςοχαςικὸν, ποῦ, ἀόριςον itidem eſſe, non etiam id quod locale eſt ἀόριςον eſſe poſſe, niſi locali adverbio adjiciatur: ut ſupradictum eſt. Nam apud Sophoclem in Aiace, ὦ κλεινὰ Σαλαμὶς, σὺ μὲν που ναίεις; τὸ, που, non locale eſt, ſed ςοχαςικὸν duntaxat. Non enim dubitat auctor, *quonam in loco Salamis Inſula ſita ſit*, ſed ςοχάζεται, *de fortuna ejus, & hominum in ipſa habitantium*. Sic apud Homerum Iliad. β'. αἱ δέ που ἡμέτεραί τ' ἄλοχοι, καὶ νήπια τέκνα, εἵατ' ἐνὶ μεγάροισι. τὸ, ποῦ, non locale, ſed ςοχαςικὸν duntaxat. Purum autem ςοχαςμὸν ſignificat τὸ, που, in illo carmine Iliad. β'. οὕτω που Διὶ μέλλει ὑπερμενέϊ φίλον εἶναι. ςοχαςικὸν etiam ſen-

Localibus adverbiis appoſitum, præciſam determinationem tollit.

ςοχαςικῶς, *Fortaſſè*.

ſenſum habet τὸ, που, cum dicimus δέκα που id eſt, *circiter decem*. In quo ſenſu etiam apponitur τῷ, τάχα, & ἴσως, adverbiis ἐκ παραλλήλου, cum dicimus, τάχα που, & ἴσως που. Habet etiam vim *aſſeverandi* τὸ, ποῦ. qua ratione apponitur τῷ, δὴ, καὶ, τῷ, ἦ, itidem affirmandi notis, unde fit ἤπου, & δήπου. Per ſe autem τὸ, που *aſſertivam vim* præ ſe fert, apud Platonem, δεῖ διακόνων πού τῶν τε ἐξαγόντων καὶ εἰσαγόντων ἕκαστα, id eſt, *miniſtris utique opus eſt.* & rurſus, τὰ γὰρ τοιαῦτα που δι' ἀμφότερα ἀσπαζόμεθα. Nam & ſi στοχαστικῶς accipi contendat aliquis in ſupradictis Platonis locis, non tamen aſſertivam quoque vim habere ipſum negaverit. Ut etiam in illo Homeri, θεός που σιτόν γ' ἔδωκε. In *interrogatione* etiam adhibetur τὸ στοχαστικόν πού. Plato, φέρε δὴ πῶς λέγεις; τὸ μὲν πυ ἀρετὴν καλεῖς, τὸ δὲ κακίαν. ἦπυ etiam interrogandi ſignum ex πυ conjecturali conſtat. Vacare etiam interdum videtur hæc particula. ut apud Sophoclem in Aiace, ταρβήσει γὰρ οὐ νεοσφαγῆ που τόνδε προσλεύσσων φόνον. niſi forte hoc in loco, τὸ, πυ verbo applicare quis malit; & ſic erit στοχαστικὸν, vel βεβαιωτικὸν τὸ, πού. ut dicat, οὐ ταρβήσει που, id eſt *non utique formidabit.*

[Margin notes: που, i. e. circiter στοχαστικῶς. — ἤπου, δήπου. — που, aſſertivam vim præ ſe fert. — πού στοχαστικὸν, in Interrogatione adhibetur. — interdum vacare videtur.]

# CAPUT XXII.

## De Particulis πρὶν, πρὸς, & πῶς.

πρὶν, i. e. *pridem.*

Πρὶν, id eſt *pridem*, adverbium temporis, de anteacto tempore dicitur, cum reſpectu ad præſens tempus; ut cum dicimus, ὁ πρὶν χρόνος. Quapropter ſemper comparativum ſenſum habet, ut πρότερον, copulaturque cum *indicativo* modo, cum de *futuro* eſt ſermo. ut Iliad. α΄. τὴν δ᾽ ἐγὼ οὐ λύσω πρίν μιν κεν γῆρας ἔπεισιν. Ubi ſuſpicari poſſemus κὲν, pro ἂν legendum eſſe loco καὶ, atque ita ἔπεισι, pro ἐπέλθῃ *ſubjunctivo* accipiendum eſſet. Nam *ſubjunctivo* ſemper jungitur vox hæc ſi ἂν particula ipſi addatur. ut ſi dicas, μὴ πράξῃς τοῦτο πρὶν ἂν ἐπανέλθω. Tametſi etiam *ſine* ἂν eundem ſenſum habet, modò de *futuro* ſit ſermo: ut apud Syneſium, καὶ φθάνει διαφθαρέντα πρὶν εἰς τὴν φύσιν ἐπανέλθῃ. cujusmodi locutiones plenius dicuntur, ſi πρότερον *adverbium* præceſſerit. Cujus innumera exempla occurrunt. Plato ἔναρκον ἂν ποιησαίμην μὴ πρότερον κομίσειν πρὶν ἂν νικήσω. id eſt, *antequam vicerim*. Si vero de *præterito* ſit ſermo, *Optandi* vocibus jungitur, quippe quæ narrationibus obliquis tam rei præteritæ ut

cum indicativo.

πρὶν ἂν, cum Subjunctivo.

cum Optativo quando?

ut præteritæ, quam præteritæ ut futuræ, conveniant. Pauſanias, *μὴ πρότερον φάναι ζητοῦντι μηνύσειν πρὶν οἱ ἐν ἀκροκορίνθῳ γένοιτο τὸ ὕδωρ.* hic de re præterita ut de futura loquitur. De præterita autem ut præterita, loquitur Demoſth. *πρὸς λεπτίνην*: *κελεύων τοίνυν μὴ πρότερον τιθέναι τὸν ἑαυτοῦ νόμον πρὶν τὸν παλαιὸν ἔλυσεν.* & idcirco indicativi præterito junxit *τὸ, πρίν.*

## Πρὰς.

Πρὸς, præpoſitio, quatenus compendioſis quibusdam locutionibus deſervit, & elegantiam quandam ſermoni affert; in hoc Commentario locum habet. Nam cum propriè *motum ad locum*, vel *perſonam*, & ſimpliciter *reſpectum ad terminum quendam* indicet; ſæpiſſimè tamen à propria ſignificatione declinans, prædictum officium ſermoni præſtat. *Genitivo* itaque juncta in genealogiis adhibetur, ac generis ſeu originis condicionem quandam oſtendit. veluti cum dicimus, *τὸ πρὸς μητρὸς, τὸ πρὸς πατρὸς,* ſic *τὸ πρὸς ἀνδρῶν, τὸ πρὸς γυναικῶν.* ut apud Pauſaniam, *ἐλείπετο γὰρ τῆς Ευρυσθένους οἰκίας τὸ πρὸς ἀνδρῶν Λεωνίδας ὁ Κλεωνύμου.* In cujusmodi locutionibus *γένους*, vox ſupplenda eſt. quæ vox interdum

πρὸς, propriè motum ad Locum, vel perſonam indicat.

cum Genitivo, Genealogiis adhibetur. &c.

exprimitur. ut apud Aeſchinem de Demoſthene: ἐκ τῆς νομάδων σκυθῶν τὸ πρὸς μητρὸς γένος ὤν. id eſt, *quod ad ſtirpem maternam pertinet*. Ex cujus vocis expreſſione patet, in ſuppreſſione etiam articulum ad eam vocem referri. tametſi apud Atticos in ejus vocis ſuppreſſione per *pluralem* quoque articulum fiunt hujusmodi loquendi formæ. Pauſanias, Νηλεῖδαι τὰ πρὸς μητρὸς, *quod ad matris genus*. Ad quam locutionum formam alludens Ariſtophanes, dixit: ὦ Κέκροψ ἥρως ἄναξ τὰ πρὸς ποδῶν Δρακοντίδη, ac ſi dixiſſet, τὰ πρὸς ἀνδρῶν. Hac eadem ratione dicitur τὰ πρὸς ποδῶν, apud eundem in Avibus. Ubi inducitur Epopis ſervus, dicens, ἀπολεῖσθον. ad quæ Εὐέλπις, ἀλλ' οὐκ ἐσμὲν ἀνθρώπω. θεραπ. οὐδὲν λέγεις. Ευελπ. καὶ μὴν ἔρου τὰ πρὸς ποδῶν. *atqui ex parte pedum hoc ſcrutare*. Ad hanc ſignificationem accedit ſenſus hujus præpoſitionis in quibusdam locutionibus: qualis eſt illa apud Syneſium: ὡς ὅ, τι ἂν ἀποβῇ καὶ πρὸς θεοῦ, καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἀναίτιος ὦ. Ubi πρὸς θεοῦ, & πρὸς ἀνθρώπων, *quantum ad Deum*, & *quantum ad homines pertinet*, ſignificat: perinde ac cum dicimus, πρὸς πατρὸς, & πρὸς μητρός. Nam illa etiam *quantum ad patrem*, & *quantum ad matrem pertinet*, ſignificant.

ficant. ſic *οὐ πρὸς ἰατροῦ θροεῖν ἐπῳδὰς* (apud Sophoclem) *non pertinet ad medicum.* Et apud Ariſtoph. in Pluto: *τό, τ' αὖ δεδοικέναι πρὸς ἀνδρὸς οὐδὲν ὑγιὲς ἔστ' εἰργασμένου.* Ubi interpres præpoſitionem *πρὸς*, *τὸ καθῆκον* ſignificare dicit. Vide commentaria Budæi cum de hac particula agit. ubi tum aliorum latinorum ſcriptorum adducit exempla; ut Ovid. *Ipſe quidem per me ſoſpes tutusque fuiſſes*, tum Ciceronis; ut ad At: *Sed accipienda plaga eſt, ſumus enim flagitioſe imparati tum à militibus, tum à pecunia.* Quæ verba ita Græcè ipſe convertit: *τοῦτο μὲν πρὸς τοῦ στρατιωτικοῦ, τοῦτο δὲ πρὸς τῶν χρημάτων.* *Genitivo* etiam juncta, *obteſtationibus quæ cum adjuratione fiunt*, deſervit: ut *ἀντιβολῶ πρὸς παίδων μὴ περιίδητέ με*, apud Demoſthenem. Sic obteſtamur *πρὸς Διός, πρὸς θεῶν*, diverſa tamen ratione: nam ibi *per ſalutem liberorum obteſtamur*; hic vero non per ſalutem Deorum, ſed *per Deorum fidem* obſecramus. *Dativo* juncta, *additionem* ſignificat, ſicut etiam *ἔτι, ἐπὶ*, cui nonnunquam præponitur *ἐκ παραλλήλου.* ut apud Ariſtoph. in Pluto: *καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπεν ἀποπέμπων ὅτι* &c. quamquam diviſim etiam legi poſſunt in eo loco prædictæ præpoſitiones, ut dicat, *καὶ πρὸς*, *& inſuper.*

Genitivo juncta, Obteſtationibus quoque ſervit.

Dativo juncta, Additionem ſignificat. *πρὸς ἐπὶ.*

per, vel *& amplius*, ἐπὶ τούτοις, *ad hæc*, vel *poſt hæc* εἰπεῖν & reliqua. Nam & ſine caſu ἐλλειπτικῶς in hac ſignificatione ponitur ἡ πρὸς, & pro *inſuper*, & *amplius* accipitur. Plato: κοινῇ στρατεύονται καὶ πρόσγε ἄγουσι τῶν παίδων ὅσοι ἁδροί. In qua forma & in extrema quoque comprehenſione ſæpiſſime ponitur: ut apud Iſæum, δύο καὶ εἴκοσι μναῖ, καὶ πρός. Quod plenius etiam, καὶ μικρόν τι πρός, dicitur. In cujusmodi formis ἐλλειπτικῶς dictis, ſubintelligitur dativus caſus. Nam locutio illa, καὶ μικρόν τι πρός, πρὸς τούτῳ, vel πρὸς τούτοις plenius diceretur. Dicitur & πρὸς δὲ, ſubſequente καὶ, & dativum itidem ſubintellectum reſpicit. Demoſth. ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι τὸν λόγον τόνδε ἀσύμφορον τῇ πόλει, πρὸς δὲ καὶ οὐ δίκαιον, *& præterea minimè juſtum*. *Accuſativo* etiam juncta præpoſitio hæc in elegantibus & compendioſis quibusdam locutionibus adhibetur. Significat enim *comparationem* & *reſpectum*. quem ſenſum habet etiam ἡ, παρὰ, accuſativo juncta. Plato: τὰ δὲ ἄλλα μικρὰ ἂν εἴη πρὸς ταῦτα, *reliqua vero perexigua ſint, ſi cum his conferantur*. Huc referri poteſt ſenſus præpoſitionis hujus in illis verbis Aeſchinis, ἅπαντα μὲν ἐν διεξελθεῖν πρὸς μικρὸν μέρος τῆς ἡμέρας οὐκ ἄξιον ἐπιχειρεῖν. Et illud ejus-

ſine caſu, i.e. *Inſuper*, *Amplius*.

πρὸς δὲ, *Et præterea*.

cum Accuſativo, Comparationem & Reſpectum ſignificat.

ejusdem, πρὸς ἕνδεκα γὰρ ἀμφορέας ἐν διαμεμετρημένῃ τῇ ἡμέρᾳ κρίνομαι. In quibus exemplis ad *ſpatium & menſuram temporis* indicandam adhibetur. Affinem prædictæ ſignificationi ſenſum habet hæc præpoſitio, quum *compenſationem*, id eſt *paritatem pretii & æſtimationis aliquarum rerum* ſignificat: ut apud Theophraſtum de Balſamo, πωλεῖται δὲ τὸ μὲν ἄκρατον δὶς πρὸς ἀργύριον. τὸ δ' ἄλλο κατὰ λόγον τῆς μίξεως. id eſt (ut rectè interpretatur Budæus) *rependitur bis tanto argento*. Dicitur & πρός τινα, *ad aliquem, ut ad ſcopum, ſermonem inſtituere atque dirigere*. Ariſtides, πρὸς ὃν ἥκιστ' ἂν ἁμαρτεῖν ὑπολαμβάνω πάντα καθιστάμενος τὸν λόγον. Ubi loco adverbii *Propter*, poni præpoſitionem πρὸς ait Budæus. Quam quidem ſignificationem aptius præ ſe fert hæc præpoſitio apud Ariſtophanem in Ranis: πρὸς ταῦτα, τοῦτον κολάζετε. *propterea hunc ſupplicio afficite.* *Finem* etiam deſignat hæc præpoſitio, cum dicimus πρὸς ἔχθραν, πρὸς ἐπήρειαν, πρὸς χάριν.

πρὸς ταῦτα. *Propterea.*

Finem etiam deſignat.

## Πῶς.

Πῶς, particula, dupliciter profertur: aut enim *interrogative* proprio accentu regitur, verbumque locutionis ut plurimum præcedit, ut πῶς δοκεῖς;

πῶς Interrogativum.

κεις; πως οἴει; cui etiam interdum poſtponitur, & ambitum claudit, ut ἔςαι δὲ τῦτο πῶς; & γλυήσεται δὲ πῶς: aut alieno accentu nititur, & ἀορίςως accipitur, ut οὕτωπως. id eſt, *ſic quodam modo*. Atque ita mihi uſurpari videtur apud Ariſtophanem in Pluto: ἐγὼ δὲ τῦτο τ̃ τρόπου πως εἰμ᾽ ἀεὶ, id eſt, *at ego neſcio quo pacto tali ingenio ſum præditus*. Quamvis Budæus ſecutus Ariſtophanis interpretem, ἐμφατικῶς accipi particulam πῶς in prædicta comprehenſione ſentiat, & cum admiratione proferendam. idque aliis exemplis, confirmare conatur; adducens ex Pluto aliud dictum: οἱ δ᾽ ἐγκατειλημμένοι πῶς δοκεῖς τ̃ πλῦτον ἠσπάζοντο; id eſt *quo tandem eos modo putas Plutum amplexatos eſſe*? & ex Syneſio, ἤθελον ἀλλὰ πῶς οἴει; In quibus duobus exemplis cum πῶς particula interrogativa ſit, admirationis emphaſim admittit. Ut apud Cæſarium ἐν τοῖς πλεύσασι, *De navigantibus*: ὑπὸ δὲ τὴν σκέπην τῶν ἀκρωτηρίων ὑποφυγόντες, καὶ τοῦ ἀπευκτοῦ θανάτου πως σωθέντες, εὐχαριστηρίους τῷ θεῷ φωνὰς ἀναπέμπουσι. In illo autem Ariſtophanis: ἐγὼ δὲ τοῦτο τοῦ τρόπου πως εἰμ᾽ ἀεί. πῶς, ἀόριστον mihi eſſe videtur: pariterque interrogatione & admirabunda prolatione carere. Ceterum πῶς interrogativum affirmato verbo junctum,

πῶς, ἀορίςως accepta.

junctum, ex natura interrogationis vehementer prolatæ, negativum ſenſum infert: ut πως γάρ σοι δώσουσι γέρας μεγάθυμοι ἀχαιοί; *qui fieri poteſt ut tibi donum tribuant?* Contra ſi negato verbo jungatur interrogativum πῶς, affirmativum ſenſum efficit, ut, *Quidni*, apud Latinos. Demoſth. πῶς πῶς οὐκ; quidni?
οὐκ αδικεῖς; *id eſt quid ni facias injuriam?* id eſt, *omnino injuriam facis.* Ponitur & in extrema periodo hujusmodi interrogatio apud eundem: ἄξια μὲν χάριτος καὶ ἐπαίνου κείνω. πῶς γὰρ οὔ; Quæ locutiones ſic plenius dicerentur, πῶς φατέον ὡς οὐκ ἀδικεῖς; vel πῶς ἀντείποις ὡς οὐκ ἀδικεῖς; *Quomodo negare poteris te non injurium eſſe?* Absque negatione etiam (ut dictum eſt) interrogative prolata πῶς particula, πῶς γὰρ, πῶς
γὰρ particulæ jungitur; & negativum γὰρ ἂν.
ſenſum infert; Demoſth. οὐκ ἀπορῶν πῶς γάρ; ὅς γε κεκληρονόμηκας τῶν Φίλωνος χρημάτων. His duabus particulis aggregatur etiam in tertio loco particula ἂν, & fit πῶς γὰρ ἂν, ſi verbum aliquod obliqui modi ſubſequatur, vel ſubintelligatur, ut πῶς γὰρ ἂν γένοιτο, *quô fieri poſſet?*

Πως, etiam pro διατί, accipitur in πῶς, pro
negative prolatis interrogationibus. διατί.
Ariſtoph. in Nebulis: καὶ πως ὦ μῶρε σὺ, εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, πῶς δῆτ' οὐχὶ

Σίμων' ἐνέπρησεν, οὐδὲ Κλεώνυμον; interrogat enim, *cur non fulmine percutiat Simonem neque Cleonymum*: non quærit *de modo*, quo non percutiat. Nam de modo, quo quis aliquid faciat, vel fecerit, interrogare par eſt: modum autem, quo quis aliquid non faciat, non modò non quærere, ſed ne fingere quidem animo poſſumus. Quapropter cum affirmative interrogamus per vocem πῶς, ſemper vox hæc ad modum referri poteſt. ut Iliad. primo: πῶς γάρ τοι δώσουσι γέρας μεγάθυμοι ἀχαιοί; non enim *cur debeant munus tribuere* interrogat, *quum multæ fuerint cauſæ, cur hoc facere debuiſſent, ſed quo pacto poſſint hoc præſtare* interrogat; ſubdens cauſam *cur hoc non poſſint præſtare*, ἀλλὰ τὰ μὲν πολίων ἐξεπράθομεν, τὰ δέδασαι. λαοὺς δ' οὐκ ἐπέοικε παλίλλογα ταῦτ' ἐπαγείρειν. Quum igitur negative interrogamus, ſemper particula πῶς, pro διατί, accipitur. Nam cur aliquis aliquid non faciat, pariter ac cur faciat cauſa aliqua movetur, vel certe cauſam afferre poteſt: & propterea cauſam etiam interrogare licet.

CAPUT

# CAPUT XXIV.

## De σχολῇ adverbio, & de articulis τὸ μὲν, τὸ δὲ adverbialiter acceptis, & τῶν ἐλλειπτικῶς.

*Nominum obliqui caſus ſæpe adverbialiter accipiuntur.* Nam & *genitivi* nominum in adverbium tranſeunt, ut ἐπιπολῆς; & *Dativi*, ut σχολῇ: & *accuſativi*, ut ἀρχήν. Porro σχολῇ adverbium, *Otioſe*, & *Tarde* ſignificat. ut σχολῇ περὶ τῶν εὐαγγελλομένων σκοποῦνται. id eſt, *cum otio*. Opponiturque τῷ ταχὺ, καὶ σπουδαίως. Adhibetur autem in *conſequenti parte conditionalium*. quemadmodum τὸ, ἧπου, pro *multo minus*, & *nullo modo*. Ariſtot. εἰ δὲ μὴ τούτων τί, σχολῇ γε τῶν ἄλλων τι ἂν εἴη. *quod ſi nullum horum eſt, tarde aliorum certe quidquam erit*: id eſt, *ægrè & vix aliorum quidquam erit*. Andocid. ὅπου τοίνυν αὐτοῖς τοῖς τριάκοντα ὀμνύετε μὴ μνησικακήσειν, ἧπου σχολῇ τῶν γε ἄλλων πολιτῶν τινι. *ægre profecto aliorum civium cuiquam.* Quæ locutio *negandi vim* habet, in eaque τὸ, ἧπου, καὶ τὸ, σχολῇ, idem ἐκ παραλλήλου ſignificare ſenſit Budæus. Cum tamen ἧπου ſuam propriam βεβαιωτικὴν vim habeat (ut de ipſo dictum eſt) σχολῇ vero, ne-

σχολῇ. *Otioſè, Tardè.*

item, *Multo minus, Nullo modo.*

*Aegrè, Vix.*

ro, negationem inferendi officium præſtet. Accipitur etiam τὸ χολῇ, pro *Facile*, & *facili negotio*. Quia quæ ſine negotio & contentione agimus, laxe & lente & remiſſe agimus. Lucianus, περὶ παρασιτικῆς: Ἐπειδὰν γοῦν καὶ τούτων τῶν τεχνῶν ἀποδείξαιμι τὴν παρασιτικὴν κρατοῦσαν, χολῇ δηλονότι τῶν ἄλλων τεχνῶν δόξῃ προτέρεστάτη. id eſt, *ſimulatque igitur his etiam artibus præſtare paraſiticam oſtendero, facile patebit reliquis quoque ipſam antecellere.* Ponitur etiam *in principio ambitus* propter membrorum argumenti *transpoſitionem*. Xenoph. χολῇ γ᾽ ἂν ἄλλος γέτις τὰ δίκαια νομοθετήσειεν, εἰ μὴ θεός. Cujus argumenti naturalis ordo eſt, εἰ μὴ θεὸς τὰ δίκαια νομοθετεῖ, χολῇ ἂν ἄλλος τις τὰ δίκαια νομοθετήσειε.

item *Facile*, *Facili negocio*.

ponitur etiam in principio.

## Τὸ μὲν, τὸ δὲ, & τὰ μὲν, τὰ δέ.

Τὸ μὲν, τὸ δὲ: & τὰ μὲν, τὰ δὲ, articlui neutri, voces τὸ, & τὰ, partitivis (quas vocant) conjunctionibus præpoſitæ, ſi ad nullum πτωτικὸν referantur, *adverbialiter* accipiuntur. Gregor. ὁρῶν συμπλεκομένων ἀλλήλαις καὶ διϊσταμένων, τὸ μὲν φιλίας νόμῳ, τὸ δὲ εὐταξίας. Demoſth. τὰ μὲν φιλονεικίᾳ, τὰ δὲ ἥτινι δήποτε αἰτίᾳ προάγονται. Cavendum eſt autem *ne ad aliquod totum referatur*

τὸ μὲν, τὸ δὲ, & τὰ μὲν, τὰ δὲ, quando adverbialiter accipiantur?

*ratur partitio* : tunc enim in ſua ſignificatione manent articuli. ut ſi aliquod ſubjectum præcederet, puta χρήματα, ſequereturque τὰ μὲν αὐτῶν αὐτὸς ἔχε, τὰ δὲ ἐμὲ ἔα ἔχειν. id eſt *partem quidem earum tibi habe, partem vero mihi permitte.* Quod exemplum affert lexicographus ad indicandam adverbialem ſignificationem harum particularum. At in eo non adverbialiter, ſed *declinabiliter* in propria ſignificatione manent articuli; in accuſandi videlicet caſu recepti, & à verbi ἔχω, vocibus ἔχε, & ἔχειν reguntur. Quando autem *adverbialiter* uſurpantur, à *nullo verbo* reguntur articuli. ut apud Plutarchum, καὶ διελέχθη πρὸς τοὺς πολίτας τὰ μὲν κακίζων αὐτῶν ἀβουλίαν καὶ μαλακίαν, τὰ δὲ παροξυνών καὶ παρακαλῶν. id eſt, *cives allocutus eſt, partimque eorum amentiam, atque ſegnitiem objurgavit, partim incitavit, atque hortatus eſt.* Eodem modo accipitur vox τοῦτο *partitivis conjunctionibus* juncta : Demoſth. τοῦτο μὲν γὰρ Θασίους πως οὐκ ἀδικήσεται, τοῦτο δὲ Αρχέβιον καὶ Ηρακλείδην; Cujusmodi locutiones ἐλλειπτικῶς dictæ videntur : nam proxima hæc Demoſthenis, κατὰ μὲν τοῦτο τὸ μέρος Θασίους, κατὰ δὲ τοῦτο Αρχέβιον καὶ Ηρακλείδην, plenius dicerentur, id eſt *ex una parte Thaſios,*

vox τοῦτο, eodem modo accipitur.

*ſios, ex altera Archebium & Heraclidem.* Animadvertendum eſt etiam ut ſupra dictum eſt, ne totum aliquod ſubſit, ad quod partitio per τοῦ μὲν, & τοῦ δὲ facta referatur. Tunc enim hæ particulæ caſus pronominis ſunt, & à verbo aliquo reguntur. Ut in exemplo, quod affert Budæus ex Cicerone: *ſed cauſarum quæ ſunt à communi quæſtione ſejunctæ, partim in judiciis verſari, partim in deliberationibus.* Quæ verba Budæus ad indicandam vocum τοῦ μὲν, & τοῦ δὲ, adverbiaſem ſignificationem, ſic in Græcum ſermonem tranſtulit: τοῦ μὲν αὐτῶν δικανικὸν, τοῦ δὲ βουλευτικόν. Verum opinor, primum quidem non vidit pronominis *genitivum* αὐτῶν, totius locum habere, quod per τοῦ μὲν, & τοῦ δὲ in partes dividitur: atque ita non adverbialiter, ſed ut caſus pronominis accipi, & à verbo ἐστὶ ſubintellecto regi. Deinde vero ne illud quidem animadvertit, non rectè fieri partitiones per caſus τοῦ pronominis, cum rectius dicatur per articuli caſus, τὸ μὲν αὐτῶν δικανικὸν, τὸ δὲ βουλευτικόν.

τοῦτο μὲν, τοῦτο δέ.

## Ταῦτα.

Ταῦτα, pluralis vox τοῦ pronominis, ἐλλειπτικῶς, pro διὰ ταῦτα accipitur

ταῦτ' ἄρα, ταῦτά τοι. ταῦτα δή.

pitur, ſi particulæ ἄρα, vel δὴ, vel τοι ipſi jungantur, Unde fit ταῦτ' ἄρα, & ταῦτά τοι, & ταῦτα δὴ, quæ plane idem ſignificant. Gaza ex Cicerone, ταῦτ' ἄρα καὶ συμβαίνει ὅπερ ἀπεφηνάμην. Ubi ταῦτ' ἄρα, etiam ταῦτά τοι, & ταῦτα δὴ dici potuit αἰτιολογικῶς μετὰ στοχασμοῦ ἢ βεβαιώσεως. Apud Platonem vero ταῦτα δὴ, μετὰ βεβαιώσεως dictum eſt, ταῦτα δὴ ἐκαλλωπισάμην ἵνα καλὸς παρὰ καλὸν ἴω. in quibus omnibus ſubauditur διὰ præpoſitio. ταῦτα pro διὰ ταῦτα.

# CAPUT XXV.

## De adverbio Προτοῦ.

Προτοῦ, *adverbium temporis*, ex πρὸ præpoſitione, quæ ſemper *genitivo* jungitur, & τοῦ articulo vice pronominis τούτου accepto, conſtat. Dicitur enim ὁ προτοῦ χρόνος, & ὁ προτοῦ βίος. perinde ac ὁ πρὸ τούτου χρόνος, & ὁ πρὸ τούτου βίος. Ubi pronomen τούτου, demonſtrativum ad præſens tempus vel aliud quidpiam, quod tempore metiri ſoleamus, relationem habet. Cum enim dicimus ὁ προτοῦ χρόνος, & ὁ προτοῦ βίος, ſupplendum eſt nomen appellativum, ad προτοῦ, adverbium temporis.

ad quod refertur, in *genitivo caſu* formatum. eſt enim plena oratio, ὁ πρὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου βίος, & ὁ πρὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου χρόνος. Non ſemper autem repetitionem hanc nominis fieri contingit. Nam cum dicimus ὁ προτοῦ πόλεμος, non neceſſario ſupponitur nunc quoque bellum eſſe, ita ut dicere poſſimus: ὁ πρὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς πολέμου πόλεμος. Et hinc adverbialis hujus particulæ vis oſtenditur, cum appellativum nomen non poſſit repeti quod relationem ſuſcipiat. Quod quidem appellativum nomen juxta verbi vel alterius particulæ, à qua regitur, naturam in omnibus caſibus variatur, προτοῦ, & πρὸ τούτου nunquam mutato. Dicimus enim ἐν τῷ προτοῦ χρόνῳ, vel ἐν τῷ πρὸ τούτου. κατὰ τὸν προτοῦ χρόνον, vel κατὰ τὸν πρὸ τούτου. Dicitur & per ſe ſæpiſſime vox προτοῦ, ſed ſemper ad *præſens tempus* relationem habet, vel tacitè vel expreſſè.

CAPUT

# CAPUT XXVI.

## De ταύτῃ particula.

Ταύτῃ, *dativus* ab αὕτη pronomine deductus, quatenus *ſine ſubſtantivo* ponitur, *adverbialem* induit ſignificationem: eſtque *localis* primaria ejus vocis ſignificatio: Nam ad ὁδὸς nomen relationem habet: cum dicimus, ταύτῃ βαδιςέον: ut ſit plena oratio, ταύτῃ τῇ ὁδῷ βαδιςέον. Secundo loco *cauſalem vim* habet, perinde ac διὰ τοῦτο, vel τούτου ἕνεκα, id eſt, *ideo*, & *hac de cauſa*. ut apud Ariſtophanem in Pluto, μηδὲν ταύτῃ γε κομήσεις, *ne propterea inſoleſcas*. Habet autem vim *limitativam* in hac cauſali ſignificatione: Xenophon. οὐδὲ μήν τι ταύτῃ γε ἀτιμαςέον τὸ κάλλος, *neque tamen iccirco eſt aſpernanda pulchritudo*. *Illativam* etiam ſignificationem huic particulæ tribuit Budæus, & pro τοιγαροῦν, id eſt, *Itaque*, uſurpari docet: afferens exemplum ex Herodiano, ταύτῃ ὁ Ἀλβῖνος καὶ φρουρᾷ μείζονι ἔφραττεν ἑαυτόν. Ubi tamen *cauſalem* poteſt habere ſignificationem, ut dicat, διὰ τοῦτο, vel τούτου ἕνεκα ὁ Ἀλβῖνος ἔφραττεν ἑαυτὸν. quod ipſe quoque videtur animadvertiſſe, cum voces ταύτῃ τοι, pro *itaque*,

ταύτῃ. hic Adverb. Loci.

ταύτῃ, pro διὰ τοῦτο, vel τούτου ἕνεκα, *Ideo, hac de cauſa.*

habet vim Limitativam.

ταύτῃ τοι, *Itaque.*

*que*, & ϖύτȣ ἕνεκα accipi dicat apud Gregorium. Quando vero *ſimplicem limitationem* ſignificat, pro κȣ͂ τȣ͂το, *eatenus*, & *ſecundum hoc*, accipitur & ſæpe in ea ſignificatione reſpondet τῷ, ᾗ. Accipitur etiam ἀντὶ τȣ͂ οὕτως, ut apud Platonem: ταύτῃ καὶ ταῦτα ἐλέγετο. id eſt, *hæc etiam ſic dicebantur.* Idem alibi: ἔςω ταύτῃ ὅπῃ τις ὑπολαμβάν: *eſto hæc ita ſe habere, ſicut quisque putat.*

pro κατὰ τȣ͂το, *Eatenus. Secundum hoc.*

pro οὕτως. *Sic. Ita.*

## CAPUT XXVII.

### De ταχὺ, nomine in adverbii naturam tranſeunte.

Ταχὺ: nomen notæ ſignificationis, quando *adverbialiter* accipitur, opponitur τῷ, χολῇ, *adverbialiter* item uſurpato; & non ſolum in poſteriori parte conſequentiarum adhibetur, ut apud Ariſtophanem; ſed etiam in ſimplicibus enuntiationibns, cum γὰρ jungitur *ironice* pro χολῇ. Aeſch. κȣ͂ Τιμάρχου: ταῦθ' ὁ γέρων ὁ ἐκ παιδὸς σεσωφρονηκὼς παρῄνεσε τοῖς ἑαυτοῖς πολίταις: ταχὺ γὰρ Τίμαρχον ἢ τὸν κίναιδον Δημοσθένην εἰκὸς πολιτεύεσθαι. Quod *ironice* dictum, idem valet, quod χολῇ γε Τίμαρχον &c. Ubi tamen tacita conſequentia innuitur

ταχὺ, adverbialiter, apponitur τῷ χολῇ.

cum γὰρ ironicè, pro χολῇ.

nuitur, cujus antecedens ex ſuperioribus perendum eſt, & ſenſus hujusmodi: *Si Senator ille Spartanus rectam & probatam cujusdam pravi hominis ſententiam reſpuit, multo minus ab hujusmodi hominibus qualis eſt Timarchus & Demoſthenes, rem publicam adminiſtrari paſſus eſſet.* Unde patet, γδ, ex γε, & ἄρα conſtare: ut apud Ariſtophanem in Acharnenſibus: σφόδρα γ' ἄρ' ἐσωζόμην ἐγώ, ut ſuo loco dictum eſt.

γδ, ex γε & ἄρα.

## CAPUT XXVIII.

# De τί nomine interrogativè accepto.

Τί, neutrum nomen *interrogativè* acceptum, quod quidem tunc accentu acuto ſemper eſt præditum, neque umquam accentum rejicit encliticarum particularum more, pro οὐδὲν uſurpari nonnunquam docet Budæus, afferens exemplum ex Demoſthene: εἶτα ὑβριζομένων καὶ ἐλαυνομένων καὶ τί κακὸν οὐχὶ πασχόντων, id eſt, ut ipſe interpretatur, & *nihil non mali patientibus*, Item ex Gregor. ὀνειδιζόμενος καὶ τί γὰρ οὐ πάσχων, τί δ' οὐκ ἀκούων; id eſt, ut idem interpretatur, *nihil non con-*

τί, interrogativum, an pro οὐδὲν accipi poſſit?

*tumeliarum perpeſſus.* Quæ quidem Budæi opinio neſcio an admittenda ſit. Nam ut concedamus affirmatas interrogationes, negativis enuntiationibus inferri, ſi cum emphaſi proferantur, ut ſi dicas, τί κακὸν πάσχεις; infers, οὐδὲν κακὸν πάσχεις: tamen ſi conſideremus propoſitas loquendi formulas, qualis eſt illa Demoſthenis, καὶ τί κακὸν οὐχὶ παθόντων; & Gregorii, καὶ τί γὰρ οὐ πάσχων; & hujusmodi alias, negatum habere verbum ſeu participium, videbimus non *negativam*, ſed *affirmativam* enuntiationem ex ipſis inferri, & ſic in τί οὐχὶ παθόντων; & τί οὐ πάσχων; interrogationibus vocem τί, non pro οὐδὲν, ſed pro πᾶν accipi; totamque locutionem τί κακὸν οὐχὶ παθόντων, pro πᾶν κακὸν παθόντων, uſurpari. Adde, quod non planè patet, an apud Græcos dicantur voces οὐδὲν οὐ, in ſenſu, quo apud Latinos *nihil non.* Quod tametſi diceretur, tamen in ſupradictis locutionibus ſupradictum ſenſum habebunt: & ſic οὐδὲν κακὸν οὐ παθόντων, pariter pro, πᾶν κακὸν παθόντων interpretandum erit. τί etiam pro διατί, ſæpiſſimè accipitur, & pro ἐς τί, id eſt *quam ad rem?* Ariſtoph. in Nebulis in Geometria, στρεψ. τοῦτ' οὖν τί ἐστι χρήσιμον; *Hæc autem quam ad rem eſt utilis?*

τί, non pro οὐδὲν, ſed pro πᾶν.

τί, pro διατί, i. e. *quam ad rem?*

CAPUT

## CAPUT XXIX.

# De τί nomine δὲ conjunctioni præpoſito, ſubſequente εἰ μὴ, exceptiva.

Τί δὲ εἰ μὴ, coordinatæ voces ſunt, non ut ex ipſis unum formale ſignum efficiatur, ſed ita ut unaquæq; propriam ſignificationem præ ſe ferat. ut apud Xenophontem, καὶ πῶς ἔφην ἐγὼ διέταξας αὐτῇ; τί δὲ εἰ μὴ τῆς οἰκίας τὴν δύναμιν ἔδοξέ μοι ἐπιδεῖξαι αὐτῇ; in qua locutione & ſimilibus ſubauditur vox ἄλλο, cum præcedente verbo repetito: ut ſit integra locutio, τί δὲ ἄλλο διέταξα, εἰ μὴ, & reliqua. Ubi etiam loco εἰ μὴ, utimur ἢ particula ejusdem ſignificationis. ut apud Lucianum: σὺ δὲ δὴ τί πρὸς τοῦτο; Διογ. τί δ' ἄλλο, ἢ ἐγέλασα; Dicitur & ſine δὲ, ut apud Thucydidem, εἰ χώραν τὴν Πλαταιίδα. Θηβαΐδα ποιήσετε, τί ἄλλο ἢ ἐν πολεμίᾳ πατέρας τοὺς ὑμετέρους ἀτίμους γερῶν καταλείψετε; Cum autem ſine δὲ proferantur hujusmodi locutiones, patet ipſum δὲ non eſſe partem integralem τί δὲ εἰ μὴ, vocum, ac ſi eſſet una nota formalis. Nam ex formalibus ſignis ſi particulam aliquam ſubtrahas, ſenſus ipſius interit,

τί δὲ εἰ μὴ.

τί δὲ, ἢ.

τί ἄλλο, ἢ.

interit, vel certe depravatur, atque minuitur. Puta ſi εἰ μὴ aggregatum ſejunges, non amplius ſenſum exceptivum ſervabit, ut pro πλὴν, accipiatur. In propoſita igitur vocum ordinatione ac ſerie, ad ſenſus integritatem, ſupplendum eſt nomen ἄλλο, & præcedens verbum repetendum eſt. Quam loquendi formam Cicero, ut multa alia imitatus, plene & integre locutionem cum verbi additione exprimit, cum dicit: *Nam quid aliud agimus, niſi animum ad ſeipſum vocamus?* Reducuntur autem ad enuntiationem hujusmodi interrogationes. nam τί ἄλλο ἢ, & τί ἄλλο εἰ μὴ, idem valent quod οὐδὲν ἄλλο ἢ, & οὐδὲν ἄλλο εἰ μή.

## CAPUT XXX.

## De Particulis τί δὴ, τί μὴν, & ποιός oxytono.

τί δὴ. Τί δὴ, etiam ut formale ſignum deſcribit Budæus. cujus opinio refellitur eadem ratione, qua ſupra oſtenſum eſt τί δὲ εἰ μὴ, non eſſe totum quid, ſed tres particulas non colligatas, ſed ſimul appoſitas. Si enim in Platonis verbis illis, τί δὴ οὖν ἔφη ὁ Σωκρά-

της ὃ πάντες ἐρᾶν φαμὲν, particulam δὴ ſubtrahas, τί οὖν per ſe idem officium præſtabit, τί οὖν ἔφη ὁ Σωκράτης & cætera. Secus accidit in formalibus ſignis, ut proxime dictum eſt. Ex quibus ſi particulam aliquam demas, quæ remanent, eamdem ſignificationem non itidem ſervant: puta ex ἄλλως τε & εἰ δὲ μὴ, ſi ex altero τε, ex altero vero δὲ, ſubtrahas, neutri ſuus ſenſus remanebit; nam aliud εἰ δὲ μὴ, aliud εἰ μὴ ſignificat, ut ſuo loco dictum eſt.

## Τί μὴν.

Τί μὴν, etiam pro τί δὴ *interrogative* uſurpari docet, ut ἀλλὰ τί μὴν; id eſt, ut ipſe interpretatur, *quidnam igitur?* Nonnunquam etiam *concedentis* eſſe vocem τί μὴν affirmat, & pro, *quidni*, accipi, ut apud Platonem: Σωκρ. δίκαιος ἀνὴρ καὶ εὐσεβὴς, ἆρ' οὐ θεοφιλής; ὅστι Πρωτ. τί μὴν; In quo tamen exemplo τί μὴν, *interrogative* itidem accipitur. Interrogatus enim Protagoras *an juſtus vir Deo etiam amicus eſſet*, reſpondet, τί μὴν; id eſt, *quidni?* quod *ſenſu* quidem *concedentis* eſt, *forma* vero *loquendi interrogativum*. In qua interrogatione τί μὴν; *Quid vero*, & *Quidni* ſignificat, id eſt, *quid non*, & *cur non?* τί μὴν, interrogativè. *quidnam igitur?* *quidni?*

convertiturque interrogatio in affirmationem, ut ſit, *ſane ita eſt.*

## Ποιός.

Ποιός τις. an interdum pro περιττὸς accipiatur?

Ποιός, ὀξύτονον, qualitatis particeps, & ποιός τις qualitatis cujusdam particeps: quod nonnunquam pro περιττὸς accipi notavit Budæus. ut apud Ariſtotelem: παραδοτέον τοὺς παῖδας γυμναστικῇ καὶ παιδοτριβικῇ. τούτων γὰρ ἡ μὲν, ποιάν ποιεῖ τὴν ἕξιν ἡ δὲ, τὰ ἔργα. id eſt, ut ipſe interpretatur, *harum enim altera præſtantem reddit corporis habitum, altera vero opera.* Quæ quidem Budæi interpretatio verum quidem ſenſum aſſequitur, ſed non ex vi vocis ποιὸς, & ποιὰ, quæ ſimpliciter *qualem*, vel *qualitatis participem* ſignificant, is ſenſus efficitur. ſed quia res ita ſe habet, quod videlicet *gymnaſtica* ] *præſtantiora reddit corpora*, voces propoſitæ ſenſum hunc præſe ferunt. At non ex veritate ſententiæ vel modo & forma locutionis vocibus tribuenda eſt ſignificatio ab etymologia aliena, ſed ſenſus ex vocibus juxta cujusque vim & notionem eliciendus eſt.

ποιὸς, & ποιὰ, ſimpliciter *qualem*, vel qualitatis participem ſignificant.

CAPUT

# CAPUT XXXI.

## De τὶς pronomine, τὸ καὶ τὸ, τὸ μὲν, τὸ δὲ, & aliis horum ſimilibus.

Τὶς, pronomen ἀορίστως acceptum, quod & fere ἐγκλιτικὸν μέρος eſt, non ſolum *poſtponitur adjectivis, & appellativis nominibus*, ut ἄνθρωπός τις, & μοχθηρός τις, ſed etiam *præponitur* cum *ſubſtantivis*, quod frequenter fit; cum vero *adjectivis* quoque nonnunquam. ut apud Ariſtophanem in Pluto: δῆλον ὅτι τοὺς τρόπους τις οὐ μοχθηρὸς ὤν. nec facit ad hoc interpoſita negatio: nam & ſine negatione, δῆλον ὅτι τοὺς τρόπους τις μοχθηρὸς ὤν, itidem dici potuit. τὶς etiam ut opponitur τῷ οὐδεὶς, Budæo occaſionem dedit, ut ἀντὶ τοῦ, μέγας, ipſum accipi contendat in loco, quem ipſe citat Demoſth. τὸ δοκεῖν τινες εἶναι δι᾽ εὐπορίαν προσειληφότες. Nec animadvertit oppoſitionem hanc vocis τι, ad οὐδὲν, ſi minus in Ciceronis loco, quem ad probandum ſimilem uſum vocis hujus apud Latinos affert ex epiſtolis ad Atticum: *Fac ut omnia ad me perſcribas, meque ut facis, velis eſſe aliquem: quoniam*

τὶς pronomen, ἀορίστως acceptum, poſtponitur adjectivis & appellativis.

præponitur etiam iiſdem.

τὸ τὶς, τῷ οὐδεὶς oppoſitum, an pro μέγας accipi poſſit?

*niam qui fui, & qui eſſe potui, jam eſſe non poſſum.* Certe ex Platonis auctoritate, quam itidem affert ad oſtendendum uſum vocis hujus in ſuo neutro genere: ὑμᾶς τι ἐλεῶ ὅτι οἴεσθέ τι ποιεῖν οὐδὲν ποιοῦντες. Pro, ποῖος etiam, & ὁποῖος accipi τὶς ὀξυνόμενον, recte annotavit Budæus. ut apud Demoſth. λέγε μοι τὰς μαρτυρίας τίς ἐγὼ πρὸς τοὺς δεομένους εἰμί. Ciceronemque eodem modo uſum eſſe pronomine, *Qui*, cum dicit, *Xenophon Socraticus, qui vir & quantus.*

τίς, pro ποῖος & ὁποῖος.

## Τὸ καὶ τό.

τὸ καὶ τὸ, pro τοῦτο καὶ τοῦτο.

Τὸ καὶ τὸ: pro τοῦτο καὶ τοῦτο apud Demoſthenem, περὶ τοῦ στεφάνου, accipi recte notavit Budæus: εἰ τὸ καὶ τὸ ἐποίησεν ἄνθρωπος οὗτοσὶ, οὐκ ἂν ἀπέθανεν. De quo articulo docendum eſt non ſolum in *accuſativo* accipi pro, τοῦτο pronomine, ut in loco citato Demoſtheſthenis, ſed etiam in *aliis caſibus.* Ut ſi dicas, τὸ καὶ τὸ συνέβημοι, tunc nominativi caſus erunt voces τὸ καὶ τὸ, & ſic in aliis caſibus, ut exigunt partes, cum quibus copulatur. Nam enallage in partibus declinabilibus ſi in uno caſu admittatur, in reliquis etiam admittitur; puta ſi articulus maſculinus in prima voce ὁ, pro οὗτος accipitur, τοῦ, etiam

etiam pro τοῦτον, & τῷ, pro τούτῳ, & τὸν, pro τοῦτον uſurpabitur. Exempla ſunt apud Homerum: ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθεὶς. τοῦ γὰρ πίσυν ἄγχι μάλιστα τῷ δ' οὔπω τις ὁμοῖος. τὸνδ' ἄρ ὑπόδρα ἰδών. Notandum autem pro *indefinita & incerta re* dici propoſitas voces, & idem valere quod τὸ δεῖνα, καὶ τὸ δεῖνα. ſicut etiam in genere maſculino τὸν, καὶ τὸν, apud Lyſiam. παῖ μοι κάλει τὸν καὶ τὸν, pro τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα. hoc eſt *hunc & illum*. In quo Lyſiæ loco *jubentis teſtes in medium prodire*, notandum eſt, indefinite dici τὸν καὶ τόν: ſive quod res, de qua loquitur, adeo nota eſſet omnibus, ut non ſolum nominatus quisque, ſed quilibet ſine diſcrimine de ipſa teſtimonium dicere poſſet; aut ita indefinite locum nominibus propriis reliquit Orator, quod fit in declamationibus, quæ veluti formulæ ſunt orationum forenſium.

pro indefinita & incerta repoſitæ hæ voces, idem valent quod τὸ δεῖνα, καὶ τὸ δεῖνα.

## Τὸ μὲν, τὸ δὲ.

Τὸ μὲν, & τὸ δὲ, ejusdem enallages ratione, pro τοῦτο μὲν, & τοῦτο δὲ accipiuntur. Significantque *Partim & partim*. ideoque obliquis etiam caſibus junguntur, quia adverbialiter conſtruuntur.

τὸ μὲν, & τὸ δὲ, pro τοῦτο μὲν, & τοῦτο δὲ.

## Τὸ μέν τι, & τόδετι.

*τὸ μέν τι, & τόδετι, Partim & Partim.*

ADditur etiam τὸ ἄθειςον, ſupradictis vocibus, & fit, τὸ μέν τι & τόδετι. quæ itidem *Partim* & *partim* ſignificant: Baſil. τὸ μέν τι διὰ τὸ πολλάκις ἀπατηθῆναι, τόδετι καὶ ὑπὸ ἀσχολιῶν περισπώμενος. In quibus τι, particula, *diminuendi* & *adſtringendi* vim habet.

## Τοιοῦτος.

*τοιοῦτος, reſpondet τῷ οἷος, & τῷ ὅς.*

TΟιοῦτος, nomen ἀνταποδοτικὸν, non ſolum τῷ, οἷος *relativo nomini*, ſed etiam τῷ, ὃς *relativo articulo* præpoſitum, reſpondet. Sophocl. in Antig. γινώσκων ὅτι τοιοῦτος ἐστὶν, οἷς περ ἥδεται ξυνών. Ubi τὸ, τοιοῦτος, pro ὅμοιος uſurpari videtur: cum tamen, ſi id quod potentia ſubintelligendum eſt, repetatur, articulus in propria ſignificatione remaneat, hoc modo, τοιοῦτός ἐστιν, οἷοι εἰσὶν ἐκεῖνοι οἷς περ ἥδεται ξυνών.

*τοιοῦτος, pro ὅμοιος.*

## τοῦτο μὲν, & τοῦτο δέ.

*τοῦτο μὲν, & τοῦτο δέ. Partim & Partim, Tum & Cum, Simul & ſimul.*

IPſum quoque τοῦτο μὲν, & τοῦτο δὲ, *Partim & partim*, vel, *tum & cum*, atque etiam, *Simul & ſimul* ſignificat: ut recte notavit Budæus. Demoſth. τοῦτο μὲν τοίνυν Θασίους ἀδικήσετε,

τοῦτο

τοῦτο δὲ Ἀρχέβιον καὶ Ἡρακλείδην, id eſt *ſimul etiam Thaſios, ſimul Archebium injuria afficietis*. Andocid. τοῦτο μὲν οἷς διηλλάγητε, τοῦτο δὲ τοὺς φεύγοντας κατηγάγετε, τοῦτο δὲ οὓς ἀτίμους ὄντας, ἐπιτίμους ἐποιήσατε. Ex quo Andocidis loco animadvertendum eſt, non ſolum *ſemel* voci τοῦτο μὲν, reſpondere vocem τοῦτο δὲ, ſed *iterum atque iterum, & ſæpius* ſi plura erunt recenſenda. Quo modo & Ciceronem uſum eſſe patet ex ejus verbis illis: *Quia tum occultantur, tum rurſus aperiuntur, tum abeunt, tum redeunt, tum antecedunt, tum etiam ſubſequuntur.*

τοῦτο δὲ, ſæpius reſpondet τῷ τοῦτο μὲν.

## CAPUT XXXII.

# De Particulis, Τοι, τοίνυν, τοῦ & τῷ.

Τοι, particulæ *vis affirmandi* ſeu *confirmandi* apertius perſpicitur, cum ea partibus declinabilibus apponitur. ut apud Xenoph. ἀλλὰ σωφρόνων τοι ἐστὶν οὕτω ποιεῖν. Cum enim affirmativa oratio ſit, videlicet quod σωφρόνων ἀνθρώπων ἐστὶ τὸ οὕτω ποιεῖν, particula τοι affirmationem *auget, & confirmat*: ut *Sane* & *Profecto* apud Latinos. & in ſupradicto exemplo idem valet ac ſi diceres, *Nimirum*, vel *enim*

τοὶ, habet vim affirmandi & confirmandi. idem quod *Sane*, *Profecto*.

*enimvero ſapientis eſt ita facere.* Hanc eamdem vim habet, cum vocibus aliis poſtponitur. Notandum autem, cum *monoſyllabis particulis* jungitur hæc particula, interdum *per appoſitionem jungi*, ac tunc ſuam vim *retinere* nonnunquam: interdum vero *componi*; ac tunc tam eam, cum qua componitur, quàm ipſam τοι, ſuam quamque ſignificationem *amittere*, & ex ambabus *tertium quoddam reſultare*, ut in μὲν τοι, γέ τοι, καί τοι, & quibusdam fortaſſe aliis, de quibus in præcedentibus dictum eſt.

μὲν τοι, γέ τοι, καί τοι.

δέ τοι. Porro δὲ particulæ, *per appoſitionem poſtponitur*: δὲ τοι enim vox, tam δὲ, quam τοι particulæ vim præ ſe fert. Quando vero *adverbiis*, & ſimpliciter *unicam ſyllabam excedentibus vocibus* jungitur, ſemper *ſuam* retinet ſignificationem. Dummodò diſſyllaba illa cui jungitur, ex *duabus monoſyllabis non ſit coagmentata*, qualis eſt τοι γάρ. cui poſtponitur aliud τοι, & fit τοι γάρ τοι. tunc enim τοι, ſuam propriam amittit ſignificationem. Sed ſi diſſyllabis ſimplicibus jungitur, ſemper ſuam habet ſignificationem. Id quod Budæus minus videtur animadvertiſſe, cum dicat, hoc πάνυτοι, frequentius dici πάνυτι, per τι nomen, quod ſæpe ἀργὸν eſſe ait. Quod equi-

τοι γάρ τοι.

an τι in πάνυτι, otioſum ſit?

equidem neſcio an otioſum alicubi ſit, ut Budæo videtur. Nam tametſi cum nullo nomine ſubſtantivo aliquando jungatur, ſed adjiciatur aliis orationis partibus: non idcirco plane otioſum eſt. ſed *diminuendi, & coërcendi vim* habet: ut paulò ſupra de ipſo dictum eſt. *Interponitur* etiam aliquando, ut δήτοι τοῦτο. Porro ſi quando *præponatur* hæc particula, propriam ſignificationem amittit, ut in τοι γδ', τοι γάρ τοι, & τοιγαροῦν, & in unius cujusdam formalis notæ ſignificationem coaleſcit.

δῆτοι τῦτο.

τοι, aliis præpoſitum ſignificationem amittit.

## Τοίνυν.

Τοίνυν, συλλογιστικὸν eſt, id eſt, *illativum concluſionis*, quæ ex antecedente vel præmiſſis quibusdam, aut tacitis aut expreſſis, ſequitur: & in hoc eumdem uſum præſtat, quem vox οὖν, & οὐκοῦν. Eandem vim habet quando *collectivum* eſt. Dico autem collectivum, cum ex aliqua narratione ἀποστατικῶς ſubjicimus ſententiam ἐπιλογικὴν. ut apud Platonem poſt multa ſubjungitur, ἓν μὲν τοίνυν τῦτο ἐπιστάμεθα. Eſt enim hic quoque illativum, veluti concluſionis cujusdam. Viciſſim autem *aſſumptionibus* etiam, id eſt minori argumentorum propoſitioni

τοίνυν, συλλογιστικὸν, id. quod οὖν & οὔκουν.

aſſumptionibus etiam ſervit.

ſitioni deſervit, & vocatur tunc συλληπτικὸν τὸ τοίνυν. cum videlicet cauſam concluſionis vel ſignum continet. Ut apud Lucianum, ὡς σεμνὸς ἡμῖν σφόδρα καὶ μετέωρος ἐπανελήλυθας. Hæc eſt concluſio, cujus probationem ſubdit, οὐ τοίνυν οὐδὲ προσβλέπειν ἡμᾶς ἔτι ἀξιοῖς. In Iſocratis Panegyrico, ratiocinatio ponitur propemodum in forma argumenti: οἶμαι πᾶσι δοκεῖν τούτους κρατίστους προστάτας γεγενῆσθαι, ἀφ' ὧν οἱ πειθαρχήσαντες ἄριστα τυγχάνουσι πράξαντες. Hæc eſt major propoſitio, quam ſubſequitur aſſumptio ſive minor propoſitio, ἐπὶ τοίνυν τῆς ἡμετέρας ἡγεμονίας οὔτε ἴδιοι οἶκοι καὶ αἱ πόλεις ἄριστα ἔπραξαν. ex quibus ſequitur ibi propoſita concluſio, ἡμεῖς ἄρα κράτιστοι προστάται γεγόναμεν. Sic in Archidamo, τὰς κτήσεις τὰς πολυχρονίους, κυρίας ἅπαντες εἶναι νομίζουσιν. poſt quæ additur aſſumptio, ἡμεῖς τοίνυν Μεσσήνην ἔχομεν πρινὴ Πέλοπα λαβεῖν τὴν βασιλείαν, ex quibus infertur ibi propoſita concluſio, *Ad Lacedæmonios pertinere Meſſanæ poſſeſſionem.* Demoſth. etiam cum probare vellet *omnia facta eſſe, quæ ad ſalutem & præſidium patriæ pertinerent*, exponeretque *quæ nam eſſent neceſſaria*, οὐκ ἐκ μὲν τῆς θαλάττης τὴν Εὔβοιαν προβαλέσθαι χρῆν, ἐκ δὲ τῆς μεσογείας, τὴν Βοιωτίαν. poſt aliarum quarumdam rerum enumerationem, addidit aſſumptionem, ταῦτα τοίνυν ὑμῖν ἅπαν-

ἅπαντα πέπρακται. & alibi eadem argumentandi forma uſus eſt, τί δ' ἂν μεῖζον ἔχοι τις εἰπεῖν κατ' ἀνδρὸς ῥήτορος, ἢ εἰ μὴ ταυτὰ καὶ φρονεῖ καὶ λέγει, σὺ τοίνυν τοιοῦτος εὑρέθης.

Servit etiam *tranſitionibus inchoativis*, ut, *Igitur*, *Itaque*, & *Proinde* apud Latinos. Demoſth. ὑμῶν τοίνυν οὐδ' ἂν εἷς οὐδὲν ὧν ἰδίᾳ τινὶ δοίη τοῦτ' ἀφέλοιτο πάλιν. *Itaque*, vel *proinde nullus veſtrum eſt*, & cætera. Qua ratione *prolixæ etiam narrationis initii ſignum eſt*. Demoſth. καὶ θεωρεῖτε εἰ παραπλήσια τῇ πόλει καὶ τούτοις. ὑμεῖς τοίνυν, & reliqua. *vos igitur &c.* Quamquam in hoc etiam exemplo συλληπτικὸν eſt, & concluſionem probat, quod videlicet, οὐ παραπλήσια τῇ πόλει καὶ τούτοις πέπρακται. Hoc itaque ſemper animadvertendum eſt an concluſio aliqua ſubſit, cujus probationem hæc particula comitetur: ne ſententiæ vel narrationis initium ipſam comitari & inchoativæ tranſitionis ſignum eſſe arbitremur.

τοίνυν, i. e. *Igitur. Itaq. Proinde.*

## Τοῦ, τῷ.

Τοῦ, & τῷ caſus articuli, tam maſculini quàm neutri, per enallagen, pro *genitivo*, & *dativo* τις pronominis accipiuntur, tam ἀορίστως, quàm ἐρωτηματικῶς accepti; ut

τοῦ & τῷ pro genitivo & dativo τις, pronominis, accipiuntur.

τῦ χάειν; pro, τίνος χάειν, ἐρωτηματικῶς, & ἕνεκά τυ, pro ἕνεκά τινος ἀορισωδῶς. ſic in *dativo*, τῷ δέδωκας, pro τίνι; & δέδωκάς τῳ, pro δέδωκάς τινι. Ex quibus apparet *præponi* in conſtructione voces has, & *cum accentu proferri*, ſi ἐρωτηματικῶς accipiantur: *poſtponi* autem ἐγκλιτικῶς cum ἀορισωδῶς uſurpantur. Porro τοῦ, in articuli ſignificatione cum ἐλλιπῶς, τ' ἕνεκα, vel τῦ χάειν dicitur, *infinitivo* verbo jungitur, ut apud Gregorium: ὀλίγα τῶν ἐγκυκλίων φιλοσοφήσας τῦ μὴ δοκεῖν παντάπασι τῶν τοιούτων ἀπείρως ἔχειν. Quod plenè dicitur apud Ariſtoph. τῦ λαβεῖν μὲν οὐ χάειν. & alibi. Jungitur alioquin etiam infinitivo, ſicut & cæteri caſus omnes articuli neutri, ut ὀλίγον ἐδέησε τῦ λῃςαῖς περιπεσεῖν, quod alia loquendi forma dicitur, παρ' ὀλίγον λῃςαῖς περιέπεσεν. ſic παρ' ὀλίγον ἀπέθανεν, &c.

τοῦ, quando Infinitivo jungatur?

## CAPUT XXXIII.

## De Ὑπὲρ, præpoſitione, & φεῦ.

ὑπὲρ, in eadem periodo geminatum.

DE præpoſitione ὑπὲρ, annotavit Budæus *in eadem periodo ipſam geminari.* ut apud Demoſthenem: μὴ γδ' οἴεσθε αὐτὸν ὑπὲρ ὧν εἴρηται μὴ λαβεῖν, ὑπὲρ

ὑπὲρ τούτων ὑμῖν λειτουργεῖν ἐθελήσειν. Ubi alterum ὑπὲρ *vacare* dicit, quod ad ſenſum attinet. Verùm non omnino alteram præpoſitionem vacare dicendum eſt, ſed eam dumtaxat, quæ ſecundo loco poſita eſt, caſumque iteratum qui cum copulatur. Porro non ſolum ὑπὲρ præpoſitionem in ejusmodi loquendi formis in una & eadem comprehenſione repeti contingit: ſed ferè omnes quocunque caſu unaquæque juncta fuerit, ut καθ' οὓς νόμους πολιτευόμεθα, κατὰ τούτους με κρίνεσθαι δεῖ, δι' οὓς γὰρ ἔφυγε τὴν πατρίδα, διὰ τούτους κατῆλθεν. ἐξ ὧν γέγονε πλούσιος, ἐκ τούτων ἀπέβαλε τὴν οὐσίαν. ἐν οἷς ηὐδοκίμησεν, ἐν τούτοις πάλιν ἠδίξησε. Atque ita reliquæ prope omnes. Non igitur communem omnibus præpoſitionibus loquendi formam, uni tantum adſcribi oportuit.

## Ὑπὲρ ὧν.

Ὑπὲρ ὧν, voces, ut *unam vocem*, quæ ſuam vim naturalem non retinet (ut ejus verbis utar) deſcribit Budæus, ut ἀνθ' ὧν. non animadvertens præpoſitiones ἀντὶ, & ὑπὲρ, vice διὰ, præpoſitionis accipi, eſſeque ἀνθ' ὧν, & ὑπὲρ ὧν, *duas voces* juxta cujusque naturalem ſignificationem acceptas, pro

ὑπὲρ ὧν, & ἀνθ' ὧν, pro δι' ἃ, vel ὧν ἕνεκα.

δι᾽ ἃ, vel ὧν ἕνεκα. Iſocrates ἀποδοῦναι χάριν ὑπὲρ ὧν ὁ πατὴρ αὐτοῦ πάντας εὐεργέτησεν, id eſt δι᾽ ἃ, vel ὧν ἕνεκα, & ἀντὶ ὧν. In qua Iſocratis locutione, & ſimilibus, relativus articulus more Atticorum, in caſu antecedentis, ſubſequenti verbo tribuitur. Eſſet enim plena locutio, ἀντὶ ἐκείνων ἃ ὁ πατὴρ αὐτῶν πάντας εὐεργέτησεν. eo modo, quo dicitur, ἔμαθεν ἀφ᾽ ὧν ἔπαθεν. Eſt enim integra locutio, ἔμαθεν ἀπ᾽ ἐκείνων ἃ ἔπαθεν. ſic, χρῶμαι οἷς ἔχω βιβλίοις, pro χρῶμαι τοῖς βιβλίοις ἃ ἔχω.

## De φεῦ adverbio.

φεῦ, quare cum Genitivo conſtruatur?

DE φεῦ adverbio, quoniam communi opinione *genitivo* jungi, id eſt conſtrui creditur, ut φεῦ τῶν κακῶν, advertendum: *genitivum* ἐλλειπτικῶς dici, ſubaudirique adverbium ἕνεκα, à quo regitur genitivus, non autem à φεῦ, quod ἀποστατικῶς κατὰ σχετλιασμὸν dicitur. Accipitur etiam eodem modo quo, καί, apud ſcriptores eccleſiaſticos: ut apud Procopium in proverbia Salomonis, ἐλόμενος ἀντὶ τοῦ ἀεὶ εὖ εἶναι τὸ ἀεὶ φεῦ εἶναι. Ubi τὸ φεῦ idem valet quod καί.

φεῦ pro καί.

CAPUT

# CAPUT XXXIV.

## De Ω particula, & ὦν.

Ω particula χετλιαστικῶς accepta, *exclamantis* eſt, *non* autem *vocantis*. Eſt autem exclamantis intentio πάθος aliquod ſignificare, puta *indignationem* vel *admirationem*: *Vocantis* vero eſt, eum quem vocat ad ſe convertere, vel attentum ſermoni reddere. Porro quando vocatio cum ὦ adverbio fit, ſemper adverbio ὦ, ad nominis *vocativum* caſum fertur, ut ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, ὦ Ὀδυσσεῦ πολύαινε. Cum igitur, τὸ κλητικὸν ὦ, cum vocativo nominis cohæreat, veriſimile eſt illud ὦ quod vocativo non jungitur, κλητικὸν non eſſe, & idcirco ad illius differentiam diverſo quoque accentu regi debere. Quamquam enim non paucæ voces certo quodam modo ſcriptæ & prolatæ æquivocationis ratione plura quædam ſignificant, atque etiam diverſis modis conſtruuntur: attamen hanc vocem, ω, pro diverſitate ſignificationis diverſo quoque accentu in antiquis auctorum exemplaribus notatam eſſe conſpicimus. In quibus exemplaribus τὸ

ὦ, Exclamantis eſt, non Vocantis.

 χετλι-

differentia inter ὦ, & ὢ. — ω, sine casu.

χετλιαςικὸν & θαυμαςικὸν ὢ, cum *gravi* accentu ſcriptum habetur; ſicut τὸ κλητικὸν, ſemper cum circumflexo. Hoc etiam annotandum eſt, ſine ullo etiam caſu particulam ω inveniri apud Ariſtophanem: ὦ ὄρνισιν. ὦ, τῦτο μὲν ἔτι νὴ Δία ἀυτῖσι πιθοῦ. Ubi τὸ ὦ, non κλητικῶς ſed δυσωπητικῶς, potius accipiendum eſt: quemadmodum in Pluto: τὸ, ἆ, in illis verbis, ἆ ἆ, τὴν δᾶδα μή μοι πρόσφερε. Quæ quidem particulæ ὦ, & ἆ, vehementiore ſpiritu proferendæ ſunt, & cum diaſtole ἀποςατικῶς. Invenitur etiam τὸ κλητικὸν ὦ, ſine vocativo κατ᾽ ἀποσιώπησιν, apud eundem in Nebulis: ὦ, τί σ᾽ εἴπω, id eſt, o *quid te nominem*. Eſt autem ἦθος, indignabunde loquentis. Qua apoſiopeſi oſtendit *non poſſe ſatis congruum flagitii ſui filii, à quo cædebatur, nomen invenire, non* πατραλοία, *non* ἀσεβὴς, *non* ἀλιτήριε, *non aliud quicquam*. Ceterum quod ad ſyntaxim pertinet hujus particulæ χετλιαςικῶς, vel θαυμαςικῶς, vel alio quodam modo præterquam κλητικῶς acceptæ; meo quidem judicio *nullo caſu* regitur particula hæc, sed διεςαλμένως, quibusdam caſibus præponitur. Nam cum *genitivo* præponitur, genitivus tunc ἐλλειπτικῶς dicitur: ut cum dicimus, ὦ τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος. ſubintelligitur enim τὸ ἕνεκα.

ὦ, sine vocativo. — ὦ, ſequente genitivo.

& ſic

& ſic genitivus non ab ὦ particula, ſed ab ἕνεκα regitur : eodem modo quod dicitur apud Gregorium, ὢ τοῦ θαύματος λόγῳ κρατουμένην φύσιν τὴν ῥέουσαν. Ubi Budæus *defectivam* orationem eſſe annotavit; quoniam *genitivo accuſativum* ſubjecit. Tametſi non propterea, ſed propter ἔλλειψιν τοῦ ἕνεκα, defectiva dici debeat illa oratio, in qua accuſativus διεςαλμένως, genitivum ſubſequitur: qui accuſativus, τὴν φύσιν videlicet, à participio κρατουμένην regitur, quod loco infiniti accipitur: ac ſi dixiſſet ὢ τοῦ θαύματος ἕνεκα τοῦ κρατεῖσθαι λόγῳ τὴν ῥέουσαν φύσιν. Cumque *recto* etiam jungi particulam hanc dicat, ſi jungi tanquam cum ſuo caſu intelligit, idem erit error, de quo proximè dictum eſt. Juliani verba de Libanio citat Budæus ad probandum propoſitæ particulæ cum *recto* conſtructionem: ὢ λόγος, ὢ φρένες, ὢ σύνεσις. & Gregorii, ὢ τίς Ιερεμίας ὀδύρεται τὴν ἡμετέραν σύγχυσιν. In quibus ſi ipſam *recto* jungi concedamus, cum πῶς etiam *adverbia* copulari concedendum erit apud eundem Gregorium, ὢ πῶς ἀδακρυτὶ τὴν τούτων ἐνέγκω μνήμην. Tametſi nec adverbium cum adverbio, nec rectus nominis tranſitive cum aliis partibus cohæreat. Dicendum itaque διεςαλμένως, præponi τῷ τίς, καὶ τῷ πῶς, adverbio. ὢ, cum caſu Recto.

 verbio.

verbio. Cujus rei ſignum eſt, ſine ipſo etiam poſſe eaſdem ſententias efferri, τίς Ἱερεμίας ὀδύρεται &c. & πῶς ἀδακρυτὶ τῶ τούτων ἐνέγκω μνήμην. Et tunc idem erit ſenſus verborum : carebunt tamen indignationis ſigno. Ceterum quia in Juliani admirativa illa de Libanio locutione ſi ὦ particulam detrahas, non modò admirationis ſigno carebit, verum etiam nullo modo conſtabunt caſus illi, & idcirco neceſſario ab ὦ, particula regi videbuntur; ſciendum eſt cum qualitatem ſermonis & ſenſus & ingenii admiretur, ad ejus locutionis integritatem qualitatis nomina ποῖος, videlicet, vel οἷος ſubintelligenda eſſe. ut ſit integra locutio: ὢ ποῖος, vel οἷος λόγος, ὢ ποῖαι, vel οἷαι φρένες. ὢ ποία, vel οἵα σύνεσις. Quemadmodum in Aeſopi verbis illis, ὢ οἵα κεφαλὴ καὶ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει. Ubi etiam τὸ, ὢ non κλητικῶς, ſed καταδεικτικῷ ἤθει, dicitur. Atque ita in illa etiam Juliani locutione διεσταλμένως proferenda erit particula ὦ. ſine qua etiam poſſet proferri eadem ſententia, ποῖος, vel οἷος λόγος, ποῖαι, vel οἷαι φρένες, ποία, vel οἵα σύνεσις. Omnino enim hujuſmodi particulæ quæ πάθος ſignificant, ſi inter alias dictiones interſerantur, παρεντετικῶς, ab aliis ſeparantur : ſin autem præponantur, διεσταλμένως, ſeparan-

parantur, nec ullo modo inter conſtructionis membra numerantur.

## Ὧν.

Ὧν genitivus pluralis articuli neutri ἐλλιπῶς, nonnunquam dicitur. Ut ὧν ἔπαθεν, ὀργὴν ἔχει. deeſt enim cauſalis ἕνεκα. ut ſit integer ſermo, ἕνεκα ὧν ἔπαθεν, vel ὑπὲρ ὧν ἔπαθεν, ὀργὴν ἔχει. Ὧν, nonnunquam ἐλλιπῶς dicitur.

# CAPUT XXXV.

## De ὡς adverbio, & omnino de voce ὡς.

QUemadmodum οὕτως *adverbium*, ab οὗτος, *pronomine* ultimæ ſyllabæ productione, deducitur, ſicut nonnullæ aliæ orationis partes ab aliis, quæ in ordine partium quatenus partes ipſas præcedunt, deducuntur (de quibus non eſt hic dicendi locus) ita ab ὃς *articulo relativo* deduci *adverbium* ὣς ὀξύτονον, non modo vocis ſimilitudo, ſed etiam analoga ſignificatio declarat. Nam ſicut ὃς, pro οὗτος, per enallagen accipitur, ſic ὣς ὀξύτονον, adverbium, pro οὕτως, itidem adverbio, ponitur; non ſolum apud poëtas, quod ſemper accidit, ſed ſæpe etiam in ὣς, adverb. unde formatum. ὣς, pro οὕτως.

oratione ſoluta, ut apud Iſocratem in Paneg. οὐ μὴν οὐδ' εἰ συναγορεύουσι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, οὐδ' ὧς ὀρθῶς περὶ τῆς ἐκείνου δυνάμεως γινώσκουσι. In quo Iſocratis loco τὸ, οὐδ' ὧς, pro οὐδ' οὕτως reſpondet τῷ, οὐδ' εἰ antecedenti. Alibi autem τῷ, εἰ καὶ, vel καί περ. vel alii conditioni, ſive conceſſioni. Sæpe etiam antecedens ſupprimitur ſubintelligendum. Secus ἐν ταῖς ἀποδόσεσι τῶν παραβολῶν, καὶ ὁμοιώσεων, ſemper τὸ, ὡς ὀξύτονον, ad præcedens βαρύτονον ὡς refertur. Verum ſicut ὡς βαρύτονον καὶ τόνου κενὸν, id eſt *accentu carens*, ab

ὡς ab ὅ.

ὁ, articulo protactico, quod itidem βαρυτόνως, id eſt *ſine accentu*, profertur, deduci analogica ratione conjicere licet. Præterea quemadmodum τὸ ὀξύτονον ὧς, naturam ſui originalis videlicet ὅς, relativi retinet, eo quod ἐν ταῖς ἀποδόσεσι τῶν παραβολῶν adhibetur, & ad præcedens aliquod refertur: ſic τὸ βαρύτονον, ὡς, quod ἐν ταῖς προτάσεσι τῶν παραβολῶν, præponitur, indicat ab ὁ protactico, quod nominibus præponitur, originem ducere. His itaque de utriusque adverbii origine poſitis, patet ὡς βαρύτονον, ſemper *præcedere*, *ſubſequi* autem τὸ ὀξυτονούμενον. tametſi τὸ ἀνταποδοτικόν, quandoque ſupprimatur: ut cum in communi ſermone *ducem vel militem aliquem* laudare

ὡς, ἐν ταῖς προτάσεσι, τὸ ὧς verò, ἐν ταῖς ἀποδόσεσι adhibetur.

audare volentes, dicimus *illum ut Cæſarem ſe geſſiſſe*, ὁ δεῖνα ὡς Καῖσαρ ἡμέρον ἠρίστευσε. nempe ſubintelligendo, *quemadmodum Cæſar ſuis temporibus* ἠρίστευσε, *ſic laudandum hunc noſtris vel aliis temporibus.* Contra nunquam τὸ ἀνταποδοτικὸν invenies, niſi τὸ προτακτικὸν, præceſſerit. Præterquam ſi quando comparationum membra *præpoſtere* ponantur. Illud etiam non prætermittendum, adverbio ὡς, ut dicit Ariſtot. τὰς εἰκόνας, à parabolis diſtare, quod hæ absque ſigno ὡς fieri non poſſunt, qualitatique qualitatem conferunt: ut cum dicimus *hic ſicut Cæſar ſe geſſit*, vel *ſicut leo*: illæ perſonam laudandi alicujus in alterius perſonam hominis ſive animalis transferentes, qualitates quoque illius ſubjecto applicant, ut ſi *ducem aliquem laudare volentes, Cæſarem, vel Leonem ipſum eſſe dicamus, Cæſaris etiam, vel leonis qualitates illi tribuimus.* Videtur autem ἐν ταῖς παραβολαῖς, *ſecundum quid* fieri aſſimilatio; ἐν ταῖς εἰκόσι vero, *ſimpliciter.* Porro quia τὸ ὀξύτονον ὡς, non niſi ἐν ταῖς ἀποδόσεσι τῶν παραβολῶν uſui eſt, de ipſo nihil eſt, quod præterea dicendum ſit. Latior uſus eſt, τοῦ βαρυτόνου ὡς, quod quidem *per enallagen*, tum *præpoſitionum* quarundam, tum ſui

ὡς, modò præpoſitionum, modo adverbio-

rum, modò ſui generis *adverbiorum*, tum etiam *conjunctionum* ſignificationem induit. Præpoſitionis itaque εἰς & πρὸς, ſignificationem induit juxta Atticorum idioma, ut apud Ariſtoph. in Pluto: ᾤχόμην ὡς τὸν θεὸν, ἀντὶ τοῦ, πρὸς τὸν θεόν. & apud Aeſchinem pro εἰς, Ἐπειδὴ δ' ἧκομεν ὡς Μακεδονίαν. Ubi patet ὡς, pro εἰς, accipi. vel certe loco ὡς, præpoſitionem εἰς ſcribendum eſſe. Accipitur & pro ἐπεὶ, & ἐπειδὴ χρονικῶς, Demoſth. ὡς τὰ παρ' ἡμῶν ἐπύθοντο, id eſt ἐπειδὴ, poſtquam. Sic apud Latinos accipi particulam *ut*, annotavit Budæus, afferens ex Cicerone: *Eſt enim annus ut repulſam tulit.* Virgilius, *ut vidi, ut perii ut me malus abſtulit error.* Theocritum imitatus, qui item in uno & eodem carmine, ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὥς μοι γλυκὺς ἵμερος εἷλε. ter iteravit ὡς, particulam χρονικῶς ubique. Sed primo quidem loco προτακτικῶς, reliquis duobus ἀνταποδοτικῶς, ac ſi dixiſſet, *ſimul ac vidi, ſtatim furere cæpi.* Sic apud Virgilium, *ſimul ac vidi, ſtatim perii.* Ex Italorum autem vulgari ſermone quo noſtris temporibus utuntur, monemur, ὡς particulam in ſupradictis ἐκ παραβολικοῦ, ſive ὁμοιωματικοῦ in χρονικὸν ſenſum tranſire. Nam apud Italos voces illæ vulgares quæ *ſicut*, &, *ſic*, ἀνταποδοτικὰ ſignificant,

ὡς, pro εἰς & πρὸς.

pro ἐπεὶ & ἐπειδὴ.

cant, χρονικῶς etiam accipiuntur. Puta illud Virgilii, *at vidi ut perii*, dicerent, *Com'io viddi, così mi perſi.* Poteſt etiam, ſecundo & tertio loco poſitum ὡς, apud Theocritum, itemque apud Virgilium θαυμαστικῶς, & σχετλιαστικῶς, accipi: ut indignetur qui loquitur, quod in hujusmodi affectum adeo facile inciderit. In hoc ſenſu, jungitur etiam τῷ τάχιστα, adverbio, & fit, ὡς τάχιστα, pro, ἐπειδὴ τάχιστα, id eſt *ſtatim ut*, *ſimul atque*. Notandum autem *duplicem ſenſum* eſſe vocum ὡς τάχιστα. ſi enim *abſolutè*, nulla reſpondente dicatur, tunc ὡς particula, prout ſuperlativis præponitur, pro ὅτι, vel pro ὅσον nomine, quæ intenſionem ſignificant, uſurpatur: ut apud Latinos *Quam* particula, cum dicunt, *quàm celerrime*: de quibus infra dicetur. Si vero particulis ὡς τάχιστα, *reſpondeat adverbium aliud* ſive expreſſum, ſive ſubintellectum, tunc (ut dictum eſt) ὡς particula, χρονικῶς accipiiur: ut apud Ariſtophanem in Pluto, ὡς γὰρ τάχιστ' ἀφικόμεθα πρὸς τὸν θεὸν, ἄγοντες ἄνδρα τότε μὲν ἀθλιώτατον, νῦν δ' εἴ τιν' ἄλλον μακάριον κ' εὐδαίμονα, πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐπὶ θάλατταν ἤγομεν. Jungitur etiam *infinito* in hoc eodem ſenſu. Demoſth. ὡς δὲ ἀκοῦσαι τοὺς παρόντας ἐν τῷ συμποσίῳ, τοσοῦτον κρότον παρὰ πάντων γενέσθαι,

ὡς τάχιστα, *Statim ut, Simul atq.*

ὡς τάχιστα. *quàm celerrimè.*

ὡς Infinitivo junctum.

ϑαι, ὥστε, & reliqua, ἀντὶ τῦ, ὡς δὲ ἤκουσαν, pro ἐπειδὴ ἤκουσαν. Herodotus, ὡς δὲ ἄρα παρεῖναι τοὺς πορθμέας κληθέντας. ἱστορέεσθαι εἴ τι λέγοιεν περὶ Αρίονος. Plato: εὖ: ἴσως οὖν ὡς ἰδεῖν τὸν Αγάθωνα ὦ, φάναι, Αριστόδημε εἰς καλὸν ἥκεις. ἀντὶ τῦ, ὡς ἴδεν ὁ Αγάθων, pro ἐπειδὴ ἴδεν. Ponitur

ὡς ἀντὶ τῦ ἵνα.

& ἀντὶ τῦ ἵνα τελικοῦ καὶ μετάληψιν; quatenus pro ὅπως, accipitur. Syneſ. ἐγὼ καὶ τοῦ ἥδομαι καὶ τῦδε. τοῦ μὲν, ὡς μὴ ἀδικοίης, τῦ δὲ, ὡς μὴ ἀδικοῖτο. In quo

cum participio.

ſenſu, *participio* etiam jungitur. Iſocr. in Panegyr. ὁ βασιλεὺς ἀπορήσας τοῖς παροῦσι πράγμασι, τοὺς ἄρχοντας τῶν ἑλλήνων συλλαβεῖν ἐτόλμησεν. ὡς εἰ τοῦτο ποιήσειε συνταράξων τὸ στρατόπεδον. Ubi ὡς συνταράξων, pro ἵνα συνταράξῃ, accipitur. ὃς

ὃς, relativum, Cauſalem vim habet.

etiam relativum cauſalem vim habere alibi dictum eſt. ut ſi dicas, πῶς ἂν εἴη οὗτος ἀγαθὸς, ὃς τὸν πατέρα τύπτῃ, id eſt, *quippe qui patrem cædat?* Ponitur

ὡς, pro ἐπεί.

item ἀντὶ τῦ ἐπεὶ, αἰτιολογικοῦ. Ariſtoph. εἰρήνῃ: οὐκοῦν ἀμιλλᾶσθ' ὡς ... Χαίρεις ὑμᾶς ἴδη πρόσεισιν αὐλήσων ἄκλητος, *nam ſi Charis vos viderit &c.* Lucian. ὡς νῦν γε καὶ σὲ ἐλεῶ τελέως ἤδη βεβακχευμένον. *quandoquidem tui quoque nunc miſereor.* In quo etiam ſenſu, per, *ut*, particulam exprimi vocem ὡς, arbitratur Budæus, cum affirmet proxime citato Luciani loco: ὡς νῦν γε καὶ σὲ ἐλεῶ, & reliqua, non diſſimile eſſe illud

illud Ciceronis de Demoſthene: *Ut non jam ſine cauſa Demoſthenes tribuerit primas & ſecundas & tertias actioni.* & illud Plinii: *Ut non ſit mirari ſatis naturæ providentiam.* In quibus Ciceronis & Plinii locutionibus, cum illativum ex præcedentibus doceat eſſe, *ut*, particulam; mirum cur hanc cauſali ὡς, quale eſt in ſuperiori illo Luciani loco, non diſſimilem eſſe tradat. Porro exempla τῶν αἰτιολογικῶν ὡς, ſexcenta ſunt apud auctores. Accipitur etiam *limitative* pro *Dumtaxat*, & *Inquantum*, vel *Quatenus*, & *Secundum*: Ariſtot. in decimo Ethicorum, de commentatione loquens, καὶ τὸ αὔταρκες δὴ καὶ σχολαστικὸν καὶ ἄτρυτον ὡς ἀνθρώπινον, καὶ ὅσα ἄλλα τῷ μακαρίῳ ἀπονέμεται, κατὰ ταύτην τὴν ἐνέργειαν φαίνεται ὄντα ὡς ἀνθρώπινον. id eſt, *dumtaxat pro hominis ingenio, & pro humana conditione, ut ſunt humana;* ſic dicimus, ὡς τὰ πολλὰ, & ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, id eſt, *plerumque* limitative. Nam & apud Latinos in hoc ſenſu accipi, *Ut*, particulam annotavit Budæus. Cicero, *& hi quidem, ut Athenienſium ſæcula numerantur, adoleſcentes debent videri.* id eſt, quod alii minus eleganter dixerint, *prout*, & *inquantum*, vel *ſecundum quod Athenienſium ſæcula numerantur.*

*ὡς Dumtaxat, Inquantum, Quatenus. Secundum.*

ſic

ſic alibi dixit idem Cic. *ut in malis*, & alia hujusmodi. Sic apud Xenophontem in primo, παιδείας ἀλλ' ἡμεῖς ἴσμεν ὅτι τοὺς πολεμίους οὓς ἐγὼ σαφῶς ἐπίσταμαι αὐτὸς ἰδὼν, ἰδιώτας ὄντας ὡς πρὸς ἡμᾶς ἀγωνίζεσθαι. *Si quidem nobiſcum conferantur*, id eſt *ſi certare nobiſcum inſtituerint*. Et apud Lucianum. τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος ὡς πρὸς ἐμὲ, *ſi mecum comparetur*. Jungitur etiam κατὰ

ὡς κατὰ, in ſenſu Limitativo.

præpoſitioni in *limitativo* ſenſu. Ariſtot. de *ſue* loquens: τάχιστα ἐπιδίδωσιν εἰς ταχύτητα ὡς κατὰ λόγον τοῦ μεγέθους, *proportione magnitudinis*, Ubi ſine ὡς, etiam præpoſitio κατὰ, vim coërcendæ

ὡς, pro ἕως,

orationis haberet. Accipitur & pro ἕως *adverbio*. Demoſth. καὶ μετ' αὐτοῦ γύναια ὡς τριάκοντα, *circiter triginta*. Ubi τὸ ὡς, non ſimpliciter adſtringendi eſt, ſed στοχαστικῶς limitati loci vel temporis ſpatium, vel numeri quantitatem, quo ſenſu idem ſignificare vide-

ὡς ſuperlativis præponitur.

tur quod ὡσεὶ, particula. *Superlativis* etiam tam nominibus, quam adverbiis *præponitur*, ut *Quam*, particula apud Latinos: & quemadmodum ὅτι, intenſionem ſignificat, ut ſupra dictum eſt de ὡς τάχιστα. Unde ἐκ παραλλήλου, etiam τῷ, ὅτι præponitur. Dio-

ὡς ὅτι.

ſcorides: ἁλὸς ὡς ὅτι λευκοτάτου. *ſalis quam candidiſſimi*, vel *perquam albi*. ſic Galen. ὡς ὅτι μαλακώτατα. Exempla

ſimpli-

mplicis ὡς, cum *nominibus* innume-
a ſunt. Xenoph. primo, παιδείας:
γὼ δὲ ἐβουλόμην ἔτι ὡς λαμπρότατον φανῆναι.
*Adverbiis* etiam *ſubjungitur* in in-
enſiva ſignificatione, ut nomen ὅσον.
Ariſtoph. in Veſpis: ἀργαλέον ὦ σφὸς. &
n Avibus: ἄφατον ὡς φρόνιμος. Plato:
ὑπερφυῶς μὲν οὖν ἔφη ὡς βούλομαι. Ubi
nterponuntur voces μὲν οὖν ἔφη. con-
inuatè autem ὑπερφυῶς ὡς βούλομαι di-
ceretur, id eſt, *magnopere cupio*. Alibi,
ὡς σφόδρα, dixit ἐκ παραλλήλου, quemad-
modum *Per quam* voces dicuntur
apud Latinos, ut annotavit Budæus.
Alioquin *adverbiis prapoſitum* τὸ, ὡς,
meo quidem judicio, non magis in-
tenſivum eſt quam παρέλκον. ut cum
dicimus, ὡς ἀληθῶς, & ὡς ἑτέρως.

ὡς, ut ὅσον, Adverbiis Subjungitur.

ὡς adverbiis præpoſitum, παρέλκει.

Quemadmodum autem relativa
nomina ſæpe, ἀντὶ τῶν πευστικῶν uſur-
pantur, ut ὅσον, pro πόσον, ſic ὡς, pro
πῶς, vel ὅπως, ſæpe accipitur. Xeno-
phon. καιρὸς δὲ γράψαι ὡς ἂν ὀρθότατα ἑκα-
τέρῳ χρῷτο. id eſt, *quonam modo*. Pro
ὅπως etiam, quod non raro pro ἵνα ac-
cipitur, particula ὡς, invenitur μεταβ-
ληπτικῶς. Nam quia ὡς, pro ὅπως ac-
cipitur, ὅπως autem τὸ ἵνα nonnunquam
ſignificat, idcirco fit, ut ὡς, pro ἵνα
accipiatur. Obſervandum eſt autem
ὅπως, adverbium non ſemper pro ἵνα
uſurpari, ſed plerumque *qualitatem*,

ὡς, pro πῶς vel ὅπως.

ὡς, pro ἵνα

& *modum* ſignificare : & idcirco cum ὡς, pro ὅπως accipiatur, ὅπως autem non ſemper τὸ ἵνα ſignificet, ſequitur neque ὡς quidem pro ἵνα ſemper uſurpari; ſed etiam *modum* ſignificare. Unde fit, ut ὅπως, vocis æquivocatio, dubium ſenſum tribuat particulæ ὡς. quæ tamen dubitatio, per ea, quæ præcedunt particulam ὡς, plerumque tollitur. Notandum etiam in ſuperiori Xenophontis loco, Budæum pro una voce accepiſſe voces ὡς ἄν. In quibus tamen ἄν δυνητικῶς, in conſtructionis diſtributione, verbo χρῷτο adjungitur. Ut autem pro antecedente πῶς, & ὅπως, accipitur ὡς particula in qualitatis & modi ſignificatione, ut modo dictum eſt: ſic etiam pro οὕτως, conſequenti accipitur, quando verbis ὤφελον, ὤφελες, ὤφελε præponitur, facitque ſenſum εὐκτικὸν, ſi tantum ſupradictis apponitur. ut apud Homerum: ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἁδεῖν κακὸς ὁππότε δεῦρο νέει σῷ ἑπόμην. Ἀπευκτικῶς, vero dicitur, ſi verba cum negativa jungantur. ut apud Homer. ὡς μὴ ὤφελε γενέσθαι. & apud Syneſium: καὶ νῦν ἐὰν οὐχ ὑπαίτιος ὢν ἀκούεις κακῶς, ἀτυχεῖς μὲν, ἀλλ' οὐκ ἀδικεῖς, ὡς ὤφελες μηδὲ ἀτυχεῖν. In quibus exemplis illud Syneſii, ὡς ὤφελες μηδὲ ἀτυχεῖν, pro, οὕτως ὤφελες uſurpatur; & itidem apud Home-

ὡς, pro οὕτως. in ὡς ὤφελεν & ὤφελες.

Homerum, οὕτως ὤφελε θάνατός μοι ἁδεῖν. Cum autem conſequentia ſupponant antecedentia, in his quoque ipſum ὡς, prout antecedit ἐν ταῖς ὁμοιώσεσι καὶ παραβολαῖς, ſubintelligitur. ut in exemplo Syneſii, οὕτως ὤφελες μὴ ἀτυχεῖν, ὡς οὐκ ἀδικεῖς. Interdum etiam ipſum ὡς, in ſignificatione antecedentis accipi poteſt in ejuſmodi locutionibus. Qualiter poteſt accipi in illa locutione, ὡς μὴ ὤφελε γενέσθαι. Hoc tamen intereſt; quod cum pro οὕτως accipitur, καταστατικὴν ſententiam efficit, cum autem in propria ſignificatione accipitur, *modum* ſimpliciter ſignificat. ut in ὡς μὴ ὤφελε γενέσθαι. Animadvertendum autem eſt, in fragmentis quibusdam, quæ Tryphoni Grammatico tribuuntur, τὸ ὡς, ἀντὶ τοῦ εἴθε εὐκτικοῦ, accipi doceri nos, in illo carmine Homeri: ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἁδεῖν κακὸς ὁππότε δεῦρο ἤει σὸς ἑταῖρος ἑκὼν. In quem errorem incidit Grammaticus quisquis ille fuerit, quod non animadvertit voces, ὤφελον, ὤφελες, ὤφελε, etiam per ſe ſine adjunctione aliqua, εὐκτικὸν, vel ἀπευκτικὸν, ſi negationi junguntur, ſenſum habere: ut ſi dicamus, ὤφελον ἰδεῖν, id eſt, *utinam vidiſſem*, quod eſt, niſi fallor, apud Herodotum. Quam vocem ὤφελον, tametſi adverbialiter quis accipiat,

tamen idoneum argumentum hujuſmodi ſignificationem habere prædictas voces, quod ὤφελον à verbali in adverbialem translatum, hanc eamdem habeat ſignificationem. Frequentior & evidentior uſus earum vocum eſt, ἐν ἀπευκτικῇ σημασίᾳ, quando negationi junguntur. ut apud Homer. μὴ ὤφελες λίσσεσθαι ἀμύμονα πηλείωνα. id eſt. *utinam nunquam deprecatus eſſes* Achillem. & alibi, μὴ ὄφελον νικᾶν. Cum itaque ὡς particulæ ſupradicta ſignificatio ſubobſcura ſit, ſenſus autem εἴθε, adverbium commode hoc in loco recipiat; factum eſt, ut pro εἴθε, dicatur accipi ὡς particula. Quæ cauſa fuit cur multis aliis in locis auctorum nonnulli explanatores erraverint, qui ubi vocem aliquam obſcuram offenderunt, facile aliam claræ ſignificationis, quæ comprehenſionis ſenſui quadrare poſſit, pro obſcura illa ſubſtituunt, cujus etiam ſignificationem obſcuræ illi tribuunt. Simile quiddam accidit indoctis alioqui ſciolis librariis, qui in tranſcribendis libris, ſi vocem ſubobſcuram offenderint, pro ea ſibi notiorem loco obſcuræ illius ſubſtituunt. ut ſiquis in illo Ovidii carmine: *Ipſe quidem per me ſoſpes tutusque fuiſſes*, pro voce *ſoſpes*, *hoſpes* ſcriberet. Reſtat nunc conſiderandum

ſtandum quo modo intelligatur ὡς particula apud Ariſtophanem: ἐν εἰρήνῃ, in illis verbis, ὡς κυκάτω καὶ πατείτω πάντα καὶ ταραττέτω· οὐ γὰρ ἂν χαίροντες ἡμεῖς σήμερον παυσαίμεθ' ἄν. Videtur enim concedentis eſſe cum indignationis vel etiam deſperationis & contemptionis affectu, quaſi diceret: *Quantumvis turbet, & conculcet omnia, nos tamen exultatione & lætitia non abſtinebimus.* Continetque hujusmodi locutio conſequentiam, in qua antecedens concedentis eſt, conſequens vero adverſativum. Porro particulis etiam quibusdam particula, ὡς, præponitur; ut γε, & περ, in ea ſignificatione qua comparationibus & ſimilitudinibus ſervit, quæ tamen ipſius ὡς ſignificationem non immutant, ſed efficacitatem quandam dumtaxat nonnullæ ipſi tribuunt. Puta τό, γε, *limitativum*, ut in, ὥς γε μοι δοκεῖ. & aliæ aliam.

ὡς γε, ὡς περ.

Ὡς etiam ἀντὶ τοῦ ὅτι, ἀφηγηματικοῦ, accipitur: & ipſum etiam ſæpe παρέλκει, cum obliquam orationem in rectam commutamus, Demoſth. ὅθ' οὗτος ὡς ἀπήλλαγμαι πραγμάτων ἐλογοποίει, ἔνδηλοί τινες ἦσαν ἀχθόμενοι. Illud enim ἀπήλλαγμαι, ſi ex tertia perſona loquentis obliquè diceretur, ὡς ἀπηλλάγη, dicendum fuit: ſed per ἠθοποιΐαν, ex perſona

ὡς pro ὅτι.

ſona Μηδὲν, in prima perſona verbali dicitur: & ſic perſona locutionis perſonæ rei accommodatur. Apponitur etiam τῷ, ὅτι ἐκ παραλλήλου, & fit ὡς ὅτι, cui modo immediate præponitur, modo quibusdam interpoſitis. ut apud Xenophontem. ἐνταῦθα γνόντες οἱ Μαντινεῖς ὡς εἰ μὴ ἀποκρούσονται αὐτοὺς, ὅτι &c. Quæ repetitio τοῦ ὅτι, propter multorum interpoſitionem poſt ὡς particulam neceſſario fieri videtur. Secus quando immediate ſubjicitur τὸ ὅτι, ut ſæpe fit. Cæterum ὡς, *infinitivo* junctum, pro ὥστε, accipitur. Aeſchines: κατεπαγγέλλεται γὰρ τοσούτους ἐκκαλέσασθαι περὶ τὴν δικαστῶν θορύβους, ὡς οὐδὲ ἀπαντήσεσθαί με ἐπὶ τὸ δικαστήριον. Quod factum eſſe dicit Budæus ex vi verbi ἐπαγγέλλομαι, quod *futurum* poſcit, cum tamen ſub aliorum etiam verborum ductu *futuro* jungantur ὡς & ὥστε adverbia, *ſi de futuro loqui oporteat*. Hoc autem aptius dici potuit de infinito, ἐκκαλέσασθαι, quod in *futuro* potius dicendum fuit: quippe cum de re non facta, ſed quæ futura erat, agatur. *jactari enim Demoſthenem* dicit Aeſchines, *ſe tot & tantos rumores excitaturum, quibus ego deſerta cauſa fugam arriperem.* Obſervandum autem eſt, multum intereſſe, utrum in conſequenti parte ambitus, ut

ὡς ὅτι.

ὡς, infinitivo junctum, pro ὥστε.

ut in proxime dicto Aeſchinis loco, an in antecedenti ponatur ὡς particula, & infinito jungatur. ut apud Demoſthenem, ὡς δὲ ἀκοῦσαι, & apud Herodotum, ὡς δὲ παρεῖναι. nam in conſequenti pro ὥςε, ἀποτελεστικῶς, in antecedenti autem, pro ἐπειδὴ, χρονικῶς, accipitur.

## CAPUT XXXVI.

## De Ὥςε particula.

NUnc de voce, ὥςε, dicendum eſt: in qua ὡς particula principem locum habet, & non ſolum ſuo accentu ſubſequentem, τε, regit, ſed etiam ſuam ipſi ſignificationem impertit, prorſusque illius ſignificationem abolet. Ex vocis autem ὥςε accentu monemur, non ex duabus ipſam compoſitam eſſe, ſed ex conſtituentium appoſitione aggregatam, quales multæ aliæ apud Græcos inveniuntur, ut οἴμοι, εἴθε, &c. Porro, quemadmodum ὡς, ſola pro ὥςε interdum uſurpatur, ut ſupradictum eſt, ſic ὥςε viciſſim ἀντὶ τοῦ ὡς ὁμοιωματικοῦ, nonnunquam invenitur apud Poëtas. Homer. Iliad. γ'. τὸν δ' ἐξήρπαξ' Ἀφροδίτη ῥεῖα μάλ' ὥςε θεός. *quippe Dea.* In propria vero ſigniſi- ὥςε, pro ὡς

gnificatione acceptum, duplicem habet uſum: & uno quidem modo *abſolute* accipitur, nullique particulæ præcedenti reſpondet; licet ex præcedentium poſitione aliquid per ipſam colligatur & inferatur. tunc vero non ſolum *indicativo* & *infinitivo*, ſed etiam *optativo* junctum invenitur. ὥστε δύναμαι ἀπὸ ἠνάγκ. ὥστε δύνασθαί με. ὥστε δυναίμην. Cum vero non abſolute nec ſolum ſenſui, ſed etiam ſtructuræ & ſermonis ordini ſervit; tunc ἀποτελεστικὸν, à Grammaticis dicitur: & tam *adverbiis*, quàm *nominibus qualitatis & quantitatis* ἀνταποδοτικῶς reſpondet: τόσος, vel τοιοῦτος ὥστε. τοιοῦτος, & τηλικοῦτος ὥστε, οὕτως ὥστε. Et non ſolum *infinitivis* verbis, ſed etiam *indicativis* adhæret. Aeſchin. τοιαῦτα ἐρεῖν ἔφη ὥστε ἀπορράψειν τὸ στόμα τοῦ Φιλίππου. Thucyd. ἀπέχει δὲ ἡ Ῥήνεια οὕτως ὀλίγον ὥστε Πολυκράτης ὁ τύραννος ἑλὼν ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι. Syneſ. τοιοῦτός ἐστιν ὥστε εἰ καὶ μὴ πεποίηκεν, ἀλλ' ἐποίησεν ἄν. Notandum autem interdum *non exprimi* ſed *ſubintelligi* præcedens nomen, vel adverbium. ut apud Xenophontem, libro primo ἀπομν. ἐμίσει τὸν Σωκράτην ὥστε καὶ ἀπεμνημόνευσεν αὐτῷ. Ubi plena locutio eſſet, οὕτως ἐμίσει ὥστε, & cætera: ut idem auctor in eodem libro locutus eſt; οὕτω γὰρ ἐντελὴς ἦν, ὥστε οὐκ οἶδα

ὅτις

ὥστε, abſolutè poſitum, cum indicativo, Optativo & Infinitivo conſtruitur.

ἀποτελεστικὸν, adverbiis & nominibus quantitatis & qualitatis reſpondet &c.

εἴτις οὕτως ὀλίγα ἐργάζοιτο, ὥστε μὴ λαμβάνειν τὰ Σωκράτει ἀρκοῦντα. Eſt autem vis hujusmodi locutionum, ut exprimant gradum, vel modum qualitatis, & menſuram propoſitæ quantitatis ſecundum magis & minus rebus accidentem. Cum autem hujusmodi accidentia non poſſint ſemper exprimi, ſed ſenſu vel intellectu percipienda ſint, neceſſe eſt per effectus alicujus expoſitionem ipſorum intenſionem vel remiſſionem exprimere. Puta ſi dicamus, *adeo iratus eſt, ut librum, quem tenebat, abjecerit*. Per effectum hunc oſtendimus *magnopere* aliquem iratum fuiſſe. Et hac ratione ἀποτελεστικὸν, vocatur adverbium ὥστε. Quemadmodum ἀποστατικὸν, quando poſitis quibusdam, veluti ab alio principio, colligimus & inferimus aliquid; quod tunc ἀφίστασθαι, id eſt *recedere* à præcedentibus, videmur. Advertendum autem hoc nomen ἀποστατικὸν, non ſemper convenire ὥστε particulæ, quoties colligimus & inferimus aliquid; ſed ſolum cum ἐπιλογικῶς reaſſumimus, & in arctum redigimus ea, quæ fuſius expoſuimus. Alioqui quando illationibus argumentorum ſervit, non dicitur ἀποστατικὸν, ſed ἐπιφορικόν. Ut in Epigrammate.

Χοιρίδιον καὶ βοῦν ἀπολώλεκα καὶ μίαν αἶγα,
Ὧν χάριν εἴληφας μισθάριον Μενέκλεις.
Οὔτε δέ μοι κοινόντι πρὸς ὀθρυάδαν γεγένηται,
Οὔτ' ἀπάγω κλέπτας τοὺς ἀπὸ Θερμοπυλῶν.
Αλλὰ πρὸς Ευτυχίδην ἔχομεν κρίσιν. ὥστε τί ποιεῖ
Ενθάδε μοι Ξέρσης καὶ Λακεδαιμόνιοι;

Infertur enim *nihil ad rem eſſe loqui de bello Perſico & Laconico, cum de furto propoſitum ſit dicere.* Sic in alio Epigrammate.

Η πολιὴ κροτάφοισι Κοτυτταείς, ἡ πολύμυθος,
Γραῖα δι' ἣν Νέστωρ οὐκ ἔτι πρεσβύτατος,
Ζώει καὶ λεύσσουσα καὶ ἄρτιπος οἷά τε νύμφη.
Ὥστε με διστάζειν μή τι πέπονθ' Αἴδης.

Ubi infertur *mali aliquid fortaſſe accidiſſe Plutoni, cum vetulam decrepitam tamdiu vivere patiatur.*

CAPUT

# CAPUT XXXVII.

## De Ἄγε, φέρε, ἴθι, hortandi ſeu excitandi notis.

Ἄγε, φέρε, ἴθι, *hortandi adverbia*, cum hortationis ſignificatione etiam *perſonæ & numeri indicationem* habent: quippe quæ ab Imperativi modi verbis in adverbia tranſierunt. Nam cum hortationes per Imperativi modi voces fieri natura ſoleant; fit ut illæ, quæ per ſe conſtructionem non regunt, ſed aliis verbis adjacent, ipſæ adverbiorum loco in conſtructionem veniant, & ſermoni vim & efficacitatem tribuant. Neque tamen cujusque verbi imperativæ voces in adverbia tranſeunt: ſed propoſitis dumtaxat vocibus datum eſt, ut aliis verbis adhæreant, & per ſe conſtructionem non regant. Nam hæ quoque cum verba ſunt, conſtructionem regunt, & verbum aliud non admittunt. Ut ſi dicamus, ἄγε τὸν ἵππον οἴκαδε. φέρε τὸ γραμματεῖον. ἴθι ταχέως δραμών. tunc enim ipſa principalia ſunt in conſtructione, nec aliud verbum admittunt. Quippe cum una oratio à duobus vel pluribus verbis, quatenus

ἄγε, φέρε, ἴθι. Hortandi adverbia.

nus verba ſunt, non regatur; niſi plura illa verba aut per copulam, aut κατὰ τὸ ἀσύνδετον, in unum redigantur. Cum itaque aliorum verborum quodlibet in ſui Imperativi modi vocibus per ſe ipſum conſtructionem regat; non poteſt aliud verbum in conſtructionis ſocietatem admittere. Propoſitis vero accidit, ut verbali ſignificatione depoſita, aliorum verborum vim adjuvent. Nam ſi in illo Homeri: ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ, vocem ἄγε, ſubtrahas; puram imperandi formam, non item hortandi habebit oratio, hortandi qualitate detracta. Quam quidem qualitatem hortandi adverbia imperandi vocibus tribuunt. Quare non otioſæ ſunt in conſtructione hujusmodi hortandi ſeu excitandi notæ. Quæ ex eo etiam verbalem originem demonſtrant, quod numerorum indicationem habent. Nam tametſi ἄγε, in ſua ſingularitate non ſolum ad ſingularia, verum etiam ad pluralia verba refertur, ut ἄγε δὴ σὺ πρῶτον αὐτὸν ὅς τις εἶ φράσον, apud Ariſtoph. in Pluto: & ἄγε μίμνετε πάντες, Iliad. β'. & ἄγε ἀκούσατε, apud Xenoph. in Apolog. tamen in plurali etiam numero pluralibus verbis adjungitur: quod ſæpius accidit, ἐν τοῖς ἀνθυποτάκτως, Ut ἄγετε πειθώμεθα, apud Homerum. &

*ἄγε & ad ſingularia & ad pluralia verba refertur.*

ἄγετε

ἄγετε ἐπὶ μὲν τοῖς ὑποζυγίοις τοὺς ἐπιτηδειοτάτους καταλείπωμεν. Mutata etiam *imperandi* in *interrogandi* formam ἄγε vox, ad pluralia verba refertur, ut apud Plutarchum, ἄγε τί οὐκ ἀπολογεῖσθε πρὸς τὴν κατηγορίαν; Et in *præcipiendi* forma, ἄγε ὅπως εἰς καλόν τι καταθήσεσθε τὴν σχολήν: id eſt, *videte ut otium in re quapiam honeſta collocetis.* Ex perſonarum etiam indicatione verbalem ſignificationem hujusmodi voces præ ſe ferunt; cum non ſolum ad ſecundæ, verum etiam ad primæ perſonæ verba dirigantur. Unde fit, ut *per ſubjunctivi voces cohortatio fiat*, ſi ad primam perſonam dirigatur. Nam quando vel ſeorſum ſe ipſe quiſpiam hortatur, ut φέρε ἴδω, φέρε εἴπω, vel ſimul cum aliis ſeipſum immiſcendo, ut φέρε ἐκεῖνο πρῶτον λάβωμεν, & φέρε τοῦτον ἑλόμενοι δείξωμεν, propter imperativi defectum; ſubjunctivi ſeu conjunctivi primis perſonis utatur, neceſſe eſt.

ἄγετε, in plurali.

CAPUT

# CAPUT XXXVIII.

## De Δεῦρο loci adverbio παρακελευστικῶς accepto.

Δεῦρο. loci adverbium παρακελευστικῶς acceptum.

Δεῦρο, etiam *loci adverbium* παρακελευστικῶς accipitur, quando imperandi verba ſupprimuntur: ut apud Ariſtoph. in Pace: δεῦρο σύ. & in Neb. δεῦρο δεῦρ' Ἀμυνία. & millies alibi apud alios auctores. Ubi cum κατ' ἔλλειψιν verbum ſubticeatur, τὸ δεῦρο τοπικὸν, παρακελεύσεως emphaſim habet. Quod ſtatim oſtenditur, ſi verbum exprimatur. Ut in δεῦρ' ἴθι νύμφη φίλη. & δεῦρο μοῦσ' ἐλθὲ: apud Homerum quoque, δεῦρ' ἴθι, ὦ Ὀδυσεῦ. Jungitur etiam τῷ ἄγε, παρακελευστικῷ, in illo Homeri: δεῦρ' ἄγ' ἰὼν πολύαιν' Ὀδυσεῦ, νῆα κατάστησον ἵνα νωϊτέραν ὄπ' ἀκούσῃς. Ubi τὸ δεῦρο, τοπικὸν apparebit, ſi verba ſic ordinaverimus, ὦ πολύαιν' Ὀδυσσεῦ, ἄγε κατάστησον τὴν ναῦν δεῦρο, ἵνα ἀκούσῃς τὴν ἡμετέραν φωνήν. Id eſt, *age navim huc appelle, ut noſtram vocem audias.*

CAPUT

## CAPUT XXXIX.

## De ἴτε, voce pluraliter formata hortative pro adverbio accipienda.

SEd & ἴτε, *pluraliter* formata invenitur *hortative* apud Ariſtoph. in Pluto: Ubi *ſervus heri ſui populares accerſens, & ut ſecum eant excitans*, ait, ἴτ' ἐγκονεῖτε, σπεύδετε. Cumque, ἴτε, non *venite*, ſed *abite* ſignificet, ſervus autem non *ut alio abeant*, ſed ut *ſecum herum ejus conveniant*, hortatur, ſequitur, ut ἴτε, in quantum *verbum*, non habeat propriam ſignificationem. Quare pro *adverbio* accipiendum videtur: niſi quis vocem, ἴτε, non minus *abite*, quam *venite* ſignificare contendat.

*Ἴτε, venite & abite* adverbialiter.

## CAPUT XL.

## De ἔστιν ὅτε, & ἔστιν οὗ, & ἔστιν ὡς, vocibus.

E'στιν, *tertia perſona* εἰμὶ, *verbi ſubſtantivi* adverbiis, ὅτε, *temporis*, &, οὗ, *loci*, &, ὡς, *modi* præpoſita, efficit voces ἔστιν ὅτε, & ἔστιν, & ἔστιν οὗ, & ἔστιν ὡς. Quarum

*Ἔστιν ὅτε, Interdum, Nonnunquam*, ἔστιν οὗ, *Alicubi*, ἔστιν ὡς,

*Quodammodo, Quadantenus.*

Quarum ἔστιν ὅτε, pro *Interdum*, & *Nonnunquam* accipitur. ἔστιν οὗ, pro *Alicubi*, ἔστιν ὡς, pro *Quodammodo*, & *Quadantenus*. Diciturque eorum unumquodque ἀορισολογικῶς. Unde fit, ut verbum ἐστὶν, adeo unicuique prædictorum adverbiorum commiſceri videatur, ut ſuam pene ſignificationem deponat. Attamen ſi negatio verbum ἐστὶ præceſſerit, perſpicuum erit ipſum in ejusmodi appoſitione ſuam ſignificationem retinere. Si enim οὐκ ἔστιν ὅτε, & οὐκ ἔστιν οὗ, & οὐκ ἔστιν ὡς. dicamus, *nullum tempus*, *nullumque locum*, *nec ullum modum eſſe*, *quando. vel*, *ubi*, *vel qualiter*, *aliquid fuerit vel ſit*, *vel eſſe poſſit*, *vel potuerit* ſignificabimus. Porro ἔστιν ὡς, ἔστιν ὅπως, etiam dicitur in locutione negativa: Ariſt. οὐκ ἔσθ' ὅπως, multis in locis, pro *fieri non poteſt*; Accidit autem prædictis vocibus, quod paucis admodum earum, quas formales appellamus. Nam ſi quis ipſas recenſeat, paucas alterius vocis interpoſitione interrumpi comperiet. Exemplum ſejunctionis vocis ἔστιν ὡς, eſt apud Ariſtotelem: εἰ οὖν ἔστιν οὐσία ἥτε ὕλη, καὶ τὸ εἶδος καὶ τὸ ἐκ τούτων, ἔστι μὲν ὡς καὶ ἡ ὕλη μέρος τινὸς εἶναι λέγεται, ἔστι δ' ὡς οὔ. Nec tamen idcirco diſſolvi ἔστιν ὡς, aggregatas voces dicendum eſt, cum καθ' ὑπερ-

*οὐκ ἔσθ' ὅπως. fieri non poteſt.*

ὑπερβατὸν coëant. Nam ſi ſeorſum conſideres ambas partes, non amplius ſenſus idem remanebit. Dictum eſt autem ex hoc formales notas dignoſci, quod ſejunctis vocibus conſtituentibus, neutra ipſarum per ſe idem præſtabit quod ambæ ſimul: præterquam quod in ſupradicto Ariſtotelis exemplo duo verba, ἐστὶ, videlicet, & λέγεται, de uno ſubjecto ὕλη ſine copula dicentur. Quæ tametſi κατὰ τὸ ἀσύνδετον dicta eſſe quis contendat, certe auctoris ſenſum neutiquam ſervare poterit, ſi vocem, ἐστὶν, à voce, ὡς, ſejungat. Porro accentus ſuper prima ſyllaba verbi, ἐστὶ, denotat vocem ἔστιν ὡς, ἀποστατικῶς à præcedentibus ipſam dici; intervallumque ſeu pauſam præcedere. Nam (ut Herodianus docet) τὸ ἔστιν, in principio orationis penacuitur. Quod autem pauſam ſequitur, principium ſubſequentium verborum dici poteſt; quamvis non ſit ambitus totius initium.

## CAPUT XLI.

### De Ἐστὶ voce articulis relativis præpoſita.

CAeterum verbum, ἐστὶ, in numero *multitudinis* articulo etiam

relativo plurali præponitur: & ἀοριστολογικὸν itidem nomen efficit: Nam εἰσὶν οἳ, pro τινὲς, *nonnulli* accipitur. In *ſingulari* vero numero, non niſi negativa præcedente invenitur οὐκ ἔστιν ὃς, id eſt, *non eſt qui*, pro οὐδεὶς, id eſt *nullus*. ſic οὐκ ἔστιν ὅς τις, apud Euripidem, οὐκ ἔστιν ὅς τις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. Præcipuè autem quodam jure (ut cætera verba) ſic etiam verbum ἐστὶ, in ſingulari numero, pluraliter formato articulo neutro, jungitur. Dicimus enim, ἔστιν ἃ, etiam in affirmata locutione, pro τινὰ, vel ἔνια. id eſt *quadam*, & *nonnulla*. ut apud Ariſtoph. in Acharnenſibus. εἶδ' ἐγὼ καὶ τοὺς λάκωνας οἷς ἄγαν ἐγκείμεθα, οὐχ ἁπάντων ὄντας ἡμῖν αἰτίους τῶν πραγμάτων. ἀλλ' ἐγὼ λέγων ὅδὶ πόλλ' ἀποφήναιμ' ἐκείνους ἔσθ' ἃ κᾳδικουμένους. Ubi ἔσθ' ἃ, neceſſario pro τινὰ accipiendum videtur: ut ſit, πολλὰ ἔσθ' ἃ, pro, πολλά τινα.

*εἰσὶν οἳ, Nonnulli.*

*οὐκ ἔστιν ὃς, pro οὐδεὶς, Nullus, non eſt, qui.*

*ἔστιν ἃ, pro τινὰ, vel, ἔνια. Quædam, Nonnulla.*

## CAPUT XLII.

## De τί δὲ, & τί οὖν, interrogativis ſignis.

*τί δὲ, & τί οὖν, pro πότερον, & ἆρα.*

Tί δὲ, & τί οὖν, non ſolutas voces, ſed formalia ſigna eſſe ex eo intelligitur, quod ſi ſeorſum utraslibet voces

voces ponas, non amplius idem ſignificabit ipſarum una quæque quod ambæ ſimul. Præterea in conſtructionis diſtributione vox, τί, ad nullum nomen refertur: & ſic pro πότερον, & ἆρα, ſimul junctæ, ut unica dictio accipiuntur: Gregor. τί οὖν, θεὸς τὸ πνεῦμα; id eſt, ἆρ' οὖν; ſecus ſi nomen, τί, ad ſubſtantivum aliquod referatur: tunc enim diſſolvitur aggregatum, nec amplius ut unum quoddam ſubſiſtit, ſed ſingulæ partes ut membra conſtructioni adhibentur: ut ſi dicas, τί οὖν ζητεῖς; tunc vox τί, erit accuſativi caſus verbi, ζητεῖς, pendentis. Sic ſi dicas, τί οὖν κλαίεις; vel aliud verbum abſolutum, τί, voci apponas, διατί, ſignificabit. Obſervandum autem interdum propter nominis ſubſequutionem diſſolvi aggregatum videri: τί οὖν. Ut in illa quæſtione Cæſarii, τί οὖν ἄλλο νομίζεις τῇ φύσει τὸν ὑπερκείμενον οὐρανὸν, παρὰ τὸν ὁρώμενον τοῦτον καὶ στερέωμα λεγόμενον, Ubi nomen τί, ad nomen ἄλλο, ferri videtur, ut ſi diceret, τί ἄλλο νομίζεις. Cum tamen (meo judicio) hoc etiam in loco formale ſignum ſit τὸ, τί, οὖν, & διεσταλμένως legi debeat. non enim *quod aliud ſuperius cœlum putet, quàm viſibile hoc interrogat*, ſed *nunquid ſuperius cœlum diverſum natura à viſibili hoc exiſtimet.* Nam

prior illa interrogatio in enuntiationem convertitur: poſterior hæc dubitationem retinet. Quod autem de, τί οὖν, dicimus, idem etiam de, τί δὲ, dicendum eſt: Utraque enim ἀποςατικῶς, καὶ διεςαλμένως, id eſt ſejunctim à ſubſequentibus proferenda ſunt, cum ſigno etiam τῆς διαςολῆς.

# CAPUT XLIII.

## De voce Ἄπαγε.

ἄπαγε. Adverbium.

Ἄπαγε, *adverbium*, ex imperativi modi verbo in adverbialem ſignificationem translatum. Quod & juxta ſui originem verbaliter quandoque conſtruitur: ut ἄπαγε σαυτὸν τῆς ἀνοίας ἄνθρωπε, apud auctorem quemdam eccleſiaſticum, in libro, cui Titulus, πεύσεις προσαχθεῖσαι Καισαρίῳ &c. Adverbialiter vero acceptum, opponitur τῷ εὖγε: & eamdem conſtructionem recipit: ut enim dicimus εὖγε τῆς εὐνοίας, vel φιλανθρωπίας, ἐλλειπτικῶς τοῦ ἕνεκα, ſic ἄπαγε τῆς ἀνοίας, vel ἀφροσύνης: ſubintelligendo τὸ ἕνεκα. apud Chryſoſt. περὶ τῆς ἱερωσ. ſic Ariſtoph. εἰς μακαρίαν, id eſt, εἰς ὄλεθρον. nam mortui μακαρῖται dicuntur.

opponitur τῷ εὖγε.

# CAPUT XLIV.

## De οὐαί, comminantis, & condolentis.

Οὐαὶ, vox in ſacris litteris crebro uſurpata, plerumque *comminantis* eſt, nonnunquam etiam *condolentis*, ut, *væ*, interjectio apud Latinos: Vergilius, *Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.* Jungitur autem plerumque *dativo*, Ut ὀυαὶ ὑμῖν, ſæpe in Evangeliis. & ὀυαὶ τῷ ςεφάνῳ τῆς ὕβρεως, Eſaiæ capite 28. Nonnunquam etiam *abſolute*, *&* *intranſitive præponitur recto caſui*: ut de ὦ, etiam mox infra diceretur. Ut ὀυαὶ πόλις ἀριὴλ, Eſaiæ cap. 29. & 31. ὀυαὶ οἱ καταβαίνοντες εἰς αἴγυπτον. & ὀυαὶ τέκνα ἀποςάται, ejusdem cap. 30. & Abbacuc 2. οὐαὶ ὁ οἰκοδομῶν πόλιν ἐν αἵματι. & paulo infra, οὐαὶ ὁ λέγων τῷ ξύλῳ ἔκνηψον ἐγέρθητι.

Οὐαὶ, vox Comminantis, & condolentis, cum Dativo.

nonnunquam abſolutè, præponitur Nominativo.

# CAPUT XLV.

## De ὦ, cum nominativo σχετλιαστικῶς, latine, væ, verſo.

ὦ, cum Nominativo Væ.

Ω̃ cum nominativo, σχετλιαστικῶς: Abbacuc 2. ὢ ὁ πλεονεκτῶν πλεονεξίαν κακὴν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. & paulo infra: ὢ ὁ ποτίζων τὸν πλησίον αὐτοῦ ἀνατροπὴν θολερὰν: Latinus interpres, *Væ qui congregat. & Væ, qui potum dat amico ſuo.*

Atque hæc de linguæ Græcæ particulis hactenus dicta ſint, quatenus ad inſtitutam diſputationem pertinebant.

INDEX

# INDEX AUCTORUM

## Qui in hoc libro vel notantur, vel emendantur, vel inſigniter illuſtrantur.

*Ariſtophanes, explic.* 17. 18. 42. ſeq. 69. 70. 73. 74. 115. 127. 135. 136. 152. 259. 276. 285. 325. 328. *tentatus.* 107. 250.
*Ariſtophanis Interpres, notatus.* 282.
*Ariſtotoles, tent.* 22. 25. 26. *explic.* 117. 118.
*Budæus, notatus.* 12, 13. 28. 31. 52. 62. 67. 75. 105. 108. 114. 117. 138. 144. 154. 173. 174. 195. ſeqq. 205. 209. 210. 218. 226. 229. 235. 240. 243. 244. 252. 253. 254. 260. 274. 280. 281. 283. 286. 287. 288. 291. 296. 300. 301. 304. 309. 310. 311. 312. 328. 331. 334. 337. 339. 342. 343. 344. 345. 350. 355. 359. 370. 374.
*Demoſthenees, tent.* 57. 113. *explic.* 109. 225.
*Dionyſius Halicarn. expl.* 275.
*Euſtathii in Homerum Romana editio, notata.* 269.
*Galenus, tent,* 26. 113. 114. *explic.* 151.
*Homerus, tent.* 322. *expl.* 100. 136. 157.
*Iſocrates, tent.* 58. 60. 139. *explic.* 18. 19.
*Julianus, explic.* 161
*Lexicographus. petat quem (divinare non potui) notat.* 5. 6. 7. ſeqq. 12. 13. 102. 210. 257. 333.

*Lucianus*, *explic.* 29
*Lyſias*, *explic.* 347
*Pauſanias*, *tent.* 143. bis.
*Plato explic.* 32. ſeqq. 74. 227.
*Sextus Empiricus*, *explic.* & *tent.* 23
*Syneſius*, *emendat* 145. *explic.* 109.
*Tryphon Grammaticus notat.* 371.
*Xenophon*, *tent.* 114. 115. *expl.* 109.

# INDEX PARTICULARUM GRAECARUM.

## pro vario ſingularum uſu.

### A.

Ἄγε, Hortandi Adverb. 379
ἄγετε, & ad ſingularia & ad pluralia verba refertur. 380
ἄγετε, in plurali. 381
Ἀθήναζε. 101
Ἀλλά. Conjunctio, vi quidem adverſativa; mu-
ere verò copulativa. 1
ἀλλά, pro καὶ vel δὲ. 1
ἀλλὰ, partic. Adverſativa & Differentiæ nota. 1
ἀλλά, particula, quando ab ἄλλο deducatur? 2. 3. 24
ἀλλὰ, reſpondet particulæ μὲν, & pro δὲ accipitur. 2
ἀλλὰ, præcedit ſermones Hortatorios & Svaſorios. 3
ἀλλὰ, vim habet Diſtinguendi & Definiendi. 3
ἀλλὰ, pro *Quare* & *Quapropter*. 3
ἀλλὰ, in Approbationibus & Aſſenſibus. 3
ἀλλά, Epilogis convenit. 3
ἀλλά, in Conſequentia Sermonis. 4
ἀλλὰ, ut ἀλλὰ καὶ, i. e. *ſed etiam*. 4. 5
ἀλλά, pro *imò verò*, & *quin etiam*. 4
ἀλλὰ tam ſola per ſe, quàm νὴ δία vocibus ſubjecta, Objectionibus convenit, ut apud Latinos particula *At*. 8

ἀλλὰ, ſervit Percontationibus & Reſponſionibus. 9
ἀλλὰ, idem quod πότερον aut ἆρα. 9
ἀλλὰ, *At*, *Atqui*. 9
ἀλλὰ, ut apud Latinos, *Saltem*, *Certe*, *At certè*. 10
ἀλλὰ, ſola, Exceptivè uſurpatur, ut ἀλλ' ἤ. 11
ἀλλὰ, ἐλλειπτικῶς. 11. licet non abundare videatur. 12
ἀλλά γε. 10. 90.
ἀλλ' εἴπερ ἄρα. conditionem poſitivam ſignificat. 124. pro ἐπειδὴ. 125
ἀλλ' οὖν, ἀλλ' οὖν γε, pro ὅμως, vel ἀλλ' ὅμως. *Tamen*, *Attamen*, *Veruntamen*. 10. 90
ἀλλ' ὅταν, ut εἰ μὴ ὅταν, pro *Antequam* & *Priusquam*. 13
ἀλλ' οὐ & ἀλλ' οὐκ, & ἀλλ' οὐχὶ, & ἀλλὰ μὴ, *Non autem*, *Non potius*. 14
ἀλλ' οὐ, pro καὶ οὐ. 15
ἀλλ' ἄρα, pro εἰ μὴ, i.e. *Niſi*. 15
ἀλλ' ἆρα; *Sed nunquid?* Interrogativè. 16
ἀλλὰ γὰρ, Objectionibus convenit, ut *Atqui* & *At enim* apud Latinos. 16
ἀλλὰ γὰρ, pro ἀλλ' ὅμως, ſine objectione, adverſativè. *Veruntamen*. 17. 18.
ἀλλὰ γὰρ, interruptum aliarum vocum interpoſitione, in ſenſu adverſativo. 17
ἀλλ' εἴπερ, *Sed ſi*, & pro *Niſi*, etiam exceptivè uſurpatur. 21
ἀλλ' εἴπερ, idem quod εἰ μή που, *Niſi fortè*. 21
ἀλλ' εἴπερ, Exceptionis vel Excluſionis nota. 22

ἀλλ' εἰ ἄρα, Exceptivè accipitur. 22
ἀλλ' εἰ ἄρα, pro ſimplici ἀλλὰ, differentiali. 23
ἀλλ' ἢ, pro ἀλλά. 23
ἀλλ' ἢ, Exceptiva nota, pro *Niſi* & *Præterquam.* 8. 23
ἀλλ' ἢ, pro πλὴν & εἰ μή. 24
ἄλλο, ante ἀλλ' ἤ. 25
ἄλλως ante ἀλλ' ἤ. 25
ἀλλ' ἤ, *Aliter quam.* 26
ἀλλ' ἤ, pro ἀλλὰ μόνον. 27
ἀλλ' ἦ, ultima circumflexa, Interrogativum. 27
ἀλλὰ μὴ, Interrogativè prolatæ, ἆρα μὴ particulam ſubſequuntur. 27
ἀλλὰ μὴ, non aggregatum ex ἀλλὰ & μή. 28
ἀλλὰ μήποτε, non eſſe formalem notam, ſed pro *An* uſurpari. 28
ἀλλὰ μὴ, pro *Atqui* vel *At verò*, aſſumptionibus convenit. 29
ἀλλὰ μὴν, Adverſativè, 29
ἀλλα μὴν, Interruptum quarundam vocum interpoſitione. 30
ἀλλὰ νὴ Δία, Objectionis nota, Ironiam præ ſe fert. 30. 237
ἀλλὰ νὴ Δία, pro νὴ Δί' ἀλλά. 31
ἀλλὰ χρὴ, *ſed oportet.* 13
ἄλλοτι, pro τί ἄλλο, ſubſequente ἢ, particula. 31
ἄλλοτι, Interrogationis ſignum, & pro πότερον & ἆρα accipitur. 32
ἄλλοτι ἢ, pro τί ἄλλο ἢ, Interrogativè. 34
ἄλλοτι, pro ἄλλοτι ἢ, perperam in codicibus nonnunquam ſcribitur. 35
ἀλλ' ὅτι, *Niſi quod*, vel *Præterquam quod.* 36

ἀλλ' ὅτι, reſpondet τῷ οὐχ ὅτι, in vi adverſativa. 36
ἄλλο τι ἤ, pro τί ἄλλο ἤ, i. e. *Quid aliud quam*, vel, *Præterquam*. 37
τὸ ἄλλο τι ἤ, quandoque præcedit interrogativum ἆρα μή. *Num aliud quid?* 37
ἄλλο τι ἤ, dicitur ſine Interrogatione, præcedente negativa, & ſignificat *Nihil aliud quam*, vel εἰ, conditionali præcedente. 38
ἄλλο τι ἀλλ' ἤ. 38
ἄλλο τι ἤ, etiam dicitur in principio interrogationis. 39
ἄλλο τι οὖν, pro οὐκοῦν, illativo. 39
ἄλλως τε καὶ, *Multo magis*, & *Multo minus*. 40
ἄλλο τε καὶ, differt à voce καὶ ταῦτα; ponitur tamen pro eodem, conditionali non ſubſequente. 41
ἀμέλει, pro θάῤῥει, i. e. *Confide*, & *bono animo eſto*. 42
ἀμέλει, dicitur cum affectu Querimoniæ & Indignationis. 42
ἀμέλει, *Nempe*, *Nimirum*, *Videlicet*, *Utique*. 43
ἀμέλει, ut ἀλλὰ μὴν, & καὶ μὴν, pro *Atqui*. 43
ἂν, particula Potentialis eſt, & indefinitæ Orationis effectrix. 44
ἂν, particula, omnibus Modis Verbalibus jungitur, uno Imperativo excepto. 45
ἂν, Optativo cur & quomodo jungatur? 46
ἂν, Potentiale. 46

ἂν, etiam Voluntatis & Debiti ſenſu ſub Optandi voce reperitur. 47
ἂν, per Optandi vocem dicitur, cùm de re præſenti aut Futura ſit ſermo. 49
ἂν, Indicativi modi vocibus appoſita, condicionem vel tacitam vel expreſſam refert. 51
ἂν, cum de re Præteriti temporis ſit ſermo, non ad Potentiam voces reducit. 52
ἂν, Rem quæ fieri poſſit oſtendit, cùm per Indicativi modi Præteritum & Aoriſtum effertur. 52. 53
ἂν ἀοριστολογικὸν, cujus ſit facultatis, & quibusnam Verborum Modis jungatur? 53. 54
ἂν, quando Futuro Indicativi jungatur? 53
ἂν ἀοριστολογικὸν, ſi de re Præteriti temporis & in actu poſita ſit ſermo, Imperfecto etiam Indicativi convenit. 55
ἂν, particula, in conſtructionis diſtributione non verbo, ſed articulo applicanda eſt. 56
ἂν, Participiis etiam potentialem ſenſum tribuit. 60
ἂν, nonnunquam deeſt. 62
ἂν, ſubauditur etiam non ſolùm πρὸς περυσίαν, verùm etiam ἐξ ἀνάγκης. 63
ἂν, pro ἐὰν. 112
ἀνθ' ὧν, ex ἀντὶ, & ὧν. *Pro his, Propterea quod.* 65
ἀνθ' ὅτου, idem quod ἀνθ' ὧν. *Cur, Quamobrem, Quare.* 66
ἄπαγε. Adverbium. 386
ἄπαγε, opponitur τῷ εὖγε. 386

ἄρα,

ἄρα, παροξύτονον, collectivum & illativum. *Igitur.* 67
ἄραγε. 70
ἄρ, unica ſyllaba etiam dicitur pro δή. 71
ἆρα, penultima inflexa, dubitandi ſeu quærendi nota. *Numquid, Nonne.* 71
ἆραγε, ἆρα μὴ, ἆρ' οὖν. *Numquid, Nonne.* 71
ἆρα, interrogative prolatum, illativum eſt. 71
ἆρα μή ἄλλο τι. *Num aliud quid?* 37
ἆρ' ἄλλο τι ἤ. 38
ἆρα ποτε. *Numquid aliquando, Utrum tandem.* 71
ἆρα μὴ, *Numquid, Utrum.* 71
ἀτάρ. 72
ἀτὰρ Atticum, pro ἀλλὰ & ἀλλ' ὅμως. *Attamen.* 72
ἀτὰρ γοῦν. 72
ἀτὰρ οὖν. 72
ἄττα, cum ſpiritu leni, ἀντὶ τοῦ τινὰ, vel τίνα, differt ab ἅττα aſpirato, quod ἅτινα ſignificat. 72.73
ἄττα etiam ἀντὶ τοῦ ποτὲ, videtur uſurpari. 73
ἄττα Interrogativum. 73
ἀτεχνῶς, i. e. *ſine arte, Simpliciter, Omnino, Prorſus, Planè.* 73.74
αὖ, non eſt particula Expletiva. 75
αὖ, *Viciſſim, Rurſum, Contra, Ex adverſo.* 75
αὖ, deſignat Oppoſitionem. 75
αὖθις αὖ. 75
αὐτάρ. Poëticum. 72
αὐτίκα, Probationibus ſervit, ut γοῦν. 76

αὐτὸς,

αὐτὸς, qualitatem aliquando perſonæ, & emphaſin refert, cum oppoſitione aut tacita, aut expreſſa. 78
ἀφ᾽ ὧν. 67
ἄχρι & μέχρι, tam loci, quam temporis adverbia, οὗ, articulo juncta, ut ἄχρις οὗ, & μέχρις οὗ, idem quod διὰ παντός. 79
ἄχρι & μέχρι τινὸς, τίνος, παντός. 80
ἄχρι & μέχρι τοῦδε. 80
ἄχρι, ſignificat Limitationem. 80

## Γ.

Γάρ, Probationibus ſervit, tum affirmando tum negando. 80
γὰρ, in principio Periodi. 81
γὰρ, Interrogationibus & Reſponſionibus adhibetur. 82
γὰρ, ἐλλειπτικῶς, pro *Alioquin.* 86
γὰρ, pronomine Interrogativo τί, præpoſito, τί γὰρ, nota Interrogationis. 86. *Nonne, Numquid.* 87
γὰρ, τῷ οὐ præpoſitum, οὐ γὰρ, Interrogativè, cum Indignatione proferendum. 87
γὰρ, in Confirmationibus & Infirmationibus. 87
γὰρ, ex γὲ & ἄρ᾽, i.e. ἄρα. 87
γὰρ, pro ἄρα. 87
γὰρ, Adverſativam vim habet in Dubitationibus, Negativè cum Interrogatione prolatis. *Tametſi.* 88
γε, particula *At, Saltem, Certè,* 89

γε,

γε, jungitur τῷ οὖν, & fit γοῦν, in probationibus à ſigno- 90
γε, idem quod μενοῦν, *imò.* 90
γε, idem quod γοῦν & γέ τοι. 91
γε, pro γάρ, cauſſativo. 91
γε, jungitur cum δὴ, & cum τοι, & fit γεδὴ, *Dumtaxat.* & γέτοι, *Quidem.* 91
γε, præponitur τῷ μὴν, adverſativo, & fit γε μὴν, pro μέντοι. *Tamen.* 91
γε μὴν pure adverſativa quando? 92
γέ τοι, ex γε, & τοι, Adſtructiva particula, ut γοῦν. 92. 350
γοῦν, ex γε, & οὖν, Limitativum, ut *Quidem* apud Latinos. 93
γοῦν, Probationibus ſervit. 93
γοῦν, pro γάρ. 93
γοῦν, μειοτικὸν, pro *Certè, Quidem certè,* 94
γοῦν, pro *Imò.* 95

Δ.

Δαὶ, diphthongo ſcriptum, loco δὲ, Conjunctionis, in iteratis Interrogationibus. 100
δὲ, conjunctio, ut particulæ μὲν reſpondet ipſamque ſubſequitur, in partitionibus cum ipſa adhibetur. 95
δὲ, Oppoſitionis ſeu Differentiæ ſignum. 96
δὲ, accipitur loco ἀλλὰ, *Veruntamen.* 96
δὲ, in tranſitionibus Narrationum. 96
δὲ, æquivalet τῷ, καὶ, συμπλεκτικῷ. 96

δὲ, pro δὴ, in principio longiorum periodorum. 97
δὲ δὴ. 104
δε, pro ἔτι, *Etiam.* 98
δὲ, pro ἀλλὰ, διαφορετικῶς. 98
δὲ, jungitur τῷ δὴ, δὲ δὴ, *porro*, δέ γε, δέ τοι, δέ που. 99. 100.
δὲ, præpoſitivis articulis juncta, ut ὅδε, ἥδε, τόδε, &c. nihil commune habet cum δὲ conjunctione. 101
δέ τοι. 350
δεῖνα, tribus generibus convenit, ὁ δεῖνα, ἡ δεῖνα, τὸ δεῖνα. *Quidam, Quædam, Quoddam.* 102
ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα. *Hic & Ille.* 102
δεῦρο, Loci Adverbium, παρακελευστικῶς acceptum. 382
δὴ, Affirmantis & Aſſeverantis *Mox*, & *Jam*. 103
δὴ, idem quod δὲ, pro *Etiam* accepto. 104
δὴ, pro οὖν collectivo, & pro οὖν, ſimpliciter. 104
δὴ, ſubjungitur τῷ δὲ, ut δὲ δὴ, in Tranſitionibus Orationis. 104
δὴ, ſæpè particula expletiva. 103
δὴ, juncta adverbio, ποτὲ, δήποτε. 103
δήπου, in affirmationibus, *Utique, Nimirum.* 106. 321
δῆθεν. *Quaſi verò*, utimur cùm veriſimilem, ſeu fictam cauſam deſignamus. 107
δῆτα, confirmandi vim habet. 108. *Et quidem, Profectò, Jam.* 109
δῆτα, *Profectò* ſignificat, & pro δὴ accipitur. 109

διὰ, Accuſativo juncta, Cauſam denotat. 110
διὰ, Genitivo juncta, pro ἕνεκα. 110
δὶ' ἀ τοι, τοῦτο. 351
δ' οὖν, pro ὅμως, ex δὲ & οὖν. 111
δ' οὖν, pro γοῦν. 111

F.

Εάν, διςατικὸς σύνδεσμος, Subjunctivo jungitur, Ει verò, Indifferenter. 111. 112.
ἐὰν ἄρα. 70
εἰ, particula condicionalis, voces omnes antecedentis præcedit. 112
εἰ, jungitur omnibus temporibus Indicativi. 113
εἰ, jungitur etiam Optativo & Conjunctivo. 113
εἰ, Interrogativum aliquando eſſe videtur. 114
εἰ, quando Optativo jungatur? 114
εἰ, geminatur interdum. 114
εἰ, pro ὅτι, vel διότι. 115
εἰ, *Utinam.* 116
εἰ ἄλλοτι. 38
εἰ βούλᾳ δὲ, pro εἰ δὲ βούλᾳ. *Quod ſi mavis, Imò verò* 116
εἰ, pro εἴθε. 117
εἰ δὲ μὴ, *Sin minus, Quod ſi non.* 117
εἰ δὲ μὴ, καταχρηςικῶς, in negationibus, pro εἰ δὲ. 117
εἰ δὲ μὴ, reſpondet vox εἰ μὲν, in contradictoriis partitionibus, in ſimplicibus autem, reſpondet τὸ, εἰ δέ. 118

εἰ καὶ, Formalis nota, quæ & καὶ εἰ dicitur], i. e. *Etſi, Quamvis, Quamquam.* 119
εἰ καὶ, Materialiter acceptum, *Etſi, Sed ſi, Quod ſi* &c. 119
εἰ καὶ, *Si modò*, addita ἄρα, idem quod ἐὰν ἄρα. 120
εἰ μὴ. *Niſi.* 120
εἰ μὴ, pro ὅτι μὴ, i. e. *Quod non, Quia non.* 121
εἰ μὴ, *Præterquam*, in ſenſu exceptivo. 121
εἰ μὴ, pro εἰ, in ſenſu exceptivo καταχρηστικῶς. 122
εἰ μὴ, pro ſimpici μὴ. 122
εἰ μὴ ἄρα. 70
εἴπερ, ſimplicis conditionis nota. 123
εἴπερ ἄρα. *Si quidem Si modo.* 123
εἴπερ ἄρα, cum ἀλλὰ præpoſito, ſignificat conditionem poſitivam, cum pro ἐπειδὴ accipitur. 124
εἴπερ ἄλλο, omnibus caſibus nominis, in omnibus generibus præpoſitum, augendi vim habet. 125
εἰς, compendioſis locutionibus ſerviens. 125
εἰσὶν οἳ, *Nonnulli.* 385
εἶτα, & ἔπειτα, Interrogatione cum Indignatione proferuntur. 126
εἶτα, ſine interrogatione, idem quod οὐκοῦν & τοίνυν. 127
εἶτα, abundare videtur interdum. 127
εἶτα, *Demum, Denique, Cæterum.* 128
εἶτα, *Quare, Quapropter.* 128

εἴτις ἄρα. 70
ἐκτὸς εἰ μὴ. 121
ἔμελλον ἄρα, ἔμελλες ἄρα, ἔμελλεν ἄρα. 68
ἐμὴ, ſi Emphaſin deſignat, accentum ſemper retinet. 129
ἕνεκα ἐμοῦ, ut δι' ἐμὲ, *Quantum in me eſt.* 129
ἐπεὶ, particula παρασυναπτικὴ vocatur à Grammaticis, poteſtate verò αἰτιολογική. 130
ἐπεὶ, ſervit etiam probationibus, ut γάρ. 130
ἐπεὶ, pro εἰ δὲ μὴ, ſi ad affirmativam probandam adhibeatur. 131
ἐπεὶ, pro εἰ δὲ, ad negationem probandam. 132
ἐπεί τοι, pro εἰ δὲ μὴ, vel εἰ γὰρ μή. 132
ἐπεὶ, idem quod γὰρ, *Alioquin.* 133
ἐπεὶ, *Poſteaquam*, *Quum*, in ſenſu Adverbii. 133
ἐπεὶ, jungitur τῷ τάχιστα, ut ἐπεὶ τάχιστα, & ἐπειδὴ τάχιστα. *Simulatque. Statim ut.* 133
ἐπειδὴ, παρασυναπτικὸν μέρος, 134
ἐπειδὴ, *Quoniam.* 134
ἐπειδὴ, pro γὰρ cauſali, vel διὰ τὸ & ἕνεκα τοῦ. 124
ἐπειδὴ, Adverbium temporis. 134
ἐπειδὰν, Adverb. temporis, quod propter ἂν, Futurum reſpicit. 135
ἔπειτα, ejusdem claſſis atque εἶτα, interrogativè cum indignatione proferendum. 135
ἔπειτα, præpoſtere ponitur in ſua ſignificatione. 135. & ita Adverb. Ordinis. 136
ἔπειτα, pro μετὰ ταῦτα, *Quare*, *Quapropter.* 137
ἔπειτα, Illativè etiam accipitur. 138

ἐξ ὧν

ἐξ ὧν & ἀφ' ὧν, non ſunt formales & complexæ voces. 138
ἔξω, *Extra, Ultra, Præter, Amplius.* 139
ἐς', quæ & εἰς dicitur, loci & temporis terminum ſignificat, *Ad, Pro, Usque.* 140
ἐς ἐμὲ, *Usque ad mea tempora.* 140
ἐς τὸ παραυτίκα. *In præſens tempus.* 140
ἔστιν ὅτε. *Interdum, Nonnunquam.* 383
ἔστιν οὗ. *Alicubi.* 383
ἔστιν ὡς, *Quodammodo. Quadantenus.* 384
ἔστιν ἃ, pro τινα, vel ἔνια. *Quædam, Nonnulla.* 385
εἰς ἀεὶ, *In perpetuum.* 140
εἰσαῦθις, *In poſterum.* 140
ἐς δεῦρο. *Hucusque.* 140
ἐς πότε. *Quousque.* 140
ἔστε, quod & ἐς' ἄν, Adverb. Loci & Temporis. *Donec.* 140
ἔστε, differt ab ἐς' ἄν. 141
ἔτι τοίνυν, *Jam amplius, Atque.* 141
ἐφ' ὅσον. *Quatenus, Quamdiu, In quantum.* 142
ἐφ' ᾧ, pro ἐπὶ τῷ, aliquando articulus eſt. 142
ἐφ' ᾧ, ſi ᾧ ad nullum nomen refertur, Pactum & Conditionem deſignat. 143
ἐφ' ὅτῳ. 144
ἐφ' οἷς, *In eo quod*, Adverbialiter accipitur. 144
ἐφ' ὅ, pro ἐφ' ᾧ legitur, quod & ἐπὶ τῷ, i. e. *Ad hoc* dici poteſt. 145
ἕως, Adverbium Temporis *Usque ad.* 145
ἕως, Verbalibus junctum, reſpondet τῷ τέως, & ſignificat *Donec. Quoad.* 145
ἕως, quomodo conſtruatur? 145

## H.

H in forma Dativi, ἀντὶ τοῦ ὡς. 147
ῇ, limitativè, pro *Qua*, *Ut*, *Quatenus.* 147
ῇ, idem quod καθ' ὃ μέρος. 147
ῇ, vim Illativam habet, & ſignificat *Quare* & *Quocirca.* 148
ῇ, reſpondet τῷ ταύτῃ, & tunc ῇ & ταύτῃ, per *Eatenus*, *Quatenus*, vel *Eo*, *Quo*, redduntur. 148
ῇ & ταύτῃ, pro οὕτως, ὡς. 148
ῇ & ταύτῃ, pro τόσον, ὅσον. 148
ἢ, Disjunctiva Conjunctio εἰ δὲ μὴ, vocis, ſenſum refert. 149
ἢ, ſola, ſine negatione, pro εἰ δέ. 149
ἤ, ὀξύτονον, in Interrogatione, cujus pars quædam reticetur. 150
ἢ, Disjunctivum, in priori membro diviſionis ſubticetur. 151
ἢ, præ ſe fert vim Disjunctivam, ubi ſubticetur alterum ἢ, antecedenti applicandum. 151
ἦ, Interrogandi vim habet. 152
ἦ μὴν. 219
ἤν, pro ἐάν. 112
ἦπου, Interrogationis & Aſſeverationis nota. 152. 153. 321
ἦπου οὐ, *Utrum ne.* 155
ἦπου, *Nimirum*, *Utique*, *Profecto.* 155
ἦπου & ἦπου γε, *Multo magis* ſignificat. 155

ἦπου,

ἤπου, *Multo minus* etiam ſignificat, & τῷ ὅπως ſubjungitur. 155
ἦπου, quando pro *Multo magis* accipitur, directè affirmat: *Multo minus* autem, non niſi ironicè. 156
ἦπου, *Nedum*. 159
ἦπου, Interrogativum, *Numquid*. 161
ἦπου, pro ſimplici Aſſertione. 161
ἦ γὰρ, *Nonne*, interrogativè accipitur. 162
ἦ γὰρ ἄν, Aſſeverandi ſignum eſt, pro *Alioquin*. 163
ἤδη. *Jam*, *Mox* Adverbium Temporis, & eſt Termini ſignum. 163
ἤδη, & ἤδη ποτε, Interrogativè. 164
ἦ μάλα δὴ, Affirmandi, Admirandi & Indignandi vim habet. 164
ἦ μὴν, Affirmandi particula. 165
ἦ μὴν, in Spouſionibus aut Jure jurando, Ornamendi locum obtinet. 165
ἤπου, modò ςοχαςικῶς, modò βεβαιωτικῶς, vel παραπληρωματικῶς. 166
ἢ οὐ, pro *Nonne*, vel *An non*. 167
ἤτοι, Disjunctiva Conjunctio, idem quod ἢ, ſignificat. 168

I.

Ἵνα, Cauſam finalem deſignat, & futurum reſpicit. 169
ἵνα τὶ, pro ἐς τι, *Ad quid*, *Quorſum*, *Quare*, *Quamobrem*. 170
ἵνα, *Quo in loco*. 170

ἵνα, pro ὅπως, Adverbio Modi ſeu Qnalitatis. 170
ἵνα, pro διὰ τὸ, Cauſam efficientem deſignans. 170
ἴσως που. 321
ἴθι, Hortandi Adverb. 379
ἴτε, *Abite*, Adverbialiter. 383

K.

Καθὸ, *Secundum quod*, Adverb. Cauſale. 171
καθὸ, Limitativè, *Quatenus*, *In quantum*. 171
καθ' ὅτι, Limitationem interminatam deſignat, habens ἂν particulam ſubſequentem. 171
καθ' ὅτι, pro ὅπως, Adverb. Qualitatis. 171
καθ' ὅσον, reſpondet τῷ καθ' ὅτι, pro Qualitatis Adverbio accepto. 172
καθ' ὅσον, *Eatenus*, *Quatenus*, *In quantum*. 172
καὶ, Copulativa Conjunctio. 172
καί τοι καὶ. 173
καὶ, ſuperaddendi facultatem habet, pro *Etiam*. 173
καὶ, interdum vacat. 175
καὶ, idem quod καίπερ, vel κἂν, *Quamvis*. 175
καὶ, pro *Aeque ac*, *Perinde ut*, quemadmodum ap. Latinos *Atque*. 176
καὶ, pro ἢ, *Quam*. 177
καὶ, ἐξηγητικῶς accipitur. 177
καὶ μὴν, καὶ μέν τοι, καὶ μὲν δὴ, Supperaddendi facultatem habent. 177

καὶ μὴν καὶ, καὶ μὴν τοι καὶ, καὶ μὴν δὴ καὶ. 177
καὶ μὴ. *Et non, Non autem.* 178
καὶ ταῦτα, *Idque, Præſertim*, auget conditionem. 178
καὶ ταῦτα, pro καίπερ, *Quamquam, Tametſi.* 179
καί τοι, *Atqui.* 180. 350
καί τοι.. περιοδικῶς adhibetur, & fit ſermo bimembris. 180
καί τοι, differt à καίπερ. 181
καί τοι, Collectivum, & concluſionis illativum. 182
καί τοι, Poſt longas Narrationes ad exponendam ſententiam ſervit. 183
καί τοι, Argumentandi ſignum. 183
καί τοι, ut εἶτα, & ἔπειτα, ἐπιλογικῶς. 184
καί τοι, *Atqui, Verùm, Sed, At, Quamquam.* 185
καί τοι, *Et quidem.* 185
καί τοι, *Proinde, Itaque.* 185
καί τοι, Tacitæ Objectioni ſatisfacit. 186
καὶ μὴν, Adverſandi ſignum eſt, ut καί τοι, *Atqui.* 186
καὶ μὴν, pro ἀλλὰ μὴν. 188
καὶ μὴν, Ratiocinativæ locutioni ſervit. 190
καὶ μὴν, ὑποστατικῶς etiam ponitur. 190
καὶ μὴν, pro ἀλλὰ μὴν, in principio clauſulæ. 190
καὶ δὴ, idem quod ἤδη, *Jam, Mox.* 191
καὶ δὴ, *Continuo, Protinus.* 192
κἂν, pro ἐὰν, *Etſi, An ſi.* 194
κἂν εἰ. 194

κἂν εἰ μὴ. 194
κοὐδ' οὖν, pro καὶ οὐ γοῦν, vel pro ὅμως. 195

M.

Μὰ, jurandi particula. 195
μὰ, Affirmationi & Negationi commune. 196
μὰ, per ſe, Affirmativa particula. 196
μὰ, quandoque Negative accipitur. 200
μὲν, ſine δὲ ſubſequente, παραπληρωματικὸν eſt, ut γέ. 201
μὲν, concedendi vim habet, ſi poſtea ſub δὲ ſtrictius aliquid ſubjicitur. 202
μὲν & δὲ, ſibi reſpondentes, διαφορικῶς intelliguntur. 202
τοῦ μὲν & τοῦ δὲ uſus ἐν τοῖς μερισμοῖς. 203
μὲν, nonnunquam poſt duo μὲν, duo δὲ inveniuntur. 204
μέντοι, Aſſeverandi vim habet, pro *Vero*. 204
μέντοι, pro δήπου, ut κἀγὼ δήπου, *Ego verò*. 204
μέντοι, pro ἀλλὰ & δὲ. 205
μέντοι. *Verùm, Cæterum, Rurſus, Viceverſa, Etiam.* 206. 350.
μέντ' ἄν. 206
μὲν οὖν, Tranſitioni ſervit, & redditur per *Equidem, Atque ita, Itaque, Igitur.* 207
μὲν οὖν. *Imò, Imò verò.* 208
μενοῦν γε. *Quin etiam, Quin imò.* 208
μέχρι, & μέχρις, Articuli Relativi Genitivis juncta. 209

μέχρις

μέχρις ἂν. 210
μέχρις οὗ ἂν. 210
μέχρι περ οὗ ἂν. 210
μὴ, pro οὐ, in recta Enunciatione. 211
μὴ, cum Indicativo, in Interrogationibus, *Numquid?* 212
μὴ, in Interrogationibus, ſi nulli encliticæ particulæ præponitur, duplici gravi accentu ſignatur à librariis antiquis. 212
μὴ, cum Indicativo verbi ἐρωτῶ & ſimilibus. 212
μὴ, jungitur Præterito Indicativi, pro ἵνα μή. 212
μὴ, Imperativo jungitur. 213
μὴ, Subjunctivo jungitur. 213
μὴ, Subjunctivo jungitur multifariam. 214
μὴ, pro ἵνα μὴ, cum Subjunctivo. 214
μὴ, Optativo jungitur. 213
μὴ, pro μήποτε. 214
μὴ, pro μήποτε, in Indicativo Imperativo & Infinitivo. 215
μὴ, quando ἐκ περιουσίας apponatur infinitivis? 216
μὴ, idem quod εἰ μή. 216
μὴ, Participio præponitur. 216
μὴ, præpoſitum μετὰ præpoſitioni, idem eſt quod χωρὶς. 217
μὴν, Adverſativa, pro ὅμως, *Tamen, Tametſi.* 218
μὴν, quando παρέλκει? 218
μὴ γὰρ, non eſt nota Formalis. 219
μὴ γὰρ δὴ, μὴ γὰρ γε. 220

μὴ γὰρ, dubitative decernendi ſenſum habet. 220
μὴ δῆτα, prohibitio cum affectu aſſeverandi. 221
μὴ δῆτα, *Dii avertant, Dii prohibeant.* 221
μὴ μὲν οὖν. 208
μὴ ὅτι, pro οὐ μόνον. *Non ſolum.* 221
μὴ ὅτι, modò eſt *Non ſolum*, modò, *Non ſolùm non.* 222
μὴ ὅτι γε. 222
μὴ ὅτι δή. 222
μὴ ὅτι γὰρ, vel μὴ γὰρ ὅτι. 222
μὴ οὐ, μὴ οὐκ, & μὴ οὐχὶ. 222
μὴ οὐ, *Quo minus, Quin.* 224
μὴ οὐ, cohærens Participiis, idem quod εἰ μὴ, *Niſi.* 225
μὴ οὐ, jungitur Dativo nominum. 225
μήποτε *Ne non*, decernendi vim habet. 226
μήποτε, ἀπευκτικὸν, i.e. *Abſit.* 227
μήποτε, pro οὐδέποτε, Futurum reſpicit. 227
μήτι, *Nedum, Non modo, Multo magis, Multo minus.* 228
μήτι γε & μήτι δή. 228
μήτιγε δή. 229
μήτι & μήτις, Nomen τι, ſuam ſignificationem retinet. 229
μή τοι γε, Deprecantis & Abominantis, ut μή γε δή, i.e. *Non quidem.* 229
μόνον οὐ, μόνον οὐκ, μονονουχὶ, *Prope, Propemodum. Penè dicam, Fermè, Tantum non, Solum non.* 231
μῶν, ex μὴ & οὖν, *An, Num, Numquid.* 232
μῶν μή. 232
μῶν οὐ. 232

Ναὶ.

N.

Ναὶ. *Ita, Etiam.* 232
ναὶ, Adjurantis, ſeu cum adjuratione obſecrantis. 233
ναὶ, Objectionibus ſervit, ſubſequente ἀλλὰ. 233
ναὶ, pro νὴ δία. 236
ναὶ μὰ, Jurandi formula. 232
ναὶ μὴν. 219
ναὶ μὴν, ut ἦ μὴν, 233
νὴ δία, idem quod ναὶ μὰ δία, vox Affirmantis. 233
νὴ δία, pro ſimplici jurandi nota. 234
νὴ δία, Objectionibus inſervit, & Ironiæ vim habet. 235
νῦν δὲ, *Nunc autem.* 237
νῦν δὲ, Adverſativè, pro ἀλλὰ, ἀλλὰ γὰρ, & ἀλλ' ὅμως. 237

O.

O Articulus, pro οὗτος, Pronominis ſignificationem induit. 238
ὅδε, ἥδε, τόδε, pro οὗτος, αὕτη, τοῦτο. 101. 239
ὅδετις. 240
ὁ δήποτε, pro ὅτι δήποτε, & ὁτιοῦν. 240
οἴκονδε οἴκαδε. 101
οἷος, reſpondet τῷ τοῖος vel τοιοῦτος. 240
οἷος, pro δυνατός. 241
οἷος, pro ὥστε. 241

οἷος,

οἶος, Qualitatem ſignificat. 241
οἶος, pro ὅμοιος. 242
οἷον, ἀντὶ τοῦ κολύον. 242
οἷον, pro βέλτιον. 243
οἷον, *Quale.* 244
οἷον, pro δυνατὸν. 244
οἷον, Adverbialiter, pro ὅμως. 245
οἴμοι, Adverb. dolentis, quod & οἶ, & οἶ. 245
οἴμοι, quomodo conſtruatur? 246
ὅμως, Adverſativa, reſpondet τῷ καίπερ vel καίτοι. *Tamen, Attamen.* 246
ὅπη, Adverb. Locale, reſpondet τῷ ταύτῃ. *Quacunque.* 248
ὁπηοῦν. *Quacunque ex parte.* 248
ὅπη, *Quadam ex parte.* 248
ὅπη, pro ὅπως. 248
ὁπηὰν, ὁπηδήποτε. 248
ὁπητιοῦν, *Undiquaque, Omni ex parte,* 248
ὅπου, *Ubi* poſt ſe ποτὲ ἀόριστον recipit. 249
ὅπου, Adverb. Loci. pro ὁπηνίκα Adverbio Temporis. 158
ὁπόταν, & ὁπηνίκα, *Quando, Cum, Quandoquidem.* 249
ὅπως pro πῶς & ὡς, uſurpatur. 250
ὅπως, Præceptivè accipitur. 251
ὅπως, pro πῶς & τινὰ τρόπον. 253
ὅπως ἂν. 254
ὅπως ἂν, pro ὁπωσοῦν, *Utcunque.* 254
ὅπως ποτὲ. 254
ὅπως δήποτε, ὅπως δηποτοῦν, ὅπως τοιοῦν. 255
ὅπως pro ἵνα. 255
ὅπως μὴ. 255

ὡς, Ar-

ὅς, Articulus, & ejus obliqui, in priori Argumentorum parte, primum locum habent. 256

ὅς, relativum Cauſalem vim habet. 366

ὅσον, pro ὡς, hoc verò, pro ἕως, ſpatium loci vel temporis deſignat. 257

ὅσον. Diſcretam Quantitatem deſignat. *Ad. Circiter.* 257

ὅσον οὔπω, ὅσον οὐδέπω. *Mox. Jamjam,* 257

ὅσον οὐκ ἤδη. *Mox. Jamjam.* 258

ὅσον μὴ, idem quod μόνον οὐ. *Niſi quod non.* 258

ὅσον, pro ἐφ' ὅσον. 258

ὅσον, pro μόνον, &, ὅσον οὐ, pro μόνον οὐ. 257

ὅσος, ὅση, ὅσο, reſpondet interrogativis πόσος, πόση, πόσον, & ſæpe pro ipſis accipiuntur. 258

ὅσον pro λίαν. 260

ὅτε, pro ὅτι, & ἐπειδή. 261

ὅτε, pro ὥστε. 262

ὅτι, pro διότι, reſpondet τῷ διατί. 263

ὅτι, pro καθ' ὅτι, vel καθ' ὅσον. 263

ὅτι, διηγηματικόν. 263

ὅτι, idem quod τὸ, articulus, ἐπεξηγητικῶς. 265

ὅτι, Superlativo junctum, intenſivè accipitur. 266

ὅτι, particulæ, varius uſus, & de ea quædam minus nota. 266

ὅτιμὴ, *Niſi*, pro εἰ μή. 273

ὅτιμὴ, *Quod non* 273

ὅτι τοίνυν. ὅτι Enuntiativum eſt, τοίνυν, Tranſitivum. 273

οὐ, Ad-

οὐ, Adverb. Negandi, in Reſponſionibus habet vim repetendi verbum. 274
οὐ, interdum geminatur. 274
οὐκ, interdum non reſponſivum eſt, nec deſtructivum, nec interrogationi junctum, partem affirmationi vim habet. 275
οὐκ, interdum Adverſativam vim habet, cum Ironia & Emphaſi. 276
οὐκ ἔσθ' ὅπως. *Fieri non poteſt.* 384
οὐκ ἔστιν ὅς, pro οὐδεὶς, *Nullus, Non eſt qui.* 385
οὐ γὰρ, *Nonne, An non?* Interrogativè. 277
οὐ γὰρ, Interrogativè, cum Indignatione proferendum. 87
οὐ γὰρ ἀλλὰ, non idem quod καὶ γὰρ. 283
οὐ γὰρ ἄν. 278
οὐ γὰρ ἄν ποτε. 279
οὐ γὰρ ἄν, differt ab ἢ γὰρ ἄν. 280
οὐ γὰρ δὴ, differt à μὴ γὰρ δὴ, quod hoc Abominantis, illud Negantis ſignum eſt. 280
οὐ γὰρ ἄν που. *Neque enim.* 281
οὐ γὰρ που; *Namque.* Negatio μετὰ αἰτιολογίας στοχαστικῆς. 281
οὐ γὰρ δήπου. 282
οὐ δήπου. 282
οὐδ' εἰ, pro οὐδὲ, & pro καὶ εἰ, vel εἰ καὶ. 286
οὐδὲ δὴ, *Nec verò.* 103
οὐδὲν, an pro ſimplici negatione οὐ? 286
οὐδὲν ἄλλο πλήν. 24
οὐδὲν οἷον. *Nihil vetat.* 243
οὐδέν τι μᾶλλον. *Nihilo magis.* 287

οὐδὲ

οὐδὲ γὰρ οὐδὲ, auget qualitatem negativæ. Atticorum more. 287
οὐδὲ μὴν, idem quod ἀλλ' οὐδέ. *Neque verò, Nec tamen.* 288
οὐδὲ μὴν, & οὔτε μὴν, differunt. 288
οὐ δῆτα. *Minimè.* Negatio cum aſſeveratione. 288
οὐκοῦν, circumflexum, pro ſimplici οὖν. *Igitur, Itaque.* 289
οὐκοῦν, pro καὶ μὴν. *Atqui, Attamen, Tamen.* 290
οὐκοῦν, non idem quod καὶ μὴν. 291
οὔκουν, penacutum, connexam negationem exercet. 291
οὔκουν, Interrogativè. 292
οὔκουν, in reſponſionibus pro ſimplici negatione. *Haud equidem.* 292
οὔκουν οὐκ. 291
οὐ μὲν, pro οὐ γάρ. *Minimè.* 292
οὐ μὲν γάρ. 292
οὐ μὲν δή. *Mimine verò.* 293
οὐ μὲν θην. 293
οὐ μέν τοι ἀλλὰ, idem quod οὐ μὴν ἀλλὰ, *Verumtamen.* 293
οὐ μέν τοι, per ſe, *Non tamen, Nec verò.* 293
οὐ μέν τοι ἀλλὰ, interdum pro ὅμως. 293
οὐ μὲν οὖν. 208
οὐ μὴ, Negatio cum prohibitione. 294
οὐ μὴν, idem quod οὐ μέντοι, Negativè adverſatur. 295
οὐ μὴν, differt ab οὐ μὴν ἀλλά. 295

οὐ γδ ὅπως, pro οὐχ ὅπως γδ. *Non tantum modo.* 296
οὕτως, reſpondet τῷ, ὡς & ὥσπερ παραβολικῷ. 297
οὕτως, antecedit τὸ ὥστε, ἀποτελεστικὸν. 297
οὕτως, conſecutionem quandam ſignificat. *Deinceps, Mox, Cæterùm.* 299
οὐ μὴν οὐδὲ, οὐ μὴν οὔτε, & οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ 300
οὐ μὴν οὐδ' εἰ. 301
οὐ μὴν, *Non tamen.* 301
οὐ μὴν ἀλλά. *Enim vero, At vero.* 301
οὐ μὴν ἀλλά. *Attamen, Veruntamen.* 303
οὐδὲ & οὔτε, quomodo differant. 303
οὐδὲ idem valet quod καὶ οὐ. 303
οὐ μήπω. *Nondum, Nondum tamen, Attamen.* 304
οὖν, *Ergo*, idem quod οὐκ οὖν & ἄρα. 305
οὖν, idem quod τοίνυν. 305
οὖν, idem quod μὲν οὖν. *Igitur, Itaque.* 305
οὖν, ſæpe abundat. 305
οὖν, *Demum. Tandem.* 305
οὔτοι, Simpliciter negat. 306
οὔτιπου, *Numquid, An fortè, Num forte.* 306
οὔτοι, *Nequaquam certè, Mimìnè verò.* 307
οὐχ ὅτι, vox æquivoca, modo pro *Non quod*, modò pro *Non ſolùm.* 307
οὐχ ὅτι μὴ, *Non quin.* 307
οὐχ ὅτι, Ampliationibus ſervit. 307
οὐχ ὅτι, *Non ſolum non.* 308
οὐχ ὅπως, *Non lolum.* 308
οὐχ ὅπως οὐκ, *Non ſolùm non.* 308
οὐχ ὅπως, pro οὐχ ἵνα, vel οὐχ ὅντινα τρόπον. 308
οὐχ οἷον, *Non ſolum non.* 308

οὐχ οἷον, *Non ſolùm.* 309
οὐχ ὡς, pro οὐχ ὅπως, idem quod μήτι, *Nedum.* 309
οὐχ ὅτι, pro οὐ μόνον, & pro οὐ μόνον οὐ. 309
οὐ τοίνυν, pro ἀλλὰ μὴν οὐ. 310
οὐαὶ, Vox comminantis, & condolentis, cum Dativo. 389
οὐαὶ, nonnunquam abſolutè præponitur Nominativo. 389

## Π.

Πάνυγε, & πάνυ μὲν οὖν, *Prorſus, Sane quidem.* 311
πάνυ μὲν οὖν. 208
πάνυτι, an τι, in πάνυτι, otioſum ſit? 350
πάνυτοι, *Prorſus, Omnino quidem.* 311
πάνυτοι, differt à πάνυτι. 311
πάλιν, *Iterum, Denuo.* 312
πάλιν, ἀντὶ τοῦ ὀπίσω, i. e. *Retro.* 312
πάλιν, i. e. *In aliam partem.* 312
πάλιν, i. e. *Contra, Viciſſim.* 313
παρ᾽ ὃ, idem quod δι᾽ ὃ, *Quare, Quocirca.* 313
παρ᾽ ὃ, *Contra quam, Præterquam.* 314
παρ᾽ ὅσον, *Præterquam quod, Quatenus, Inquantum, Quoniam, Propterea quod.* 314
πὲρ, idem quod καὶ τοῦτο. *Præſertim.* 314
πέρ, eſt etiam μειωτικὸν, ut γε, *Saltem.* 315
πὲρ, plerumque Adverſativum, *Quamvis.* 315
πὲρ ἔμπης. 315

πῆ, ὀρθοτονούμενον, cui reſpondet τὸ ὅπη & τὸ ᾗ 315
πῆ, ἀντὶ τοῦ πῶς. *Quonam modo*, *Qua ratione*. 316
πῆ, τῇ μὲν, & τῇ δὲ præpoſitum, *Partim* & *Partim* ſignificat. 316
πῆ; ut ὅπη; motum per locum ſignificat. ἐγκλινόμενον verò, pro πῶς. 316
πλὴν, Exceptiva particula, Genitivo jungitur. 316
πλὴν, nonnunquam elegantius cum Caſu Verbi jungitur. 316
πλὴν, abſolutè, ſine Caſu, *Veruntamen*. 317
πλὴν ἀλλὰ, pro ἀλλ' ὅμως. *Attamen*; *Veruntamen*. 318
πλὴν ἀλλ' ἤ. 25. 318
πλὴν εἰ μὴ, idem quod εἰ μὴ. 121
πλὴν εἰ μὴ, idem quod πλὴν εἰ. 318
πλὴν εἰ, & πλὴν ἐὰν, quo differant? 319
πλὴν, Localibus adverbiis appoſitum; præciſam determinationem tollit. 320
πλὴν, στοχαστικῶς. *Fortaſſe*. 320
ποῖός τις, an interdum pro ποιητὸς accipiatur? 344
ποῖος & ποία, ſimpliciter *Qualem*, vel qualitatis participem ſignificant. 344
ποῦ, Interrogative, *Ubi* ſignificat, ἀορίστως, *Alicubi*. 319
πού, *Circiter*, στοχαστικῶς. 321
που, Aſſertivam vim præ ſe fert. 321
που, στοχαστικὸν, in Interrogatione adhibetur. 321
που, interdum vacare videtur. 321
πρὶν, *Pridem*. 322

πρὶν, cum Indicativo. 322
πρὶν ἂν, cum Subjunctivo. 322
πρὶν, cum Optativo. 322
πρὸς, propriè motum ad locum vel perſonam. 323
πρὸς, cum Genitivo, in Genealogiis adhibetur. 323
πρὸς, Genitivo juncta, Obteſtationibus quoque ſervit. 325
πρὸς, Dativo juncta, Additionem ſignificat. 325
πρὸς, cum Accuſativo, Comparationem & Reſpectum ſignificat. 326
πρὸς, ſine Caſu, *Inſuper*, *Amplius*. 326
πρὸς δὲ, *Et præterea.* 326
πρὸς ἔτι. 325
πρὸς ταῦτα. *Præterea.* 327
πρὸς, Finem etiam reſpicit. 327
προτοῦ, Adverbium Temporis. 335
πρόφασιν, pro δῆθεν. 107
πῶς, Interrogativum. 327
πῶς, ἀορίστως acceptum. 328
πῶς οὐκ, *Quidni?* 329
πῶς γὰρ, πῶς γὰρ ἄν. 329
πῶς, pro διατί. 329

Σ.

Σαφῶς, *Apertè. Perſpicuè.* 74
Σχολῇ, *Otioſè. Tardè.* 331
Σχολῇ, *Multo minus, Nullo modo. Aegrè, Vix.* 331

χολῇ, *Facilè, Facili negocio.* 332
χολῇ, Ponitur etiam in principio ambitus. 332
σοὶ, ſi Emphaſin deſignat, Accentum ſemper retinet. 129

T.

Τὸ μὲν, τὸ δὲ, & τὰ μὲν, τὰ δὲ, Adverbialiter accipiuntur. 332
ταῦτ' ἄρα, ταῦτά τοι, ταῦτα δὴ, pro διὰ ταῦτα. 334
πρὸ τοῦ, Adverbium Temporis. 335
ταύτῃ, *Hàc*, Adverb. Loci. 337
ταύτῃ, pro διὰ τοῦτο, vel τούτου ἕνεκα. *Ideò, Hac de cauſa.* 337
ταύτῃ, habet vim Limitativam. 337
ταύτῃ τοι, *Itaque.* 337
ταύτῃ, pro κατὰ τοῦτο, *Eatenus, Secundum hoc.* 338
ταύτῃ, pro οὕτως. *Sic, Ita.* 338
τάχα που. 321
ταχὺ, Adverbialiter, opponitur τῷ χολῇ. 338
ταχὺ, cum γὰρ, Ironicè, pro χολῇ. 338
τάχιστα ἐπεὶ, *Simulatque, Statim ut.* 133
τί, Interrogativum, an pro οὐδὲν accipi poſſit? 339
τί, in Interrogationibus, pro πᾶν accipitur. 340
τί, pro διότι, *Qnam ad rc.* 340
τί ἄλλο ἤ. 35. 37. 341
τί δὲ εἰ μή. 341
τί δὲ, & τί οὖν, pro πότερον & ἄρα. 386
τί δὲ, ἤ. 341
τί δή. 342

τί γὰρ,

τί γὰρ, nota Interrogationis. 86. *Nonne, Numquid.* 87
τί μὴν, Interrogatio, pro τί δὴ, *Quidnam igitur, Quidni?* 343
τι, in πάνυτι, an otioſum ſit? 350
τὶς, Pronomen, ἀορίστως acceptum, poſtponitur Adjectivis & Appellativis: Nonnunquam etiam præponitur. 345
τὶς, τῷ οὐδεὶς oppoſitum, an pro μέγας accipi poſſit? 345
τίς, pro ποῖος & ὁποῖος. 346
τὸ, καὶ τὸ, pro τοῦτο, καὶ τοῦτο. 346
τὸ, καὶ τὸ, pro indefinita & incerta re poſita, idem valent quod τὸ δεῖνα, καὶ τὸ δεῖνα. 347
τὸ μὲν, τὸ δὲ, pro τοῦτο μὲν, & τοῦτο δὲ, *Partim & Partim.* 347
τοιός δε. 101
τοιοῦτος, reſpondet τῷ, οἷος, & τῷ, ὅς, & pro ὅμοιος uſurpatur. 348
τοῦτο μὲν, τοῦτο δὲ, *Partim & Partim, Tum & Cum, Simul & Simul.* 334. 348
τοῦτο δὲ, ſæpius reſpondet τῷ, τοῦτο μὲν. 349
τοι, vim Affirmandi & Confirmandi habet, idem quod *Sanè, Profectò.* 349
τοι, poſtpoſitum δὲ, particulæ, tam τοῦ, δὲ, quàm τοῦ, τοι, vim præ ſe fert. 350
τοι γὰρ τοι. 350
τοι, aliis præpoſitum, ſignificationem amittit. 351
τοίνυν, συλλογιστικὸν eſt, & idem quod οὖν, & οὐκοῦν. 351
τοίνυν, Aſſumptionibus ſervit. 351
τοίνυν, Tranſitionibus ſervit, *Igitur, Itaque. Proinde.* 353

τοῖος δε. 101
τόσος, reſpondet τῷ ὅσος. 261
τόσος, nonnunquam etiam abſolutè dicitur. 261
τοῦ & τῷ, pro Genitivo & Dativo τὶς, Pronominis, accipiuntur. 353
τοῦ, quando Infinitivo jungatur. 354

Υ

Υπὲρ, in eadem periodo geminatum. 354
ὑπὲρ ὧν & ἀνθ' ὧν, pro δι' ἃ, vel ὧν ἕνεκα. 355

Φ

Φεῦ, quare cum Genitivo conſtruatur? 356
φεῦ, pro οὐαί. 356

Ω.

Ω̃ Exclamantis eſt, non Vocantis. 357
Differentia inter ὦ, & ὦ. 358
ὦ, ſine Caſu. 358
ὦ, ſine Vocativo. 358
ὦ, ſequente Genitivo. 358
ὦ, cum Caſu Recto. 359
ὧν, Genitivus Pluralis Articuli Neutri, ἐλλιπῶς dicitur. 361
ὡς, ὀξύτονον, ab ὅς, Articulo. 361
ὥς, pro οὕτως. 361
ὡς, βαρύτονον, etiam accentu carens, ab ὁ, Articulo, derivatur. 362

ὡς, ἐν ταῖς προτάσεσι, ὥς verò, ἐν ταῖς ἀποδόσεσι adhibetur. 362

ὡς, modò Præpoſitionum, modò Adverbiorum modò Conjunctionum ſignificationem induit. 363

ὡς, βαρύτονον, pro εἰς & πρός. 364
ὡς, pro ἐπεὶ & ἐπειδή. 364
ὡς τάχιστα. *Statim ut, Simul atque.* 365
ὡς τάχιστα, *Quàm celerrime.* 365
ὡς, Infinitivo junctum. 365
ὡς, cum Participio. 366
ὡς, ἀντὶ τοῦ ἵνα. 366. 369
ὡς, pro ἐπεί. 366

ὡς, limitativè, *Dumtaxat*, *In quantum*, *Quatenus*, *Secundum.* 367

ὡς κατὰ, in ſenſum Limitativo. 368

ὡς, pro ἕως. 368

ὡς, Superlativis præponitur. 368

ὡς ὅτι. 368
ὡς, ut ὅπου, Adverbiis ſubjungitur. 369
ὡς, Adverbiis præpoſitum, παρέλκει. 369
ὡς, pro πῶς vel ὅπως. 369
ὡς, pro οὕτως, in ὡς ὤφελεν & ὤφελες. 370
ὡς γε, ὥς περ. 373
ὡς, pro ὅτι. 374
ὡς, Infinitivo junctum, pro ὥστε. 374
ὥστε, pro ὡς. 375

ὥστε

ὥστε, abſolutè poſitum, cum Indicativo, Optativo, & Infinitivo. 376
ὥστε, ἀποτελεστικὸν, Adverbiis & Nominibus quantitatis & qualitatis reſpondet. 376
ὦ, cum Nominativo, *Væ.* 390

INDEX

# INDEX PARTICULARUM Latino-Græcus.

## A.

Abite, *Adverbialiter.* ἔτι. 383
Abſit. μήποτε. 227
Ad. ἐς. 140
Ad, *diſcretam quantitatem deſignans.* ὅσον. 257
Ad hoc. ἐφ' ᾧ, ἐπὶ τῷδε. 145
Ad quid. ἵνα τί. 170
Aegrè. χολῇ. 331
Aeque ac. καί. 176
Alicubi. ποῦ. 319. ἔστιν οὗ. 383
Aliter quam. ἀλλ' ἤ. 26
Alioquin. γάρ. 86. ἐπεί. 133. ἢ γὰρ ἄν. 163
Amplius. ἔξω. 139. πρός. 326
An. ἀλλὰ μήποτε. 28. μῶν. 232
An fortè. οὔτι που. 306
An non. ἢ οὐ. 167. οὐ γάρ. 277
An ſi. κἄν. 194
Antequam. ἀλλ' ὅταν. 13

Apertè.

Apertè. σαφῶς. 74
At. ἀλλά. 8. 9. γε. 89. καί τοι. 185
At certè. ἀλλά. 10
At enim. ἀλλὰ γάρ. 16
Atque. ἔτι τοίνυν. 141. καί. 176
Atque ita. μὲν οὖν. 207
Atqui. ἀλλά. 9. ἀλλὰ γάρ. 16. ἀλλὰ μήν. 29. ἀμέλει. 43. γέ τοι. 91. καί τοι. 180. 185. καὶ μήν. 186. οὐκοῦν. 290
Attamen. ἀλλ' οὖν. ἀλλ' οὖν γε. 10. ἀτάρ. ἀτὰρ γάρ. ἀτὰρ οὖν. Attica. 72. ὅμως. 246. οὐκοῦν. 290. οὐ μὴν ἀλλά. 303. οὐ μήπω. 304. πλὴν ἀλλά. ἀλλ' ὅμως. 318
At verò. οὐ μὴν ἀλλά. 301

## B.

Bono animo eſto. ἀμέλει. 42

## C.

Cæterùm. ἀτάρ. 128. μέντοι. 206. οὕτως. 299
Certè. ἀλλά. 10. γε. 89. γοῦν. 94
Circiter. *diſcretam quantitatem deſignans.* ὅσον. 257
Circiter. ποῦ, στοχαστικῶς. 321
Confidè. ἀμέλει. 42
Continuò. καὶ δή. 192
Contra. αὖ. 75. πάλιν. 313
Contra quam. παρ' ὅ. 314
Cur. ἀνθ' ὅτου. 66
Cùm. ἐπεί. 133. ὁπότεν, ἐπηνίκα 249

Cùm,

Cùm; Tùm. τοῦτο μὲν; τοῦτο δέ. 334. 348

## D.

Deinceps. οὕτως. 299
Demum. εἶτα. 128. οὖν. 305
Denique. εἶτα. 128
Denuo. πάλιν. 312
Dii avertant. μὴ δῆτα. 221
Dii prohibeant. μὴ δῆτα. 221
Donec. ἔστε, & ἔστ' ἄν. 140. ἕως. 145
Dumtaxat. γε δή. 91. ὡς. 367

## E.

Eatenus. ταύτῃ. 138. 148. καθ' ὅσον. 172
Ego verò. κἀγὼ δήπου. 204
Enim verò. οὐ μὴν ἀλλά. 301. τοι. 350
Eò, ταύτῃ. 148
Equidem. μὲν οὖν. 207
Ergo. οὖν. 305
Etiam. δέ. 98. δή. 104. καί. 173. μέντοι. 206. καί. 232
Et non. καὶ μή. 178
Et præterea. πρὸς δέ. 326
Et quidem. δῆτα. 109. καί τοι. 185. μὲν οὖν. 207
Et ſi. εἰ καί, & καὶ εἰ. 119. κἄν. 194
Ex adverſo. αὖ. 75
Extra. ἔξω. 139
Extra quàm. παρ' ὅ. 314

F. Facilè.

## F.

Facilè. *σχολῇ.* 332
Facili negocio. *σχολῇ.* 332
Ferè: Fermè. *μόνον οὐ, μόνον οὐκ, μόνον οὐχὶ,* 231
Fieri non poteſt. *οὐκ ἐσθ' ὅπως* 384
Fortaſſe. *πλὴν.* 320

## H.

Hàc. *ταύτῃ.* 337
Hac de cauſa. *ταύτῃ, διὰ τοῦτο, τούτου ἕνεκα.* 337
Haud equidem. *οὔκουν.* 292
Hic & ille. *ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα.* 102
Hucusque. *ἐς δεῦρο.* 140

## I.

Jam. *δὴ.* 103. *δῆτα.* 109. *ἤδη.* 163. *καὶ δή.* 191
Jam amplius. *ἔτι τοίνυν.* 141
Jamjam. *ὅσον οὔπω, ὅσον οὐδέπω.* 257. *ὅσον οὐκ ἤδη.* 258
Ideò. *ταύτῃ, διὰ τοῦτο, τούτου ἕνεκα* 337
Idque. *καὶ ταῦτα.* 178
Igitur. *ἄρα.* 67. *μὲν οὖν.* 207. *οὐκοῦν.* 289. *οὖν.* 305. *τοίνυν.* 353
Imò. *γοῦν.* 95. *γε.* 90. *μὲν οὖν.* 208
Imò verò. *ἀλλά.* 4. *γε.* 90. *εἰ βούλει δὲ, εἰ δὲ βούλει.* 116. *μὲν οὖν.* 208
In aliam partem. *πάλιν.* 312

In eo

In eo quod. ἐφ᾽ οἷς. 144
In perpetuum. εἰς ἀεί. 140
In præſens tempus ἐς τὸ παραυτίκα. 140
In poſterum. εἰσαῦθις. 140
Inſuper. πρός. 326
Interdum. ἔστιν ὅτε. 383
In quantum. ἐφ᾽ ὅσον. 142. καθὸ. 171. καθ᾽ ὅσον. 172. παρ᾽ ὅσον. 314 ὡς. 367
Ita. Ναί. 232
Ita. ταύτῃ, οὕτως. 338
Itaque. καί τοι. 185. μὲν οὖν. 207. οὐκοῦν. 289 οὖν. 305. ταύτῃ τοι. 337. τοίνυν. 353
Iterum. πάλιν. 312

## M.

Minimè. οὐ δῆτα. 288. οὐ μὲν. 292
Minimè verò. οὐ μὲν δή. 293. οὔτοι. 307
Mox. δή. 103. ἤδη. 163. καὶ δή. 191. ὅσον οὔπω. ὅσον οὐδέπω. 257. ὅσον οὐκ ἤδη. 258. οὕτως. 299
Multo magis. ἄλλως τε καί. 40. ἤπου, ἤπου γε. 155. μήτι. 228
Multo minus. ἄλλως τε καί. 40. ἤπου. 155. μήτι. 228. σχολῇ. 331

## N.

Namque. οὐ γάρ που. 281
Nec tamen. οὐ δὲ μὴν. ἀλλ᾽ οὐδέ. 288
Nec verò. οὐδὲ δή. 103. οὐ μέντοι. 293
Nedum. ἤπου. 159. μήτι. 228. οὐχ ὡς. 309
Nempe. ἀμέλει. 43

Nequa-

Nequaquam certè. οὔτι. 307
Neque enim. οὐ γὰρ ἄν που. 281
Neque verò. οὐδὲ μὴν, ἀλλ' οὐδέ. 288
Nihil aliud quam, μὴ ἄλλο τι ἤ. 38
Nihilo magis. οὐδέ τι μᾶλλον. 287
Nihil vetat. οὐδὲν οἷον. 243

Nimirum. ἀμέλει. 43. δήπου. 106. ἤπου. 155. τοι. 349
Niſi. ἀλλ' ἄρα. 15. ἀλλ' εἴπερ. 21. ἀλλ' ἤ. 8. 23. εἰ μή. 120. μὴ οὐ. 225. ὅτι μή. 273
Niſi fortè. ἀλλ' εἴπερ. 21. εἰ μὴ ἄρα. 70
Niſi quod. ἀλλ' ὅτι. 36
Niſi quod non. ὅσον μή. μόνον οὐ. 258
Ne non. μήποτε. 226
Non autem. ἀλλ' οὐ, ἀλλ' οὐκ, ἀλλ' οὐχὶ, ἀλλὰ μή. 14. καὶ μή. 178
Nondum. οὐ μή πω. 304
Nondum tamen. οὐ μή πω. 304
Non eſt qui οὐκ ἔστιν ὅς. 385
Non modò. μή τι. 228
Nonne. ἆρα, ἆρά γε, ἆρα μὴ, ἆρ' οὐ. 71. τί γάρ. 87. οὐ γάρ. 87. ἢ γάρ. 162. ἢ οὔ. 167. οὐ γάρ. 277
Nonnunquam. ἔστιν ὅτε. 383
Nonnulli. εἰσὶν οἵ. 385
Nonnulla. ἔστιν ἅ. 385
Non potius. ἀλλ' οὐκ, ἀλλ' οὐχὶ, ἀλλὰ μή. 14
Non quidem. μήτοι γε. 229
Non quin. οὐχ ὅτι μή. 307
Non quod. οὐχ ὅτι. 307
Non ſolum. μὴ ὅτι. 221. 222. οὐχ ὅτι. 307. οὐχ ὅπως. 308. οὐχ οἷον. 309

Non

Non ſolum non. μὴ ὅτι. 222. οὐχ ὅτι, 308. οὐχ ὅπως οὐκ. 308. οὐχ οἷον. 308
Non tamen. οὐ μὲν τοι. 293. οὐ μήν. 301
Non tantummodo. οὐ γὰρ ὅπως. 296
Nullus. οὐκ ἔστιν ὅ. 385
Nullo modo. σχολῇ. 331
Num. μῶν. 232
Num aliud quid? ἆρα μὴ ἄλλοτι ἤ; 37
Num fortè. οὔτι που. 306
Num quid. ἆρα γε, ἆρα, ἆρα μὴ, ἆρ' οὖν. 71. τί γάρ. 87. ἤπου. 161. μή. 212. μῶν. 232. οὔτι που. 306
Num quid aliquando. ἆρα ποτέ; 71
Nunc autem. νῦν δέ. 237

O.

Omni ex parte. ὁπητιοῦν. 248
Omnino. ἀτεχνῶς. 74
Omnino quidem. πάνυ τοι. 311
Otioſè. σχολῇ. 331

P.

*Particularum Expletivarum ratio.* 44
Partim & Partim. τὸ μὲν τοδέ. 347. τὸ μέν τι, τὸ δέ τι. 348. τοῦτο μὲν, τοῦτο δὲ 334. 348
Partim quidem, partim verò. πῆ μὲν, πῆ δέ. 316
Penè dicam. μόνον οὐ, μόνον οὐκ, μονονουχί. 231
Perinde ut. καί. 176
Perſpicuè. σαφῶς. 74

Planè. ἀτεχνῶς. 74
Porrò. δὲ δή. 99. 100.
Poſteaquam. ἐπεί. 133
Præſertim. ἄλλως τε καί. 40. καὶ ταῦτα. 178. πέρ. 314
Præter. ἔξω. 139
Prætereà. πρὸς ταῦτα. 327
Præterquàm. ἀλλ' ἤ. 8. 23. ἄλλοτι ἤ. 37. εἰ μή. 121. παρ' ὅ. 314
Præterquam quod. ἀλλ' ὅτι. 36. παρ' ὅσον. 314
Pridem. πρίν. 322
Priusquam. ἀλλ' ὅταν. 13
Pro. ἐς. 140
Profectò. δῆτα. 109. ἤπου. 155. τοι. 349
Pro his. ἀνθ' ὧν. 65. ἀνθ' ὅτου. 66
Proinde. καὶ τοι. 185. τοίνυν. 353
Propè, Propemodum. μόνον οὐ, μόνον οὐκ, μονονουχί. 231
Proprereà quod. ἀνθ' ὧν. 65. ἀνθ' ὅτου. 66. παρ' ὅσον. 314
Prorſus. ἀτεχνῶς. 74. πάνυγε, & πάνυ μὲν οὖν. 311. πάνυτοι. 311
Protinus. καὶ δή. 192

Q.

QUà. ᾗ. 147
Quacumque. ὅπῃ. 248
Quacunque ex parte. ὁπηοῦν. 248
Quadam ex parte. ὅπῃ. 248
Quadantenus. ἔστιν ὡς. 384
Quædam. ἔστιν ἅ. 385

Quale. οἷον. 244
Quàm. καὶ. ἤ. 177
Quam ad rem. τί, pro διατί. 340
Quam celerrimè. ὡς τάχιστα. 365
Quamdiu. ἐφ' ὅσον. 142
Quamobrem. ἀνθ' ὅτου. 66. ἵνα τί. 170
Quamquam. εἰ καὶ, & καὶ εἰ. 199. καὶ ταῦτα. καίπερ. 179. καί τοι 185
Quamvis. εἰ καὶ & καί εἰ. 119. καὶ. 175. πέρ. 315
Quando, Quandoquidem, ὁπόταν. ὁπηνίκα. 249
Quantum in me eſt. ἕνεκα ἐμοῦ. δι' ἐμέ. 129
Qua ratione. πῆ. 316
Quare. ἀλλά. 3. ἀνθ' ὅτου. 66. εἶτα. 128. ἔπειτα. 128. ᾗ. 148. ἵνα τί. 170. παρ' ὅ. & δι' ὅ. 313
Quaſi verò. δῆθεν. 107
Qua propter. ἀλλά. 3. εἶτα. 128. ἔπειτα. 137
Quatenus. ἐφ' ὅσον. 142. ᾗ. 147. 148. καθὸ. 171. καθ' ὅσον. 172. παρ' ὅσον. 314. ὡς. 367.
Quia non. εἰ μὴ. 121
Quidam, Quædam, Quoddam. ὁ δεῖνα, ἡ δεῖνα, τὸ δεῖνα. 102
Quid aliud quam? ἄλλο τι ἤ. 37
Quidem. γέ τοι. 91. γοῦν. 93
Quidem certè. γοῦν. 94
Quidni? πῶς οὐκ; 329. τί μὴν; τί δή; 343
Quidnam igitur? τί μὴν. τὶ δή; 343
Quin. μὴ οὐ. 224
Quin etiam. ἀλλά. 4. μενοῦν γε. 208
Quo. ᾗ. 148
Quoad. ἕως. 145
Quocirca. ᾗ. 148. παρ' ὅ. & δι' ὅ. 313
Quodammodo. ἔστιν ὡς. 3 4

Quod non. εἰ μή. 121. ὅτι μή. 273
Quod ſi. εἰ καί. 119
Quod ſi mavis. εἰ βούλει δέ. pro εἰ δὲ βούλει. 116
Quod ſi non. εἰ δὲ μή. 117
Quo in loco. ἵνα. 170
Quominus. μὴ οὐ. 224
Quonam modo. πῆ. 316
Quoniam, ἐπειδή. 134. παρ' ὅσον. 314
Quorſum. ἵνα τί. 170
Quousque, ἐς πότε, 140
Quùm. ἐπεί. 133

## R.

RETrò. πάλιν. 312
Rurſum. αὖ. 75. μέντοι. 206

## S.

SAltem. ἀλλά. 10. γε. 89. πέρ. 315
Sanè. τοι. 349
Sanè quidem. πάνυγε, & πάνυ μὲν οὖν. 311
Scilicet ἀμέλει. 43
Secundum. ὡς. 267
Secundum hoc. ταύτῃ. 338
Secundum quod. καθό. 171
Sed. καί τοι. 185
Sed etiam. ἀλλά, ἀλλὰ καί. 4. 5
Sed numquid? ἀλλ' ἆρα; 16
Sed ſi. ἀλλ' εἴπερ. 21. εἰ καί. 119
Sic. ταύτῃ, οὕτως. 338
Si fortè. ἐὰν ἄρα. 70

Si modò. εἰ καὶ ἄρα. 120. εἴπερ ἄρα. 123
Simpliciter. ἀτεχνῶς. 73
Simul hoc, ſimul illud. τοῦτο μὲν, τοῦτο δέ. 334
348
Simul atque. τάχιστα ἐπεί. 133. ὡς τάχιστα. 365
Sine arte. ἀτεχνῶς. 73
Sin minus. εἰ δὲ μή. 117
Siquidem. εἴπερ ἄρα. 123
Statim ut. τάχιστα ἐπεί. 133. ὡς τάχιστα. 365

## T.

TAmen. ἀλλ' οὖν. ἀλλ' οὖν γε. 10. γε μήν. 91. μήν. 218. ὅμως. 246. οὐκοῦν. 290
Tametſi. γοῦν. 88. καὶ ταῦτα. καίπερ. 179. μήν. 218
Tandem. οὖν. 305
Tantum non. μόνον οὐ, μόνον οὐκ, μονονουχί. 231
Tardè, χολῇ. 331
Tùm, cùm. τοῦτο μὲν, τοῦτο δέ. 334. 348

## V.

VAe. ὦ. 389
Ubi. ὅπου. 249. ποῦ; 319
Verò. γέ τοι. 91. μέντοι. 204
Verùm. καί τοι. 185. μέν τοι. 206
Verum etiam. γε. 90. 91
Verumtamen. ἀλλ' οὖν. ἀλλ' οὖν γε. 10. ἀλλά γοῦν. 17. δέ. 96. οὐ μέντοι ἀλλά. 293. οὐ μὴν ἀλλά. 303. πλήν. 317. πλὴν ἀλλά. & ἀλλ' ὅμως. 318
Vice verſa. μέντοι. 206
Viciſſim. αὖ. 75. πάλιν. 315

Videlicet. ἀμέλει. 43
Vix. σχολῇ. 331
Ultra. ἔξω. 139
Undiquaque. ἁπανταχοῦ. 248
Usque. ἐς. 140
Usque ad, ἕως. 145
Usque ad mea tempora. ἐς ἐμέ. 140
Ut. ἦ. 147
Utcunque. ὅπως ἄν. ὁπωσοῦν. 254
Utinam. εἰ. 116
Utique. ἀμέλει. 43. δήπου. 106. ἦπου. 155
Utrum. ἆρα μὴ. 71
Utrum ne. ἦπου οὐ. 155
Utrum tandem. ἆρα ποτὲ. 71

# FINIS.

ERRATA

# ERRATA.

PAg. 2. lin. 26. in margine ἀλλὰ, leg. ἀλλά. lin. 29. hic. leg. hoc. p. 5. l. 31. ἀλλὰ καί. leg. ἀλλὰ καὶ. p. 10. l. 31. in margine ὕμως, leg. ὅμως. p. 27. l. 26. ἀρχιτέ των. leg. ἀρχιτέκτων. p. 35. l. 7. in margine. τέ, leg. τι. p. 41. l. 22. ταὺς ἥττους. leg. τοὺς ἥττους, p. 47. l. 25. τὸν πονηροὺς, leg. τοὺς πον. p. 50. l. 5. ηυρεῖς, leg. κυρεῖς p. 61. l. 21. μετοῦ, leg. μετὰ. p. 74. l. 17. pane, leg. plane. p. 113. l. 25. πολδεμία, leg. πολεμία. p. 123. l. 5. & εἰ, leg. ex εἰ p. 126. l. 1. in margine εἶπειτα. leg. ἔπειτα. p. 128. l. 13. Certum, leg. Cæterum. p. 136. l. 14. ἐκικλήσηκσι. leg. ἐκικλήσκησι. p. 145. in marg. ἀρ. leg. apud. eâdem pagina, lin. 14. poſt *temporis*, lege *cum*. p. 173. l. 25. μεγίσων, leg. μεγίςων. l. 30. Θεμιςοηλέα. leg. Θεμιςοκλέα. p. 199. l. 28. μεταδῦναι, leg. μεταδῦναι. NB. poſt paginam 224. integra charta in centenario numero peccat: ita ut pro pag. 125. usque 140. legendum 225. &c. 240. p. 229. in margine μήτιγε τῆ. leg. μήτιγε δῆ. p. 232. l. 28. Præpoſitam, leg. Præpoſita, p. 243. l. 5. locutionem, leg. locutionum. p. 249. l. 18. rationationum. leg. ratiocinationum. q. 252. l. 23. quæ. leg. qua. eâd. lin. particulamu, tuntur, leg. particulam, utuntur, p. 269. l. 18. redat, leg. reddat. p. 275. l. 5. πολιείτας, leg. πολιτείας. p. 287. l. 6. poſt διαφέρει, lege τι. p. 329. l. 16. ἀντεῖποις. leg. ἀντείποις. Denique cum Auctor aliquoties Lexicographi cujusdam mentionem faciat, ejusque Nomen indagare usque huc non potuerim; in Indice Auctorum ſub *Lexicographi* tantùm nomine, quisquis demum ille fuerit, eum indicativi. Lege igitur ibi: *Lexicographus* ( *quem petat, divinare non potui.*)

Österreichische Nationalbibliothek
+Z161663201

οὐ, Adverb. Negandi, in Reſponſionibus habet vim repetendi verbum. 274
οὐ, interdum geminatur. 274
οὐκ, interdum non reſponſivum eſt, nec deſtructivum, nec interrogationi junctum, partem affirmationi vim habet. 275
οὐκ, interdum Adverſativam vim habet, cum Ironia & Emphaſi. 276
οὐκ ἔσθ' ὅπως: *Fieri non poteſt.* 384
οὐκ ἔστιν ὃς, pro οὐδεὶς, *Nullus, Non eſt qui.* 385
οὐ γὰρ, *Nonne, An non?* Interrogativè. 277
οὐ γὰρ, Interrogativè, cum Indignatione proferendum. 87
οὐ γὰρ ἀλλὰ, non idem quod καὶ γάρ. 283
οὐ γὰρ ἂν. 278
οὐ γὰρ ἄν ποτε. 279
οὐ γὰρ ἂν, differt ab ἦ γὰρ ἄν. 280
οὐ γὰρ δὴ, differt à μὴ γὰρ δὴ, quod hoc Abominantis, illud Negantis ſignum eſt. 280
οὐ γὰρ ἄν που. *Neque enim.* 281
οὐ γὰρ πού; *Namque.* Negatio μετὰ αἰτιολογίας στοχαστικῆς. 281
οὐ γὰρ δήπου. 282
οὐ δήπου. 282
οὐδ' ἐ, pro οὐδὲ, & pro καὶ εἰ, vel εἰ καί. 286
οὐδὲ δὴ, *Nec verò.* 103
οὐδὲν, an pro ſimplici negatione οὐ? 286
οὐδὲν ἄλλο πλήν. 24
οὐδὲν οἷον. *Nihil vetat.* 243
οὐδέντι μᾶλλον. *Nihilo magis.* 287

οὐδὲ